



VILLANOVA COLLEGE LIBRARY
Villanova, Pennsylvania




This book was loaned to

3-4-49

by

Rev. J. Sullivan, C.P.A.



Digitized by the Internet Archive
in 2002 with funding from
Lyrasis Members and Sloan Foundation

ACTA
SANCTORUM

PARISIIS. — EX TYPIS Y^EC GOUPY ET SOCIIS, VIA GARANCIERE, 5.



PARISIIS & ROMÆ APVD VICTOREM PALME M DCCC LXV.

ACTA SANCTORUM

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur

QUE EX LATINIS ET GRÆCIS, ALIARUMQUE GENTIUM ANTIQUIS MONUMENTIS

COLLIGERE Cœpit

JOANNES BOLLANDUS, SOCIETATIS JESU,

ET

GODEFRIDUS HENSCHENIUS ET DANIEL PAPERBROCHIUS,

SOCIETATIS JESU THEOLOGI

AUXERUNT, DIGESSERUNT ET ILLUSTRARUNT

EDITIO NOVISSIMA CUM ANIMADVERSIONIBUS EX TEMPORALIBUS D. PAPERBROCHII NUNC PRIMUM EX MSS EDITIS
CURANTE JOANNE CARNANDET

MARTII TOMUS SECUNDUS

COMPLECTENS DIES X MEDIOS A IX AD XIX

CUI PRÆMITTITUR MARTYROLOGIORUM ANTIQORUM ORDO AC RATIO, CUM GENUINO MARTYROLOGIO B.D.E. EX VIII MSS. ACCEPTO, ET FLORI
LUGDUN. AD ILLUD SUPPLEMENTO EX III. SUBJUNGUNTUR ACTA GRÆCA INTRA DIEM IX ET XIX MENSIS DIGESTA.



PARISIIS ET ROMÆ
APUD VICTOREM PALMÉ, BIBLIOPOLAM.

1865

X
55
2
8

EMINENTISSIMO PRINCIPI

FRANCISCO BARBERINO CARDINALI

S. R. E. VICE CANCELLARIO, PORTUENSI EPISCOPO
ET SACRI COLLEGII DECANO.

Cur studiorum nostrorum fructum aliquem EMINENTI^E TUE veniamus oblatum, nihil attinet multis praesari; dum solus nominis Tui titulus in memoriam facit venire caussas, quibus persuadentur plerique Patrocinium TUUM suis libris expetere. Quis enim in his vel modice versatus ignorat eruditorum virorum Mecenatem perpetuum et esse TE et vulgo haber? Enumerent igitur alii longo ordine, si possint, quam multos eorum ad scribendum, vel fortunae implicitos angustiis expediveris, vel incitaveris praे virium suarum diffidentia cunctabundos, vel ad illa que scripserant typis mandanda ære, consilio, auctoritate adjuveris. Pro Luca Holstenio inter EMINENTI^E TUE appreciationes faustas nostraque extrema obsequia religiosissime pariter et placidissime defuneto, posthumæ tot lucubrations loquantur; quas morosa sedulitas hominis studiosissimi, conceptos fœtus usque et usque polire cupientis, ad extreum vitæ suppressit articulum, ut esset in quo Tua erga demortuum amicum caritas illustrius effulgeret. Quid Tibi debeat ejusdem Holstenii in Bibliotheca Vaticana Custodia successor Allatus, ob eam lucem quam rebus, libris, ritibus Græcorum Ecclesiasticis maximam intulit merito celeberrimus, ipse prædictet. Idem explicet Historiographus nostræ Societatis Possimus, ostentans Georgium illum Pachymerem, quem URBANI VIII, imo Tuo, beneficio redivivum et jam Latine loqui edoctum, miramur Regia fulgere majestate, nullaque in re concedere prioribus Historiæ Byzantinæ ex Luparæ Parisinæ Typographia Scriptoribus. Haec illi, et innumeri alii his similia de se suisque laboribus testentur: novimus nos quæ et quanta TUE EMINENTI^E debeamus, et vero etiam non parec profitemur. Ad singulos mensis hujus Martii dies, quoties de Martyribus sermo incidit, sacrorum de illis fastorum testimonia sane frequentissima sumpsumus a MSS. melioris notæ exemplaribus, ex TUA nobis Bibliotheca transcriptis. Iisdem Codicibus usi sumus in restituendo, et ab alienis additionibus secernendo, genuino Bedæ Presbyteri Martyrologio,

Martii T. II.

tamdiu

67331

tamdiu desiderato ac tandem reperto. Ad nutum TUUM exhibitum est nobis probatissimum Ecclesiae Graecæ Menologium Basilii Imperatoris jussu collectum : quod altera sui parte, inter Vaticanorum antiquitatum riora, vita quodammodo immortali fruens ; altera, quam maxime requirebamus, delitescebat in monasterio Cryptæ ferratae, ignobili sepultum oblivione. Tibi denique variorum Sanctorum Acta inedita hactenus, lucem referent acceptam, quam a nobis præsenti in opere sperare possunt, ex membranis Tuis communicata. Prae ceteris autem, quos nominare per alios anni menses possemus, spectabilis hoc in Martio prodit Appianus, Benedictino Ordini (eujus EMINENTIA TUA Protector est) post unius alteriusve seculi præscriptionem ex Tuo MS. restitutus, et suo eucullo glriosior multo quam Pontilieis insulis, quibus velut Afrorum Antistitum unum posteri non sui oneraverant ; suspicati Reliquias ignoti sibi alias Sancti, una cum D. Angustini corpore, e Sardinia Ticinum fuisse advectas a Longobardorum Rege Luitprando. Socius Appiano, mense hoc eodem, Otho jungitur, Arianensium Protector atque Patronus sanctissimus ; *Qui meum*, inquit ipse Benedictus, *Regulam optime conservavit* ; utique haec vera laude commendabilius, quam vaticiniis, per imposturam anistorias atque ignorantiae plenissimam eidem afflicti, interque celke parietinas abditis, ut velut divino conservata repertaque beneficio, Clero et Populo Arianensi persuaderent, ab Ara Jani factum esse urbi suæ nomen, Punicorum bellorum temporibus antiquius. His duobus Conciliatoribus oblationem nostram fieri posse EMINENTIÆ TUÆ acceptiorem credimus, qua sic rependimus debite obsequium gratitudinis, ut in eadem, veteres duos Benedictine Professionis Colites, Te Patrono crassissimis tenebris evolutos, novos Tui faciamus esse Clientes. De Divi Benedicti Actis miraculisque, hoc eodem in Martio per conquisita undique monumenta multipliciter illustratis et auctis, quid dicemus ? Sufficit eum vel nominasse, ut ea, quam occupat ipse, anni sacri pars, hisce explicata Tomis, gratiam inveniat apud TE; ad monasteria autem amplissimi Ordinis, accessum facilem. Horum per Italiam universam Abbates, in comitiis generalibus Parmæ collecti anno MDCLXI, postquam litteræ Tuæ, operis nostri commendatrices, prælectæ iis sunt, illud quam studiosissime promovendum decreverunt, excussis ubique archivorum monumentis, et quantum in se fuit præstitere non pauei. Restat ut eorum iisdem in monasteriis Successores, Tuo quoque mutu de horum librorum editione jam absoluta admoniti, expetere et legere factos incipient, quos priores isti laudaverunt faciendos. Quod si fiat, et exempliarium impendio minime levi excusorum distractio succedat feliciter, tam apud ipsos quam alios quosecumque

librorum

librorum amantes, Tui respectu ad simile desiderium provocatos; novo EMINENTIA TUA nos Sibi obstrinxerit beneficio. Animato enim per hoc Typographo, ut librarie rei, quondam in florenti Belgio florentissimæ, nunc misere cum eodem prostratae, præsentibus angustiis non obstantibus, porro audeat urgere tam sumptuosam vastissimi operis impressionem, quam adeo cordi Tibi esse intellexerit; animabimur etiam nos ipsi vehementer, ne ad ejusdem absolutionem promovendam ulli studio laboreique pareamus. Ille autem dum faciemus alaceriter, non obliviscemur votorum pro TUA totiusque BARBERINÆ DOMUS incolumente mittendorum ad eum, qui in Sanetis suis glorieandus, pro tot corum exuviis, aris, templis, per TE TUOSQUE erunderatis, instauratis, ornatis; Actis una cum hoc opere insigniter promotis, ceterarumque virtutum TUARUM præclaris meritis, æternam Tibi inter ipsos mansionem, post longos felicis vitæ annos, et dare potest, et datus certo sperari debet, Judex omnium, et bene factorum Remunerator æquissimus. Ita vovebamus Antuerpiæ vi Idus Novembbris anno MDCLXVII.

EMINENTIÆ TUÆ

Devotissimi clientes

GODEFRIDUS **HENSCHENIUS,**
DANIEL **PAPEBROCHIUS.**

FACULTAS SUPERIORUM ET SUMMA PRIVILEGI CÆSAREI.

Cum Acta Sanctorum mensis Martii, a Joanne Bollando S. I. colligi feliciter eœpta; aueta porro, digesta et illustrata a Godefrido Hensehenio et Daniele Papebrochio, ejusdem Societatis JESU, tres dictæ Societatis Theologi legerint, opusque laboriosum et eruditum, ac luce publica dignum judicarint. Ego infrascriptus Societatis præfatae per Flandro-Belgicam Praepositus Provincialis, potestate ad id mihi facta ab Admodum Reverendo Patre Nostro Joanne Paulo Oliva Praeposito Generali, concedo Jacobo Mœursio, Typographo Antuerpiensi, faenitatem eadem Acta excudendi.

Cumq[ue] sacra Caesarea Majestatis decreto cautum sit, ne qui libri a Societate JESU conscripti, in provinciis Romano Imperio subjectis excludantur; aut venales proponantur, absque ejusdem Societatis consensu; hisce declaro eundem Typographum isto privilegio legitime frui. In quorum fidem hisce officii mei sigillo minnitis manu mea subserpsi. Bruxellis xxviii Octobris cronicis.

Egidius vander Beke.

APPROBATIO CENSORIS

Infrascriptus fidem facio me legisse Acta Sanctorum mensis Martii, a R. P. Joanne Bollando S. I. colligi feliciter eœpta, et a RR. PP. Godefrido Hensehenio et Daniele Papebrochio Societatis ejusdem aueta, digesta et illustrata, opus tribus tomis comprehensum, olim per Summos Pontifices a primis Ecclesiæ incunabulis desideratum, atque Apostolicis Notariis demandatum, et tractu temporis variis hæreticorum nebulis seu tempestatibus obseuratum, ALEXANDRI VII P. M. felicis recordationis insigni encomio approbatum, Eminentissimorum Cardinalium, Illustrissimorum ac Reverendissimorum Archiepiscoporum, Episcoporum, omniumque fere Ordinum Generalium, ac doctissimorum Virorum applausu commendatum; in quo prudens eruditio antiqua rediret, et simplex veritas obseura revelat; typis dignissimum censeo: quia nihil quod fidei orthodoxæ aduersetur, sed multa seiu necessaria deducit et revelat. In quorum fidem hisce subserpsi. Antwerpia vii Septembris. Anno Domini MDCLXVII.

*Aubertus Vanden Eynde I. V. L. Protonot. Apostolicus,
Canon. et Archidiacon. Antwerp. Librorum Censor.*

SUMMA PRIVILEGI REGI

Civis Dei gratia Hispaniorum, Indiarumque, etc. Rex Catholici, Archidux Austriae, Dux Burgundie, Brabantie, etc. Serenissimus Belgarum Princeps, diplomate suo sanxit, ne quis Acta Sanctorum mensis Martii auctoribus Joanne Bollando Godefrido Hensehenio, et Daniele Papebrochio Societatis JESU Sacerdotibus edita, prater voluntatem Jacobi Mœursii proximis novem annisullo modo imprimat, aut alibi terrarum impressa in has nostrarum Germaniae nostrae Inferioris ditiones importet, venaliave habeat. Qui seus faxit, confiseatione librorum et alia gravi poena multabitur, ut latius patet in litteris datis Bruxellæ v Octobris anni MDCLXVII.

Signat.

Loyens.

IN TOMUM SECUNDUM
DE ACTIS SANCTORUM

MENSIS MARTII

PRAEFATIO

AD REVERENDOS ADMODUM DOMINOS

AC RELIGIOSISSIMOS PATRES

PRÆPOSITUM

ET PRESBYTEROS

CONGREGAT. ORAT. S. MARLE IN VALICELLA SECUNDUM INSTIT. S. PHILIPPI NERII

IN URBE ROMA.

Quam efficacis, etiam ad posteros, exempli fuerit amicitiae intima necessitudo, mutuis erubrisque obsequiis culta, inter sanctissimos Congregationis Vestre nos- træque Societatis Fundatores, PHILIPPUM atque IGNATIUM ; multis prœcul positis, alieno contigit relatu audire ; nobis re ipsa quoque experiri, cum fructu hanc sane minori quam voluptate. Summa quippe voluntate Vestra etiam ad seceriora Bibliothecæ Vallicellanae serinia invitaū atque introdneti, toto illo, quo Roma substitutus, novem mensium spatio, nosquam sumus quam inter vos suayis, familiaris, frequentius conservati. Cum seilicet eadem qua domestici libertate permittebamus evolvere atque sernari, quidquid saerorum utraque in lingua monumentorum Illustrissimi Cæsaris Baronii diligentia aliorumque ejus successorum sagacitas congregaverat undique compositum. Neque inspicere tantuor liebat cuncta : sed et transcribere, et ab aliis transcribenda efferre, per Vestram erga nos indulgentiam profecto maximum et omnino singularem, quæcumque instruendis et locupletandis Sanctorum Actis profutura judicabamus. Itaque quavis POSTIFICIS MAXIME et imperium sicuti et favore adjuti, nulla aliud Urbis Archivio, Bibliothecas nullas indiscussas reliquerimus; copiosior tamen apud Vos, quam alibi uspiam collecta nobis messis est : quia alibi fere, ut hispites in alieno, versabamus ; inter codices autem Vestros, ut fratres ac familiares, in proprio.

Interim oculis nequaquam incuriosis eximia quoque præclarissimorum virtutum considerantes exempla, quorum non modo odor urbem atque Italiani suavissime perfundit, sed et fama late trans Alpes cognita celebratur, alterum ex Vobis nobile pœ minoris æstimandum cepimus fructum ; unde non tamen novis luminibus illustraretur intellectus, quam aeribus stimulis excitaretur voluntas ad vestrarum laudum amorem initiationemque in nobis alisque desiderandam, erubrisque ac grata commemoratione promovendam, per quæcumque loca iter redentibus in Belgum fuit. Etenim cum Adm. R. P. Hieronymi Barnabæi time Praepositi vestri blanda caritas, omnibus quibus poterat modis soveret sublevaretque labores Nostros, Sanctorum causa susceptos, ab ipsoque sanctissimo Domino sibi non personorie commendebatos ; cum Odorici Rainaldi eruditus senectus, Pauli Aringhi diligentia solers, Pauli Frigerii ingeniosa pietas, Francisci

Marchesii

Marchesii labor indefessus, nostris libentissime impenderent usibus, multiplicem illam magnamque eruditioem et experientiam, quam ille in digerendis Annalibus ecclesiasticis ad nostra usque tempora perducendis, alter in perscrutandis subterraneis Romæ aufractibus ac cimiteriorum sacerorum latebris, tertius in describendis D. Thomæ Aquinatis atque Catharinae Semensis gestis, quartus in ordinandis cognoscendisque domesticæ Bibliothecæ manuscriptis impressisque voluminibus per annos multos aquisiverant : cum denique omnium, promptiorum docere et vicissim discere emipientium, effundenter sese erga nos humanitas tanta, quantam nec a Fratribus fas fuerat expectare ; incurrebant in oculos virtutes illæ omnes, quibus vel inter vos conjuneti vivitis suavissime, vel Societatis nostræ pro Deo atque Ecclesia susceptos toto orbe labores estimatis absque invidia, et relatis exinde fructibus ornamentisque gaudetis ut propriis ; vel ad proximorum salutem in templo, in oratorio, in privato domi forisque congressa utilissime oceupamini ; vel denique consulitis posteritati, piis eruditisque lucubrationibus insistentes.

Quibus de rebus cum hebdomadatim fere perscriberemus aliquid ad studiorum nostrorum auctorem moderatoremque p. m. Joannem Bollandum, non potuit se continere candidissima illa et erga benefactores gratissima anima, quin affectum suum testaretur per litteras, et quantum se Vobis debere agnoscerebat, orbi universo declarandum promitteret, nuncupato Vobis eorum tomorum uno, qui proxime collecta pro mense Martio Sanctorum Acta in publicum lucem datori essent. Menimistis ipsi quo animorum vestrorum gudio, quanta eum approbatione universorum in Congregatione lecta et audita fuerit epistola illa : nos certe juvendissimo experimento cognovimus, quo loco apud vos esset Bollandi nomen. Quoniam enim a primo nostro adventu in Urbem eo nos essetis affectu complexi, cui neque promptitudinis neque efficacie aliquid adjici posset ; exinde tamen Vos ipsos quodammodo affectumque illum priorem videhamini velle superare obsequii impensi suavitate et tenerrimi enjusdam amoris blanditiis. Neque contenti omnia nobis pervia apertaque fecisse, ipsis prope manibus humerisque subvehere certabatis a censuros ad bibliothecam ; nec timem faciebatis circumspiciendi anque requirendi, num quid auxiliu vel solatu possetis adferre nobis inter Vos studentibus resque nostras agentibus. Cum vero ad imitata istiusmodi observantie testimonia erubescentes, aliquando modeste reluctaremur, hoc unum reponebatis, Vos Bollandum, de Ecclesia Catholica, de Sanctorum gloria, de tota re litteraria tam præclare meritum venerari in nobis, eique impensa putare obsequia que nobis exhiberetis. Utique codein fere responsum, quo simili ante in causa occurseratis vereundiae nostre : cum vestra erga nos studia collaudare et collaudando incitare dignatus esset, ea se beneficia in nobis recipisse recepturumque professus. Adm. R. P. Joannes Paulus Oliva, quem tunc temporis Vestrum omnium nominabatis Patrem, et modo Societas nostra Prepositum habet Generalem. Hujus igitur, quem jam nominavimus, Patris utriusque communis, filii ; istius, quem supra diximus, tam cari Vobis estimatique tunc adjutores et socii, nunc in relieta, heu dolor ! laboriosi operis parte longe maximi, et congregorum ad id unilique monumentorum locupleti instrumento haeredes ac successores, contraetum utriusque nomine debitum post mortem quoque sponsoris alterius ex utriusque voluntate exolvimus : et hunc secundum Martii tomum offerimus co-libentis, quod S. Gregorii Acta ille continet. Etenim cum in hujus egregii Doctoris nomen consecratum sit augustam illud templum, quod auspiciis Gregorii XIII circa annum MDCXXVII a fundamentis in Vallicella surrexit, ad saeras inihi confectiones quater in die habendas, aliasque piæ functiones obemidas, a quibus tantus in populum fuetus, tantus in Congregationem vestram splendor profuit : cumque precipua solemnitate ejusdem Sancti festum recolatis ut Patroni, post Virginem Deiparam, ipsius loci presidem antiquorem, assumpti : omnino convenit, ea Acta Vobis inseribi potissimum, studiis illustrata nostris, quorum leetio præ ceteris opportuna futura est usibus vestris.

Quoniam autem tum præsentes verbis ; tum absentes litteris sepe estis hortati, ut antiquorum Martyrologiorum, quorum tanta esset apud nos collecta copia, quantum diebus singulis adducimus ad confirmandam vetustum Sanctorum Martyrum cultum, quantamque

quantamque vix credibili sit humana potuisse diligentia cumulari; quoniam, inquam, institisis semper, ut eorum syntagma aliquod vulgaremus, quale Heribertus Rosweydis episcopus, que tune ad manus ejus venerant, post edita duodecim tomis Sanctorum Acta, sperari jusserset in operis a se cogitati idea, Sanctorum Fastis ab eodem praefixa; nobis irritas esse suasiones, precibus amicis intermixtas: sed voluntati Vestre decrevimus obsequi, et tale quidpiam hunc ipsi Tomo Vobis offerendo praemittere; quo vice ceterorum tantisper frueremini, dum vasti operis laboriosa moles lenta progressionem tendit ad finem, posteris duntaxat nostris sperandum. Etenim ut omnino id facere decerneremus effecerunt novissimae adhortationes vestrae, R. P. Francisco Lhermitte Provinciae nostraræ superior ad Urbem missò Procuratori, et nomine hujus Domus Antuerpiensis Preposito, commendatae: qui Roma redux significavit, nihil Vobis aequi in votis esse quam istud a nobis accipere ante omnia conjectum: quo absolvendi sero operis desiderium laturos Vos levius, et lucem non exiguum adferendum putatis historiae Ecclesiasticae, que tota juris facta est vestri per eximios Cardinalis Baronii Annales, magno studio atque labore et continuatos a Vobis, et recenseri, suppleri atque emendari ceptos ex iis monumentis, que plurima Eminentissimi auctoris fogisse diligentiam tam non est mirum, quam curiosissimo hunc seculo est gratulandum, paullatim e tenebris eruta esse et quotidie erui nova atque nova.

Videbatur quidem principio aut impossibile esse omnino, aut difficile admodum, nec nisi cum magno operis potioris impedimento sperandum, quod exigebamur officium; cum nihil hoc in genere perfectum, nihil eruditis oculis vestris, nihil Ineubrationibus nostris prioribus dignum judicaremus nos posse circa Martyrologia polliceri, priusquam de Sanctis omnibus singulisque, quorum istis sunt inscripta nomina, habereamus constitutum, quid posset extrema, qua utimur, diligentia consequi, circa locum, genus et tempus vita ac passionis ipsorum. Postquam tamen rem omnem introspeximus penitus, et per varia, quae manu vel typis expressa habemus, saerorum fastorum genera circumtulimus oculos; non vidimus quid magnopere nunc quidem possetis desiderare, praeter genuimum Bedae opusculum, et que Flori Lugdunensis labore in eo dicuntur acerrevisse, ipsaque tum inter se, tum ab externis in euentorium auctorum additamentis distincta habere. Nam Hieronymianum Martyrologium, enijs nunc demum quatuor in Italia, Germania, Francia Belgioque; inventa sunt exemplaria antiquissima in quibus nostrum ante annos fere mille exaratum, accuratissima singolorum ad invicem facta collatione recens habetis excusum Luce, et illustratum opera Joannis Marie Florentinii, viri eruditissimi et nobis amicissimi: Rabani atque Notkeri scripta pridem ex originalibus monasterii S. Galli membranis vulgavit Henrici Camisi sedulitas, antiquarum Lectionum Tomo 6, Usuardi Martyrologium, enijs autographum in proprio S. Germani de Pratis monasterio Parisiis extat, ex ipso quidem fonte non accepit Molanus; tam multa tamen habent ejusdem egrapha, ut licet nulla eorum essent ab additionum multorum farragine libera, non tamen usquequaque difficile ei fuerit ipsis inter se collatis probabiliter discernere genuina ab adjectiis; et illud, quantum hae via licuit, proxime ad nativam puritatem adductum exhibere. Adonis denique Vienensis fastos, quos Trevirensi Adoni perperam attributos Lipomannus et Mosander ediderant, auctori suo vindicavit, et multiplieiter ex fide variorum MSS. emendatos vulgavit noster Heribertus Rosweydis.

At vero cum Bedae et Flori commentariis plurimum usos se esse Ado et Usuardus probantur; de Rabano vero justa videri suspicio debeat, etsi aliud nullum suppeteret argumentum, quod ipse quoque Bedae Martyrologium habuerit auxeritque; haec, inquam, cum ita essent, non abs re judicavimus magnam esse posse eruditis viris caussam, purum et genuimum Bedam requirendi: coque invento, nec non Floro qui Bedam inter et Usuardum atque Adoneum medius interessit, nullum ex Latinis auctoris super futurum, qui quidem scripsisse Martyrologium aliquod nominatim seiretor, enijs quemquam movere desiderium deberet. Quid igitur illud, quod Bede nomine et inter illius opera et seorsim excusum reperitur, sepe a Baronio, stepe a magnis auctoris citatum? Nempe quemadmodum de aliis quibusdam Martyrologiis notavit Molanus, *ea Hieronymi dici a primo apud Latinos auctore, sicut dictionaria, quantumcumque aucta et castigata Calepini nomen*

nomen retinēt: pari nee alia ratione istud, quod verius dicit Adonis potuerat, noverint omnes appellari Bedæ, quia pulchriores ex ipsisque Sanctorum Aetis solide traductos lapides primus ille in hujus fabrieæ fundamentum locarit. Hos autem ab aliis, per quoscumque et quomodo cumque superadditis, tanto magis erit operæ pretium habere discretos, formæque et ordinis pristino restitutos, quanto est Venerabili Bedæ, propter studiis prerogativam et eximiam in sacris historiis perscrutandis diligentiam, supra omnes alias auctoritas major.

Id porro qua ratione nos assecutus poterimus antequam aggredimur explicare, Deum Cœlitesque preeamur, ut que a vobis in nos collata sunt beneficia, non tantum in hoc opere nostro ad memoriam posteritatis perennem, dum suis quoque locis colleata legendur, que vestris ex Codicibus transcripsimus monumenta: sed etiam ut eadem a benefactorum omnino remuneratore Deo iis compensentur gratiae exundantis favoribus, per quos sanctitatis atque doctrinae ornamenti majoribus cunctuletur iudicis Congregatio vestra, donec pariter oiones in celestis regni societate jungantur, nullo unquam tempore separandi. Interim quod coepitis promovere opus bene faciendo præsentibus, prosequimini absentibus bene precando: ut egregia Joannis Bollandi cogitata et ipsi possimus constanter subsequi, et alii post non valeant exequi feliciter usque ad finem.

MARTYROLOGIUM

VEN. BEDÆ PRESBYTERI

ex octo antiquis MSS. acceptum, 751

CUM AUCTARIO FLORI

ex trium codicum collatione discreto

Accedunt additiones ac supplementa

ex predictis omnibus MSS. collecta.

PROLOGUS NOSTER.

*Post acta
Martyrum
ab Eusebio
Cæsar. collecta*

Collegisse Eusebium Cæsareensem uno plurimisve voluminibus Gestæ Martyrum, vel illustriorum vel omnium quorum passiones saerorum librorum exterminio superstites potuit in Actis Proconsularibus aliisve monumentis reperi, satis constat, et est a nobis in Prolegomenis ad tom. i Januarii cap. I § 3 demonstratum. Idemne eorumdem Martyrum synopsis aliquam brevem consecerit, quæ sola Sanctorum nomina et certaminis lorum exhiberet per totius anni circulum digesta (quao quia Latinum fecerit Hieronymus, ideo sub intrinque nomine communiter ab auctoribus Eusebii et Hieronymi martyrologium censeatur) an vero Hieronymus ipse duco suu consilioque ita digresserit nomina, tum eorum quorum Acta Eusebii antea collegerat, tum aliorum quoniam aliunde cognoscere potuit, qui quo die essent Christi fidem professi; malitiam cap. 4 § 4 indecusa relinquere, idoneis in alterutram partem probationibus deituti: quoniam in posteriore multo magis propenderemus sententiam. Satis est pro certo habere nos, quod cum Ecclesia singula, præter Dominicas festivitates et Apostolorum natales dies, omnibus ubique Christians communiter venerabiles, haberent inscriptos fastis suis natales Martyrum, apud se vel in viciniis locis pro Christi fidei intertemporum; prius Eusebius vel Hieronymus fuerit, qui ex ejusmodi fasti undecimque conquisitus excerpta nomina in unum colligens, Catholicum, ut ita loqueretur, Martyrologium excogitarit: quo Romanam Ecclesiam, velut omnium communem Matrem, usam esse tempore Gregorii Magni, et hinc ejus meminisse in Epistola ad Eulogium, probabiliter admundum dici posse existimamus.

2 Verum, cum in hoc Martyrologio sole fere haberentur appellationes Martyrum et horum, quæ illi suis triumphis illustraverant, et ex quidem persipe barbare, accedit necessario ut transcripta exemplaria per librariorum sociorum pluribus renderentur mendis, nec tantum in aliam formam deformaterentur vocabula tam varia, sed etiam omissis quandoque, quandoque transpositis regionum et civitatum designationibus, vel divellerentur, ab invicem, qui fuerant conjugendi; vel conjungerentur, in locis toto cœlo diversissimis passi. Quod cum rei sua brevitate obscuræ multam pareret confusionem,

credi cœpit ecclesiastico usui parum idonea tam huius et fastidiosa lectio; neque alibi tantum, sed etiam Roma maluerunt Ecclesia varie antiquos suos fastos, ubi vacui erant aut justo numero desstituti, implere paucorum et magis sibi cognitorum nominibus ex Martyrologio Hieronymiano aut vicinariam Ecclesiarum tabulis; ut essent qui diebus singulis sub Officium divinum invocarentur, nec tam ignotorum locorum Sanctorumque prelixa commemoratio tedium ingereret lecturis auditurisque.

3 Hujusmodi sunt antiquissima duo monasteriorum Richenoviensis prope Constantiam et Rinoviensis in Helvetia martyrologia, Casinensis Bibliotheca unum: tum quod primo loco nominatum oportuerat Vetus Romanum, sic a Rosweido nostro numeratum, quia Ad Martyrologium suum compositurus ipsumque in capite sui operis collacentur profitetur, Roma Aquileiam cuiusdam sancto Episcopo directum fuisse a Romano Pontifice, se autem eodem apud Ravennam transcripto vehementer adjutum. Quod idem modice auctum cum nobis ex antiquissimis membranis transcriptum communicaret Lucas Dacherius, Romano-gallicum intulaverat: olim autem etiam Coloniae in ecclesia S. Marce ad Gradus legi solitum, probari potest per illius egraphum inde transmissum a Joanne Gammastro nostro ex alieno Carthusiani schedis: nisi potius nova haec dici compilatio debeat ex priori illo et alio posteriori.

Fuerunt etiam ecclesia, quibus satis fuit nucleus *vel ipsum Hieronymini Martyrologii contextus, ad pauciores Santos contractus: et tale Martyrologium alterum Casini reperimus, ut etiam perpetuum et hinc summulum Rome in Ducis Altempsi celeberrima bibliotheca. Similiter ex solo Hieronymi labore accepta sunt Augustinum S. Ulrichi, Trevirens parvum S. Maximini, Corbenense a praenominato Luca Bacherio nobis ex perquam antiquo Codice datum, et alterum quod Philippi Labbe nostri beneficio accepimus: non aquali omnia brevitate, nec fideli semper contractione, ob eam quam supra explicumnis causam.*

4 Talibus risquet tam varis cum passim Ecclesia per Italianam et Gallias uterentur, et forte etiam per Britanniam Germaniamque, licet aliae integrum *Beda primus capit compendia historica dia adiere,* Hieronymi opus oculumque conservarent, sicut e superstitibus hactenus exemplaribus liquet; Viz.

*Hieronymus
martyrolo-
gii scriptor,*

*continens sola
fere nomina
et locum
passionis.*

*quod qua
minus aptum
fuit ecclesi-
stica usus,*

A BEDE inedit cogitatio, ad Calendarium ecclesiasticum, cui præcise inscriptæ erant Christi Domini, Apostolorum et præcipiorum aliquot Martyrum solennitates, novos aliquos addere, quorum erat memorabilior passio; hisque aptare prolixiora quedam elegia, præter locum et nonne, etiam tempus genuisque passionis indicatura, verbis ab ipsorum Actorum, que quidem nancisci potuerat, contextu acceptis; atque ita paulatim implere omnes Kalendam dies. Jamque ad nonaginta ejusmodi encomia per totum anni circulum distributa habebat: dies aliquos sola occupabant nomina eorum, quibus addere quidpiam vel tamquam abunde ergo noluit, vel non potuit. Actis needum ut sperarat repertis. Ceterorum super centum ac sexaginta prorsus adhuc vacabat locus, cum opus futurum ecclesiis omnibus acceptissimum, tanti viri mors prædicta, anno xxxiv obita. Atque hæc ita fere sese habere, multo etiam prius quam genuinum Bedæ opusculum invenissemus, certo constabat nobis ex Adone et Usuardo: quorum prior paullo post oportunius adducetur in testem, cum ad Flori Auctarrium pervenerit sermo; posterioris in prologo hæc verba sunt: *Venerabilium Hieronymi ac Bedæ Presbyterorum pis, quamvis sucentis, super hoc provocata descriptio, quorum prius brevitate studens, alter revo quamplures dies intextus relinquebat, multa inveneruntur hujus operis præteresse necessaria.*

*sed imperfec-
tum oris
retulit:*

*cujusfragmen-
tum inter MSS.
Reg. Suecæ
repertum,*

*et in Ecclesiæ
Burgundie
scriptum,*

opus fecit:

*quod tandem
contigit
Divione;*

B Hoe indicio tam certo clarioque excitati, numquam potuit nos spem alijcere inveniendi aliquando, quod vel omnino periisse, vel inter adscita aliunde additum prorsus ignotum delitescere credebant alii. Invenimus autem aliquando tandem speratum thesaurum, dnm Serenissime Regine Suecæ Christianæ Codices MSS. quos ipsa per Belgium transeunte plorosque videramus, iteratu Romæ scrutamus diligentem, ne qua forte mitipa in iis membrana ex aliquo præclaro ipere reliqua, quam minime neglectam oportuisset, manus nostras effugeret. Et ecce Martyrologiæ cuiusdam fragmentum, a die xi Kal. Septembris, usque ad anni finem sese oculis exhibuit, tale prorsus quale semper quasiveramus, vacuis magna parte diebus, ante annos plusquam octingentes descriptum in Gallia: prout manifestum faciebat, tum characteris ipsius forma, tum quidam in Gallia celebres Sancti et translationum dies locis circiter sedecim subscripti, antiqua quidem sed multum diversa immo: tum denique prima in pagina ad diem vi Kalendas Septembris lecta, *Itinerarios de dicato ceribus S. Sulpicii Confessoris*: ejusmodi enim dedicationum memorie annue recolenda, praesertim unica, alieni Martyrologio adnotata, indubitatem facit indehem opus certe, ad eugus usus ipsu[m] descriptum est. Porro quo certius crederemus Bedæ esse quod inveneramus, obsignabantur omnia consuta illa antiqua formula: *Explicit Martyrologium Bedæ Presbyteri.*

C 6 Ingens profecto gaudium, sed in errore non modo temperatum, quoniam prior et poster pars deffendat non enim tam nobis quam posteris nostris, postremus anni mones elaboraturis, videbamus reperisse hoc pretiosissimum margaritum; ac ne illis quidem plene facturum satis, nisi unus aut plurimi manuscriptorum consensu constitisset, nihil ei vel detractum vel additum fuisse a transribentibus præter ea que sua se diversitate prodibant. Annos tamen pars una addidit, et longe certiusjussit confidere, reperiendum aliebi, quod aliquando fuisse asservatum indubitate jani prorsus illo ipsaque oculorum experientia tenebamus. Nec vero ea nos spes fecellit; Divisionem enim in Burgundia appulsos Amplissimi Senatoris Bonnerii bibliotheca exceptit, et magnum aliquid expectare jussit ex encyclops MSS. numero sumptuque ingenti collectis, quos tanti suis

fecerat dominus, ut præter ornatissimos pluteos, D cœli injuriis et pulveribus prorsus excludendis comparatos, obduxerit singulis, pro vili ac carioso quo eatus operi sorduerant curio, holosericum nigri coloris tegumentum, eo fine ut si boni libri ignota utilitas non satis arceret imperitorum manus, ex antiquis istiusmodi membranis illiberalia commoda sectantes; operculi saltem dignitas admoneret, manus eorum pretium futurum apud intellecturos, si venderentur integræ ad estimationem liberalem; quam si apud salsaientarios ac bibliopegos divulgæ ad hanc estimarentur.

E 7 Inter hos igitur, mole minimis, estimatione ubi que nostra longe maximus fuit libellus titulum nequam fallacem preferens: *Incipit martyrologium Bedæ Presbyteri feliciter.* Erat enim antiqua manu sed gemina characterum forma conscriptus: et quamvis dies vix ullos exhiberet vacuos alienus Sancti vel nomine vel elegio, apparebat tamen etiam primo aspicientibus non de nihilo esse, quod majoribus alia, alia minoribus litterulis, nec a capite linea ut priora, sed introrsum paulo incipientibus, essent descripta. Quare ad fragmentum Roma deportatum, et præ ceteris chartis quocumque pergeremus sollicite hanc in spem circulatum, recurrimus; invenimusque quatuor illos Regii fragmenti menses iisdem prorsus verbis, et apice vix ullo mutato, convenire per omnia cum iis, quæ in hoc integro martyrologio paullum grandiori charactere legebantur notata: quæ vero minusculis litterulis scripta essent, universa priori MS. deesse. Unde nullus relinquebatur dubitandi locos, quin per reliquum meusim præcedentem decursum similis observata distinctio, certo exhiberet indicio, quid in iis Bedæ, quid alterius posterioris esset auctoris.

F 8 Et hunc quidem auctorem tunc conjectavimus ipsum æque ignoratum hactenus Florum esse, talempie serviti conjecturam aliquoties in hisce tomis, cum esset citandum Divionense supplementum, subambiguo nominavimus *Florum, aut quemunque atlum additi ad Bedam supplementi auctorem.* Verum ut mox apparerit nullam in isto supplemento parte Florus habent: quippe breve admodum atque jejuno, cuique præmbo non conveniat quod scribit in prologo Usuardus, evolentem *suras utque anniversarie recolendas Sanctorum festivitates ex quibusdam Patrum martyrologiis in quendam recolligere unitam, et suæmetum Hieronymi brevitatem, atque hunciam Bedæ defectuositatem declinare, censuisse sibi sequenda esse Flori memorialis viri futura in hoc ipso negotio vestigia, præsertim in secundo libro: ibi enim multa quæ in priore omiserat et correctit et addidit.* Quæ autem sint ista Flori latiora vestigia intellegere quadranteus ex Adone licet, circa idem quo Usuardus scribat tempus suum iquoque martyrologium moliente ex imperio ac passione sanctorum ritorum, ut supplerentur dies qui absque nominibus Martyrum in martyrologio (quod Venerabilis Flori studio in labore Domini Bedæ accepit) tantum notati erant.

9 Creverat igitur studio Flori Bedæ Venerabilis imperfectum opusculum: non sic tamen quin multi adhuc dies absque nominibus Martyrum notari restarent in martyrologio, cum primum scribere agressus est Ado: creverat autem talibus qualia scripsorat Beda elegia, itaque auctum semel iterumque scuturus Usuardus, *latiora Flori vestigia* decrevit premere. Non quid æque prolixa vellest elegia texere (est enim in his multo quiri Beda et Floro suæmetior Usuardus) sed quod Bedam a Floro quadranteus dilatatum, nec unius dumtrixat Sancti, ut fore solet genuinus textus, sed plurimi quandoque Sanctorum uno die elegia numerantem, imitari possunt declarat Usuardus.

A imitari vellet per orones anni totius dies. Quod ut faceret uniformi quadam ratione, nec ecclesiasticis usibus multile fieret nimia prolixitatis opus, contra-henda sibi proposuit elegia quæ essent in Beda ac Floro prolixiora quam ut ejusmodi plura simul com-mode legi possent in choro : nec omnia assumenda, sed pro arbitratu seligenda aptiora, omissionis non paucis, cum alias Santos potiori jure nominandos creditit.

Fuit Florus
vir doctissi-
mus,

et Usuardo
alique Adone
senior,

corvus
Rabano :

Flori additio-
ne frustula
requitalas

in qualuor
Beda exempla-
ribus MSS.

que Romano Martyrologio, quodque ex Vallicellana D Patrum Oratoriæ bibliotheca acceptum, pridem ad nos misit studiorum nostrorum æstimator sautorque sincerissimus, idemque Eminentissimus S. R. E. Cardinalis Petrus Aloysius Carafa. Tertium ex Eminentissimi Francisci Cardinalis Barberini instruc-tissima a codicibus MSS. bibliotheca accepimus, acephalum illud quidem, usque ad Idus Martias (quantum ex Translatione S. Benedicti iv Idus Sep tembris inscripta aliisque indicis colligere licet, ex aliquo Benedictino in Gallia monasterio Romanus advectum; sed optimæ fidei; neque ita tenuere mendoseque aut parce, ut priora duo, sed fidelius prolixiusque suppletum, partim ex Hieronymiano Martyrologio, partim ex propriis dieceseon Gallicanarum fastis. Verum neque in illo horum potuimus Florum reprehendere, neque in vetustissimo præclaroque Reginæ Suecia MS. quod quanti fecerit vir eruditissimus Lucas Holstenius, declarant ipsius ad Romanum Martyrologium Animadversa, hinc fere accepta et post illius mortem typis vulgata. In hoc tamen etiam Bedam agnoverimus, sed elogii saepe contractoribus : quare nec utendum illo putavimus in recensendo Beda, neque additiones illius vel supplementa ad Bedam referenda hoc loco, sicut aliorum trium additiones et supplementa retulimus; tum ut E ipsa hic collecta extarent essentque ad unum, una cum additionibus supplementisque Divionensibus; tum in sua quoad Bedæ textum concordia summa, in ceteris vero discrepanzia maxima, fidem nostram in genuino Beda asserendo probarent.

ad qua Bedam
Divionensem
continuit,

B Ille est ille Florus, de quo anno **ccccxlii** metricum Kalendarium scripturus Wandelbertus. Prumiensi in Trevirensi diecesi monachus (ut est ante Januarium in Prolegom. cap. 4 § 8 demonstratum) mortuus anno **cccclv** loquitur in sua ad Otricum prefatione ubi dicit : *Ope et subsidio præcipue usus tuum sancti et nominatissimi Flori, Lugdunensis Ecclesie. Subdiaconi : qui ut nostro (inqnit) tempore re vera singulari studio et assiduitate in divina Scriptura scientia pollere, ita librorum authenticorum non mediocri copia et veritate cognoscitur abundare. Sane quo minus hic ille sit quem querimus, non prohibet Usuardi martyrologium post Flori ad Bedam additiones scriptum. Illud enim non *Carolo Magno Imperatori*, ut ante nos alii censuerunt; sed *Domino Regno piissimo Carolo inscriptu Usuardus*, ut ex ipso*

Parisensis autographi titulo appetat: Carolo utique Calvo, Magni nepoti, anno **ccccxi** regnare exorsus, jamque ultra decimum sextuni annum regnanti. Quid enim aliud esse causæ dicemus, cur sanctus Viennæ Episcopus Ado, creatus **cccclv**, et simili supplendi martyrologii studio dictus, nusquam meminerit Usuardi : qui deluerat fuisse totis Galliis notissimus, si Caroli Magni jussu scripsisset opus ecclesiæ communiter proponendum, prout Caroli Regis commendatione propositum fuisse, et vero etiam receptum communius Usuardi martyrologium resipsa declarat?

Cum enim nec Adonem nominat Usuardus, cogimur credere eodem fere utrumque scriptisse tempore, nec quidquam alterum scivisse de altero : utrumque etiam nihil scivisse de Rabano, qui, ut ante Vitam ejus iv Februarii elucidatam § 6 et seqq. deduximus, anno **ccccxv** Fuldensi celeberrime schola prefertus, ab anno **ccccxv** egregiis copit scriptis clarescere, usque nomen suum illustravit usque ad annum **ccccxlvii**, quo electus est Moguntinus Archiepiscopus : qui proude coevis Floro, tunc cum hic Bedam supplere conabatur in Francia, simile cogitatum non suscepit tantum sed plene absolvit in Germania. Hujus porro Martyrologium cum inter Antiquas Henrici Canisi lectiones excusum habereatur, et aliquorum quos diximus duorum satis vulgo nota opuscula essent; invento sic ut præfatum est Beda, restabat Flori Auctarium requirere, quale est supra indicatum. Pervolvimus igitur MSS. omnia martyrologia, quæ quidem Beda nomen vel stylum referant : ac primum invenimus tria nos habere ex Urbe adducta, quæ singula integrum Bedam (sed modice auctum, et quoad vacuos dies suppletum) tam fideliter exhibuerunt, ut omnino persuaderemur in plerisque Romanis basilicis, abrogato Hieronymiani Martyrologiū usu ; et illo, quod Aquileiensi Episcopo a Pontifice missum supra monūm̄, fortassis non nisi in Laterana aliisque paucis ecclesiis recepto ; ita probatum alius Bedam fuisse, ut eo convenenter aucto utendam plures sibi putaverint, usque dum Usuardus visus est ecclesiasticis usibus accommodatio-

13 Eundem frumentum cum tria Belgica Martyrologia MSS. et ipsa Bedam pene integrum exhibentia, nobis ex se pollicentur, placuit ex ipsis quoque additiones et supplementa colligere, quamvis prolixitate sua præceptoris anetura videbrentur hujus præliminaris opusculi molem. Et ecce alibi frustra quæsitus Florum, in eorumdem consensu tam manifeste cognovimus, suo ipsum prudente stylo diffusiori et Bede in elogis simillimo ; ut nimis dubitandum videretur, quin manibus enim teneremus, istuc saltem ubi duo eorum consenserint. Quod tamen quia minus evidens erat in nudis Martyrum commemoracionibus quamvis tales quoque ab hoc Bede imitatore ad ejus exemplum nonnullis fastorum locis adscriptos sit admodum verosimile abstinimus ab ejus nomine iisdem inscribendo : istuc autem ubi vel ad eorumdem Sanctorum nomina, quæ nulla reperit apud bedam, aliquam passionis aut virtutis præcipue commendationem adjecti ; vel recensu se inscriptorum Cœlitum compendiarium offerebat notitiam, incunctanter judicavimus auctorem exprimendum. Cuius prius an posterior libellus ad eorum pervenerit manus, qui ista compilavere ad usum Ecclesie S. Marie Atriatensis et monasteriorum S. Martini Tornacensis et S. Lamberti Laetensis (hinc enim illa accepimus, et his a Floro auctum esse Bedam testatur Usuardus) non est nobis promptum divinare : quia necdum illum alibi Bedam invenimus Auctarium, isto, quod sub Flori nomine sumus daturi, simile quidem sed imperfectius aut perfectius, unde judicari possit quid primis curis, quid secundis fuerit elaboratum. Sunt autem prioris quidem generis ad nominatos a Beda Sanctos additamenta, quæ Flori consummum, paullo plus quam triginta : posterioris, id est eorum quæ integre Flori esse putavimus, supra centum, charactere medio a nobis distinguenda.

in tribus allis
exemplaribus
invenimus,

14 Sed releamus ad Bedam, sub cuius nomine excusum Martyrologium quam falsò ipsius auctorem referat, illico cognoscet qui vel primus illius dies conferre cum Adone voluerit. Inveniet enim eosdem fere et eodem ordine utrobique Santos, quorum elogia partim prolixiora compilator contraxit, partim

excusum sub
Bede nomine
Martyrol. ex
Adone
sumptum est
deficientia

MARTYROLOGIUM BEDÆ

VIII

A deficientia aut breviora de suo auxit vel adjecit : quos vero supra Adonem circa finem adscriptis huic martyrologio, eos majori ex parte a Rabano sumpsit, alios abunde accepit, nullo habito ad Bedam respectu : cuius auctore posteriores Sanctos annis ducentis trecentisque non dubitavit adsciscere. Nec majori jure Beda dici potest Ordinarium Leodiense : utpote ex Beda et Adone, contractis utriusque ad pauciora verba elegiis, manifesto condatum. Ita Beda quoque Martyrologio usus est pro Trevirensi Ecclesia, quisquis illi Sanctorum fastos, quorum habemus exemplar MS. composit. Predicti Adonis synchroni sunt B. Notkerus, monastarii S. Galli monachus anno Christi ccclxx, quando Aido eidem monasterio communicavit Reliquias S. Desiderii Episcopi et Martyris Viennensis x Kal. Junni recognoscendi ; quemadmodum ipse ad dictum diem testatur in suo Martyrologio, quod videtur Adonis exemplo scriptissime, integræ saepe elegia ex eo verbotenæ accipiens : mortuus anno Christi ccxcxn, ut clare demonstrabimus mense Aprili ad diem eius natalem.

Praeter Adonis Martyrologium (cujus exemplar creabile est ipsiusm Sangallensis misisse habuit etiam Notkerus præ oculis Martyrologium Rabani,

B de quo supra regnos, et eo etiam plurimum usus est, ideo ut videri possit unum e duobus confletere voluntate, quamquam illud Rabani non videatur publico alienus Ecclesie usus fuisse receptum : si enim uspiam, in Fuldensi profecto receptum fuisse, in quo scholarum Profectum aut Abbatum agebat ille eum scriberet. Atqui usa est haec alio longe succinctori, ejus egraphum accepimus ex altero Reginæ Christine Codice, quidque ex Adone contractum esse vix possimus dubitare : quemadmodum ex eodem quoque contracta censeri possunt MSS. Lobensis monasterii, Leodiense S. Lamberti, Trevirensse S. Paulini et al. id S. Marie ad Martyres dictum, nec non Ultrajectinum Ecclesie Collegium S. Marie : haec enim omnia pressius sequuntur Adonem. At vero Trevirensse S. Maximini inijs, quod saepè citamus, Rabannum et quidem fere integrum transcribit, maxime primis mensibus.

15 Aliac Ecclesiam alio atque alio modo ex uno aut pluribus iam dictorum sua concimmarunt Martyrologia : sed ex nullo frequentius quam Usuardo,

enjus multipliciter aucti usus totas fere Gallias Italiæque et Germaniam pervagatus est. Multa nos habemus istiusmodi, interque cetera ex Parisiensi autographo transcriptum egraphum : plura vidimus, et quantum festiuentibus in itinere licuit cum impresso Carthusianorum Colonensium contulimus, additiones unicuique proprias magna cura adnotantes ex Manuscriptis facile quinquaginta. Quæ ideo placuit in bac præfatione deducere, ut intelligens lector quantam in ejusmodi monumentis perquireret posuerimus diligentiam; quantumque in eorum ad invicem collatione repositum esse momentum putemus, ad Sanctorum, præsertim Martyrum, cultum solide definendum circa agonis locum ac socios passionis ; nobis haud gravata indicare curet quæcumque hujus generis alia alibi latere intellexerit : maxime si martyrologia ea sint vel Bedæ priora temporibus ; vel ipse Beda purus ac solitarius, qualis in Reginæ fragmento habuimus ; vel solius Flori additionibus auctus, qualem alibi hac tenus nullum vidimus.

16 Nunc litterarum, quibus in additionum collectione utinam compendii vanessa, explicationem hic habe. A. Atrebatense. B. Barberianum. C. S. Cyriaci. D. Divianense. L. Lietense. R. Regna Suecia. T. Tornuense. V. Vaticinum. Certus autem sit lector in omnibus hisce MSS. verbotenushaberi omnia quæ sub Bedæ nomine majori notamus charactere, nisi de aliquibus contrarium in margine aut ad calcern notetur. Curavimus enim ad majorem fidei probacionem, ut variae lectiones, etiam membra quandoque, et singulæ deficientis in unoquoque MS. lacunæ indicarentur : atque hac diligentia reprehendimus in MS. S. Cyriaci a die xvi Kal. Aprilis usque ad ii Idus Junii, desperatis solis intermediiis, in quibus Bedæ textus cum supplemento antiquo erat inveniens, impletam esse lacunam aliunde, et quidem diversimode. Nam reliquus Martius totusque Aprilis quot diebus tria quatuorva dumtaxat colligit Sanctorum nomina; Majos vero ac dimidiis Junius prolixiores sunt, et ornantur elegiis partim ex Adone partim aliunde petitis : quare toto illo diem inter intervallo nec additiones ex hoc S. Cyriaci Martyrologio sumenius, nec diversitatem ullam lectionum curabimus amotare.

Usuardi
Martyrologium
receptum pro
celeris

Notularum
explicatio.
E

quo Adone
etiam usus
Notkerus
Synchronus,

usus etiam
Rabano minus
parvulgo

alta MSS. ex
his contractis,

C de quo supra regnos, et eo etiam plurimum usus est, ideo ut videri possit unum e duobus confletere voluntate, quamquam illud Rabani non videatur publico alienus Ecclesie usus fuisse receptum : si enim uspiam, in Fuldensi profecto receptum fuisse, in quo scholarum Profectum aut Abbatum agebat ille eum scriberet. Atqui usa est haec alio longe succinctori, ejus egraphum accepimus ex altero Reginæ Christine Codice, quidque ex Adone contractum esse vix possimus dubitare : quemadmodum ex eodem quoque contracta censeri possunt MSS. Lobensis monasterii, Leodiense S. Lamberti, Trevirensse S. Paulini et al. id S. Marie ad Martyres dictum, nec non Ultrajectinum Ecclesie Collegium S. Marie : haec enim omnia pressius sequuntur Adonem. At vero Trevirensse S. Maximini inijs, quod saepè citamus, Rabannum et quidem fere integrum transcribit, maxime primis mensibus.

15 Aliac Ecclesiam alio atque alio modo ex uno aut pluribus iam dictorum sua concimmarunt Martyrologia : sed ex nullo frequentius quam Usuardo,

INCIPIT MARTYROLOGIUM BEDÆ PRESBYTERI.

C

JANUARIUS

F

KALENDIS. Octavae Domini, et secundum carnum Circumcisum ejus. Et natalis Almachus qui iubente Alypio Urbi Prefecto, cum dieceret. Hodie Octavae Domini die sunt, cessate a superstitionibus idolorum et sacrificiis pollutis; a gladiatoriis haec de riuissa occisis est,

* C. Cappado-
cen. A. Archipago-
pt. * T. Rom. II

missione maris martyritatus est. C. V. Hierosolyma Stephanus, Macarii Abdatus, Isidori Episcopi T. Endem die depositio B. Abdatis Macachi

III NON. Romæ nat. Anteros Papæ et Mart. qui duodecim annos rexit Ecclesiam, et in cœmeterio Callixti sepultus est via Appia. Eodem die Parisius Genovæ Virgins.

Florus in A. T. L. addit. Quæ in corpore positantum in virtute prævaluit, ut mortuum suscitaret.

Florus in A. T. L. in civitate Auelara passio S. Petri, qui crucifixus est sub Maximiano Imperatore. Ipso die passio S. Theogenis, qui precipitatus est in mari tempore Licini. Et natalis Potiti, qui sub Antonino Imperatore primo fustibus cassus est : denude carcere inclusus, magno pondere ferri damnatus : nudo eductus in eculeum est suspensus : et eum jussu Imperatoris securæ et canibus projicero vellent cum milites, tangere non poterant. Inde jussus est frigi in sartagine, frixusque plumbo suspensus : postea vero palo ferreo fixus est a capite usque deorsum. Quo ab Angelo eruptus, jussit illi Imperator

IV NONAS. Fascat Beda.

Florus in A. T. L. Romæ natale S. Telesphori Papæ et Martyris : is ex amachoreta cum per XII annos Ecclesie Romana priesset, iepinum septem hebdomadaram ante Pascha, et Missam in nocte Natalis Domini : sed et ante sacerdileum hymnum Angelorum, videhebat Gloria in excelsis Deo, decantandum institutum passusque est temporibus Antonini et Marcianartyrium.

D. Apud Antiochenum passio B. Isidori Episcopi El. in Ponto civitate Tomis Irinum fratrum, Argel, Narissi, et Marcellini pueri, qui sub Licinio Princeps inter Irinos comprehensos,

III

A Imperator linguam abscindi et oculos compungi. Et cum nec sic vinci posset, iusus est capite plecti, cum esset tredecim annorum puer.

Cyrillus filius monachus:

A polo, expavescens ne rumigerò populi celebraretur favore, sub magna deliberavit vigilans potius soli Deo cognitus esse, quam hominum efferi laudibus. Quapropter Episcopatum renuntians, habitum induit monachalem, et ex auctoritate Apostolica dereliquit post se S. Methodium fratrem suum, gloriis virtutibus glorificandum: cui pro fidei caritatis aeternae, tamquam pious Magister discipulo suo, amore devoto curam commendavit pastoralem: in qua caritatis munificentia, religio optimè vita, et

Methodius Ep. scđulo suorum salutem curat:

verbi Dei instantia, veraciter videbat. Factus ergo Moravorum Antistes et Lucifer patriæ, gregem commissum curie sue discreta pietate munxit, do- duit et correxit, evellens moena, salutaria seminans, Ecclesias Dei ad culmen summi honoris erigens, mira exercens, unumquemque a polluta religione discedere persuasit, et Baptismum Christi induere. Insuper eam instantia vir Dei rexit Ecclesiam sibi commissam. Sic per suam salutarem doctrinam sanctissimum Christi nomen resonabat in ore cunctorum: sic omnes quiescebat in pulchritudine pacis, omnes gamblebant in agnitione veritatis, universi latabantur in sanctitate religionis.

In pat Regis uicem consiplat nepos:

B 9 Cernens autem Iudicatorum animarum diabolus, populum semper suis mancipatum servitum sibi subtraui, et Christo Regi apphecat; nequitiam induit armis, ad tantum malignitatis perfidiam Deo odibiles excitavit, ut seditionis Swadopluk Princeps dol, cum sibi adherentibus fraudum complicibus fremeret, infantum qual religiosum Principem avunculum summa occidente punctione veneni appeteret occidere, quatenus in loco ejus posset regnare. Sed pius Rex sumptu ignoranter potu lethali, Bixim se grata protegente, nil nocens seu in corpore,

pontis regnum adspicit fidèles persecutur:

10 Postquam vero devotus Rex fuisse naturali morte prævenitus, et Swadopluk regnum Moravie gubernaret; sua feritate inflatus, fastu arrogantis cum ministris satimo, qui sibi pari conspiratione tanquam cane rabidissimi erant commixti, doctrinam viri Dei vanum fore asserabant, et eos, quos ma cum ei errantes revocaverat ad viam veritatis, salutis et gratiae, indecident exterminare. Præco autem Christi constantissimus plebem Deo fidelem admonuit, ut in via veritatis persisterent, qui aliter corde salutaria ejus monta capite iter suscepissent, Rebello vero contumaciter usperandarent legem Domini, plurimis injuriis afflentes Sacerdotes Domini.

11 Pater autem Angelicus alta consideratione perpendens, quonodo nonnulli pie credentes splendens lucis acenderent, et alias impie credentes et derogantes tenui enigma diffidabant; et quonodo sequaces boni currunt ad gloriam, et perfidi trahuntur ad peccatum; illorum declinans pertinaciam, illos tumquam hostes religionis Catholice abhorruit, omnem eorum conversationem detestans. Davídico suffultus eloquio dixit intra se: De vetero non sedebo cum consilio malignitatum, et cum secessati non manebam: sed adhucero innocentibus, et circumdabo nlore Dei mei. Quapropter in frontosum Principem Swadopluk, et suos satellites, et in omnes ejus fides, excommunicationis fulminavit sententiam.

12 Quo factu Romanum adire volens beatumque Cyrilum secum ducere; sed inveniens eum mortuum, petuit Papum ut saltem fratrum corpus exanimu secum posset Moraviam deferre, pro devotione gentis ipsius noviter conversae. Cui petitioni cum non amissus Apostolicus, B. Methodius oculite pro tempore stetit Romæ, ut tandem quodcum nocte ingrediens ecclesiam S. Clementis, in qua corpus fraternum fuerat sepultum, id oculite recipiens, ad Moraviam secum deportare voluit. Cumque per aliquot dies corpus sanctum deportaret secum in via, et in loco quodcum amico requiesceret, et postea cum

corpo sancto ulterius vellet procedere, nulla ratione D ab illo potuit abiire loco. Beatus autem Methodius orationibus insistens, petuit sibi divinitus revelari, quoniam corpus id sacrum deberet deferri. Tunc S. Cyrilus manu dextra elevata ostendit fratri suo Methodio multis videntibus, quod Romam iterum deberet deportari. Quo deportato, Papa cum populo Romano sancto occurreret corpori, et reverenter id recipiens, in ecclesia S. Clementis, ubi antea jacuerat, iterum sepelivit.

13 Post bor Swadopluk penitentia ductus super his, que viro sancto injuste intulerat, misit per numeritos ad virum sanctum, per quos petuit, ut revertetur ad Ecclesiam suam, promittens errata emendare. Tunc vir Dei gregem suum revisere properat, quem reliquerat corpore, non affectu. Ad eum aduentum occurentes nobiles cum civibus patriæ, et in mirum exultatuis gaudium versi, grates Deo dixerunt: Visitasti, Domine, terram tuam faciliasti cum, remittens nobis nostrum Pastorem animarum.

14 Accedit autem ut Rex Swadopluk in quadam convivio Ducem Bohemicum, nomine *g* Worsiwoi, sub mensa sua in detestacionem sua perfidie lucaret, incongruum asservens dehinc cum Christicidis gentilium hominem edere. Quem sanctus Præsus Methodius convertit ad fidem Catholicam, prædicens ei ore propheticæ, si baptizaretur, quod ipse et sui successores potentiores omnibus Principibus et Regibus fuerent. Cujus verba Dux Worsiwoi consentiens, se petuit cum triginta suis numero baptizari. Quo baptizato, Sacerdotibus secum receptis, Bohemiam revertitur, et uxorem suam S. Ludmillam, cum multitudine gentis Bohemicæ, coravit baptizari: qj in Christi fide viventes, post multa tempora immas Christo reddiderint, sancta exempla post se relinquentes posteris usque in hodiernum diem, ad lumen et gloriam Dei omnipotentis, cui est honor et gloria in secula seculorum, Amen.

a Ita ut ex precedenti vita expiacioni, sed subinde interputatur, et continuatur. In quo parentibus inueniuntur in processu. Vita num. 10 habentur, hoc aptiore. — c Precedens vita habet cum adhuc sit, in urbem a parentibus fuisse deductum. quid hic omisso, cum tamen eis Buden eo refertur. d Attila Theros, Cherson, et olim Chersones, ipso primi nominis, e Nam cum esset baptizatus in ea tamen atque ex vicinis Thazovis degubuit, vel qui horum linguis pretransversa usum haberent. — f Ha habebat epigraphum, vel Godes Papulne, ad ditiones Svatogorou subiecta hoc ruer significatur non satis liquet: alterantes vel atque signficant, ut quod hic huc expiacione in foro sagrarium Ectoniam — g Qui hic Worsiwoi, alia Burkyoi et Borivorus, appellatur.

LECTIONES ECCLESIAST. DE HISDEM SANCTIS F

CYRILLO ET METHODIO,

ex veteri MS. Breviario Olomuc.

Beatius Cyrilus natione Graecus, tam Latinis quam ipsis Graecorum apicibus instrutus, postquam Vulgaris crediderunt, aggressus est, in nomine sancte Trinitatis et uniuscuius unitatis, etiam genti Moraviae fidem Domini nostri Jesu Christi predicare. Et cooperante Divina gratia, postquam illos Christo iheratis fuerat, etiam apices vel characteres novos compiperit, et vetus novumque Testamentum, plurimaque alia de Greco seu Latino Slavonicam in lingnam transuertit: ne Missas præterea ceteraque Canonicas Horas in Ecclesia resonare statuit. Quod et usque hodie in partibus Selavorum agitur, maxime in Vulgaris, multaque ex hoc anno Christo Domino acquirantur.

2 Cumque quodcum tempore memoratus Cyrilus Romanum causas devotionis adiisset, a Summo Pontifice et a reliquis Rectoribus Ecclesie redargitur, ut quod contra statuta Canonum ausus fuerit Missarum solemnia instituere canere Slavonica in lingua.

*Illi**Ps. 28, 4**S. Cyrillicus corpus, Papa abiente,**clam Roma auferit,**sed ex divina sistit tanta,**LECTIO.**a**S. Cyrillicus Moravos convertit:**fis invicta literas.**Messas Slavicae canit.**ab hoc a papis reprehensus*

A Illo bimiliter satisfaciente illis, nec omnino eos mitigare valente; arrepto psalterio, Psalmigraphi versum in medio recitavit, quo dicitur, *Omnis spiritus laudet Dominum.*

*opto responso
cum inducit
ut permitat;*

1 Cor. 14. 29.

frimonachus,

*B Episcopatum
suum Methodio
fratre tradidit:*

b

*Junior Zucch-
topulk in
necem avuncu-
li per Regis
confundat.*

*Methodium
condonans,*

*qui quis
subditos
oposuit
excommunicare
ca...*

3 Et ipse versui alludens, si, inquit, omnis spiritus laudet Dominum, cur me, Patres electi, prohibetis Missarum solennia celebrantem modulari Slavonice? seu alia queque de Latino vel Graeco verbo eorum vertere in sermonem? Si quidem vel in eo qui-vissem subvenire populo illi, ut ceteris nationibus, in lingua Latina vel Graeca, omnimodis id non pre-suppossem. Sed omnino idiota et ignarus viarum Domini reperiens, solum hoc ingenium, omnipotente Deo cordi meo inspirante, compri: per quod etiam multos Deo acquisivi. Quapropter ignoscite mihi, Patres et Domini & siquidem et Paulus Apostolus Doctor gentium in epistola sua ad Corinthios inquit: Loqui linguis nolite probibere: At illi audientes, et admirantes tanti viri sanctitatem et fidem, auctoritate sua statuerunt, et firmarunt, supernotato sermone partibus in illis Missarum solennia ceterasque Horas Canonicas hymnizare.

4 Ipse autem Cyrus etiam ibi persistens, monachicum habitum ibi suscipiens, diem clausit extremum, relinquens supernumeratis in partibus trem suum, nomine Methudium, virum strenuum omnique sanctitate decoratum. Qui etiam postquam multos Christo maiupulos congregaverat, ab ipso Principe, qui partibus in illis tunc dominabatur, et imperabat universæ terræ ceu magnificus Imperator, statutus ut Summus Pontifex fieret, habens sub se h septem Pontifices ejusdem sanctitatis.

5 Sic quia ab ipso mundi primordio, postquam protoplastus sumpsit vetiti amaritudinem pomi, seminarii discordie inter humilitatem et superbiam, inter dilectionem et odium, et religiosa virtutum odora-menta vitorumque factorem, humani generis ini-micus usque ad præsens fundere non desistit; dolens populum suis semper servitiis mancipatum sibi sub-trabi, veroque Regi Christo Domino acquiri; totis nequitiarum armis indutus, novos satellites et ignaros ad tantam perfidiam bellandi adit, discordiarum venenata semina inter ipsos primarios re-toresque jactitat et avaritiae et superbiae ignita tela parat.

6 Et hoc intantum, ut Swatopluk, qui erat nepos Principis vel Regis religiosi, qui institutor et rector totius Christianitatis seu religionis extiterat benignus, ipsum avunculum summ insidiis appetitum regno pellere, visu privare, vitamque ei veneno con-etur auferre. Sei hausto illo pestifero potu, protegente se divina gratia, nil adversum patitur. Ubiqne Swatopluk tyramide suscepta, fastu arro-gantiae inflammatus, cum sibi militibus sodalibus, Pontificis Methodii prædicationem quasi meliusquam respuit, monitaque sacratissima non pleniter suscep-tit; verum membra sua, videbilem populumque suum, partim Christo partim diabolo servire exhibuit. Quapropter a Pontifice beatæ memorie super-menorato pagus ejus et rus cum habitantibus multis, anathemate percussa, cum sulcis suis et fructibus, diversis cladiis ultra, usque in hodiernum diem deflent. *Hac ex MS. illo, quantum legi portunrat?*

a Cum his Lectionibus congruat initium Vita S. Ludmilla, qua extat in MS. canonici Budensis Canticorum regularium in directu Paderbornensi, sed phras. nouissim subinde ampliata. b Dudem iniquum, qui illi, quoniam et Siliam fuerit Pontifices: unicum haecnam reperimus. Wiclinum Nitensem, quo nunc Sedes subjecta est. Archiepiscopo Strigoniensi Metropolitum Hungaria. c In citata S. Ludmilla Acta hoc sequuntur: data in dieceptionem ei captivitate et prædam et detinunt et desolationem, atque in silabus universæ carni gra-dienti per eam, quoniam nulla societas lucis ad tenebras, nec convenit Christi cum Belial. Quorum exempla nos quoque videntur respicere, qui eisdem passibus consumur iacerdere.

Martini. T. II.

quoniam qui domum vicini sui conspicit concremari, suspectus debet esse sua. Quia videtur de suo adesse, qui ex ritatis lectionibus vita illius priorem partem concinnat.

BOHEMORUM CONVERSIO PER S. METHODIUM EPISC.

ex MS. cœnobii Budecensis in Vita S. Lud-millæ Mart.

Pestilentia cladiis afflicti infelices illi, qui nunc Slavi Boemi, sub Areturo positi, postquam diu sine lege, sine principe vel rectore vel urbe, ut bruta animalia sparsim vagantes, fructibus terre sue sive aliis rebus suis destituti sunt; a Pythonyssam quan-dam adeunt, postulantes ab ea spiritum consilii et responsum divinationis. Quo accepto civitatem sta-tuant, cui nomen Pragam imponunt. Postea invento quadam sagacissimo ac prætentissimo viro, cui no-tissimum erat agriculturae officium, responsione Py-thonis se gubernatore agrorum suorum statunt, cognominatum b Primiz, juncta ei in matrimonio su-pramemorata virgine Pythonissa. Sieque denun a clade ac multiplici peste eruti; Ducem sibi vel Prin-cipem præposuerunt, vocitatum c Boriwoi: servi-en tes ipsi, uti cuperant, deueniorum simulacris, ac profaniis sacrificiorum artibus debacebantes. Prin-ceps igitur iste Boriwoi, cum excellentissime, et egregie juventute flore nitesceret, quadam tempore, negotii sui populi sibi commissi causa: Ducem sibi vel Regem Zuent-pulek, qui ab incepta d perti-nacia mitigatus, viam veritatis constanter appre-henderat, adit tunc temporibus Moraviae una cum Methodio Pontifice commorantem: a quo videlicet Rege benignè suscipitur, ad convivium pariter cum reliquis adsciscitur. Verum sessionis ei locus inter Christicolas minime conceditur, sed ritu paganorum hanc comedere.

2 Tum Praesul Methodius injuria condolens, fer-tur dixisse ad eum: Vae, inquit, quod tu talis tan-

*Bohemorum
Slavorum
Ducem
Ethnicum*

b

E

*quamvis
hoycum,
conctitam
a Boriwoi, ritu
paganorum
hanc comedere.*

d

*ra occasione
ad fidem
Christi inducit
S. Methodius,*

*et cum 30
iunctibus
instructum,*

F

tusque baud erubescisa principalibus sedibus repelli, cum et ipse in fascibus duecatum obtineas; sed magis empiris ob nefandam culturam cum subtileis humi-tenus meubare. At ille. Quid, inquit, ob hujusmodi rem periculi patior? Vel quid milia boni conferat Christianitatis ritus? Si, inquit Praesul Methodius, abrenuntiaveris idolis, et habitantibus in eis demo-nibus, dominorum dominus efficeris cunctique hos-tes tui subjiciuntur ditioni tuae; et progenies tua augmentabatur, sicut flavius maximus, in quo diver-serum confluent fluenta rivulorum. Et, Si, inquit Boriwoi, res se ita habet, que mors est baptizandi Nulla, aut Pontifex; tantum paratus esto ex integro corde credere in Deum Patrem omnipotentem, ejusque Unigenitum Dominum nostrum Jesum Chri-stum, et in Spiritum Paraclitum, illuminatorem omnium fidelium animarum; non tantum mundialis causa substantiae, verum capessendæ salutis anime-tue, ut acquiendæ perennitatis gloria, simul etiam percipienda societas Sanctorum, et ineffabilis leti-tiae eorum. His et hujusmodi mellifluis exhortati-bus accensa mens juvenis, aestuabat gratiam Bap-tismi percipere. Et ut nulla mors fieret, cum his, qui comitabantur cum, terratenus pedibus Pon-tificis advolutus, omnibus postulabat. Quid plura! Mane facto, Ducem ipsum et triginta, qui cum co-venerant, catholizans, peractis jejuniorum ex more solemnis, sacrosancto baptismatis fonte initiavit; pleniterque cum de fide Christi instruens, mul-tis locupletatum donis ad propria redire concessit, tribuens ei venerabilis vita Sacerdotem, nomine Caych. Qui reversi in sua, supradictum Sacerdotem statunt in castello, cui nomen Gradiez, fundantes ecclesiam in honore S. Clementis Papæ et Martyris, do-
torum rede-
nunt jungit
Sacerdotem.

4 multa

*Bohemis
rebellantibus,*

*secedit Dux in
Moriam et
pleniua
Methodio
instituitur:*

*Zemiric a
rebellibus
electus,
Matth. 15, 13.*

*Ita dispergit
quia lingua
parte vultus,*

*et adhucen-
tium novo
perfida
delectis,*

*cum illis
pellitur.*

A multa detimenta satane ingerentes, populum vero multum Christo Domino acquirentes.

3 Quia cernens perfidus ille chalydras, propriis armis sumptu antiqua bella reparat, populum cunctum Boiemorum in furem Principis accendit, eo quod pateros mores relinquere, et novam atque inauditam sanctitatis legem Christianorum mariperet. Surgunt igitur adversus eum uno animo eademque sententia, et suis cum a finibus protrahere conantur, sen etiam vitam ipsam auferre mediantur. Quo agnito, Princeps sese ab eis removit, rursusque Regem Zuentepulch sive Pontificem Methodium repetivit: a quibus clarissime, et, ut decebat, humanissime suscipitur, et aliquantulum apud eos degens doctrinam Christi perfecte nanciscitur. At vero plebs praefata in nequitia sua permanens, quemdam Duceum Zreimir, cuius nomen in Latinum vertitur sermonem, *JUDICIA PACTA*, qui apud Tentones presugus exulabat, de sua gente missis Legatis, ad propriis reducunt, sibique Princepem statunt. Verum quia Veritas omnino fidelitatem, que ait in Evangelio: *Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus coelitus, eradicabitur; ipsa cooperante dissipatum est consilium pravorum velociter.* Nam isdem eorum electus Dux, hec ei ipsius gentes esset, dinturum tamen exultatio proprii eum privaverat, labii eloquio. Quapropter in suis electordis reuertit, primum seipso arcens, videlicet quod tales sibi elepissent, cuius neque vocem neque sermonem possent haurire, et quorum clamores autres ignarae linguae sua penetrare non valerent.

4 Et quoniam Dei praevidentia disponeente supra-memoratus Princeps Boriwoi plurimos amicorum inibi secedens reliquerat: agitum eorum consilio, ut animos furentium plebium erga benignum rex-torem mitigaretur, atque adversus perfidum invasorem foto ammis in tigetur in nemem. Verum quoniam pars quam maxima perfidorum tyranno habebant, inuenit consilium, qui civitatem Metropolim Pragam addeant, et ita simili ereditate in eamponi, quid sibi gerendum foret, juxta beneplacitum utriusque parti diligenter exquirant. Perfidorum ergo pars perperam uigens, arum secum lociesque occulte in eundem campum detulit, ut scibi, qui ex parte Princeps Boriwoi erant, eis in eundem uscentire mollescent, quilibet eorum exulta voce occulatum in medium proclamaret signum, inquiens: *Varienus, varienus nos; sieque locies et gallos, quis occulte tolerant induti, contradictores suos fratreis uocarent. Quod consilium eorum pessimum partem Boriwoi minime latinit.* Itaque et ipsi locies sub tunice induti, procedunt in campum pro definiendo statu Princepis sui. Cinque parti Zreimir non placuerat consultus

partis Boriwoi, unus eorum vocem in altum elevans D proclamat: *Heyanostri, variemus nos. Quia voce cognita, pars Boriwoi, que loricata erat sub tunice, Bene, inquit, bene dixisti, ecce nunc diversis coloribus varians apparebis. Sieque ferro obtunato illo armatos ejus socios fugam inire coegerunt et falsum Princepem eorum patnia expulerunt.*

5 Morawie deinceps properantes, pristinum Princepem Boriwoi illinc rediunt, et loco proprio restitunt. Quoniam vero isdem Princeps Morawie degens, omnipotenti Deo votum uoverat, quod si eum Dominus ad proprium honore reduceret, basilicam in honore Beate Dei Genitricis et perpetuae Virginis templum *xtrug*, Mariæ adedicaret, reversus sine mora votum suum implere studuit in civitate Pragensi. Hic, inquam, Princeps primus fundator sanctorum locorum, congregator Clericorum, et tantillæ, que tune fuit, religionis extitit constitutor. Habuit etiam uxorem, nomine Lutimilam, filiam Zlatboris Comitis in provincia Slavorum, quæ Spev antiquitas non uideatur, nunc a modernis propter civitatem noviter inibi constructum, Milnick vocatur. Haec nimirum Lutimila sicut prius in errore gentilitatis immolando simulacris servens extiterat, ita postmodum imitando virtutes mariti sui, ad religionem Christianitatis conversa, facta est ferventissima famula Christi. E Suscepit igitur ex ea septemnaturus Princeps tres filios totidemque filias, ut ei Methodius Pontifex propheticus ore pradixisset, et quotidiani incrementi cum omni gente sua regnique conuidentur.

a *Hoc labiassu fuit, Cum secundo Bohemorum Dux filii — b Prindaus alius scriptoribus appellatur: quartus Dux fuit, de quo si labiassu multa meminatur o Bohemicis scriptoribus, Postea upon fabulos, qua ridere est apud Turum saltem histog. Bohemic cap. 5 et 6. — c Boriwic. Tunc Siles Boriwicus, alius Borivinus, dictum Bohemus Dux, Nostrae sue Hostie) filius fuit, primus inter Bohemis Dux Christianis. — d Hec, ut nostra istendimus, non videntur accepisse de Zuentepulch sic Svatopulch aut Svatopulch juniores, qui in dignis monibz S. Methodium exigitur, ut dividere parentum ducem eum ex la gratiam uiderit. Nam ut Borivinum Duxem Bohemicum, atque prius Christianum, ut Iuniorum Svatopulchii fuerit declinatus, sicut cap. Vno uocat Iunior Salvius: qui seniorum tradit ab Alaudo Isp. prolio victim, etiam profugisse, ne erste multa uenientibus abgeti, tribus eruntur esse adjutori, in monte cui similes moniti, duque citum quotam et religione exigeri; at cum instare sedis matrem sentire, quis esset iudicare: postea corporis a filio resuimus, ut Ulegiudi ut majorum sapientia conditum, sed qui seniori successat, non filius eius fuit, sed nepos, ut super dictum, Seniori quicquid hanc asseruisse tribuit Coemus Pragenus annis 824. Antiquiores sunt, ut primum pide digniores Annulus Metenses Iom. 3 Ferrarior. Dicimus pag. 323, ubi hoc habent ad annum cunctam 803. Cetera haec etiam tempora Zuentepulch Rex Marathenium Slavorum, ut inter suis prudentissimis et ingenio euiliissimis, dictum clavis extremum. Cuius regnum illi eius patera tempore inferiorem transiit. Hungaria omnia usque ad solitu depopulatissima. Quod in juventute Zuentepulch, prima Christi Regis uapoletum, quadrage tollere nobis videtur, quam in seniorem, ejus uenientium.*

*Boriwic
revocatur,*

*fidei promota
cum S. Lud-
millæ uxore.*

DE S. VITALE SICULO, ABBATE ORDINIS S. BASILII, ARMENTI ET RAPOLLE IN ITALIA.

*ANNO
DILECCIONIS
IX MARTII*

*Vita unde hic
edita?*

Mortalem hunc vitum deseruisse hoc die S. Vitalem Acta ejus docent, que accurate ab auctore seu veroe Graece conscripta, ac postmodum anno sexagesimo Latino translata, atque in Lectiones distributa, solebant ad Matutinum in Officio Ecclesiastico recitari in Ecclesia Armentensem Lucaniae sive Basilicata, provincia regni Neapolitanum, ubi corpus ejus dicitur etiamnum adscriri. Nonnullæ etiam reliqua sunt in Ecclesia Cathedrali urbis Tricaricensis in enus diversi oppidum Armentum situm est. Apographum nostrum est anno millesimo Domino Luca Musato Armentano transcriptum, et nobis Neapolit ab Antonio Bruttio Societatis nostræ Sacerdote transmissum. Edidit eandem Vitam ex duobus MSS. Armen-

tianis Octavius Cajetanus tomo secundo Vitarum Sanctorum Siculanorum, sed quod arbitratem stylum rudem esse, cum sua phrasu perpoluit. At nodis primi anchoris stylus minus disperbat, quem prouide retrahamus.

2 Item Ugarbanus in Martyrologio Siculo ad hunc nomen in IX Martii istu habet: In Castro-novo S. Vitalis Abbatiss ex Ordine S. Basilii. Que eadem in Catalogo generali habet Ferrarinus, qui ad precedentem diem ex tabulis monasterii Carbonensis de eodem egerat his verbis: Armenti in Lucania S. Vitalis eremito. De illo ista Oratio sollebat recitari. Adesto, quesumus, Domine, omnipotens Deus, precibus populi supplcantis, et B. Vitalis Confessoris tui ad impetrandum misericordiam tuam precibus adjuvemur: enus quoque

A quoque interventu apud te nostrae devotionis fructus
accrescat. Per Dominum nostrum etc.

*Translatio.
18 Aprilis.*

*Betas nepos
S. Vitalis.*

*Frustum Translationis S. Vitalis ex monumentis
oppidi Armentani celebrari xxviii Aprilis duxerit iudem
Cajetanus et Ferrarius. Addit hic in notis S. Vitalem
etiam praesuisse Carbonensi monasterio a dicto Ar-
mento & milibus passuum distanti. Cujus tamen
Præfectura nulla mentio in Actis, neque apud Paulum
Æmilium Sancrorum in Historia monasterii Carbonen-
sis. Fuit Sancti Vitalis discipulus et nepos Helias,
qui ad eum de Sicilia venerat: cui ille moribundus
indicavit, post triginta annos corpus suum transferen-
dum, quod tam monitus præstiterat, cum interim in par-
tibus Turrensium monasteriorum erexisset, et Fratres
plurimos congregasset: et horum quædam infra
in Actis leguntur. Cajetanus hunc etiam cum
S. Vitale Martyrologio Siculo cum titulo Beati in-
scripsit.*

VITA

Auctore Graeco fere coævo, ex antiquis MSS.
Latinis.

CAPUT I.

Educatio S. Vitalis: vita monastica in Sicilia, Calabria, et Lucania.

*Prologue
interpretus.*

Cum sitis variis ac diversis, eruditissime Praesul a Roberte, fertilium agrorum floribus assueti; mirari non desino in cultis et insipidis hortuli mei vos ole- ribus defectari. Nam claris Doctoribus prætermis- sis, imperitiam meam instanti compellitis jussione: ut vitam, conversationem et actus sanctissimi Confessoris, et præcipui eremita Vitalis, quove ordine ab aliquibus personis gloriosum illius corpus fuerit Ar- mentum deducetur, ex opaca Graecorum silva trans- feram in Latinum, quatenus tempore nostro splen- deant. Ardet, inquam, animus exequi quod jubetis: sed vereor, ne dum petitioni vestrae satisfacere gestio, exasperet potius indecta prolatio, quam demulceat auditores. Quamquam autem Venerabilis Pontifex, ad tantum oneris sarcinam tolerandam, insufficientem me penitus et minus idoneum non ignorem: spem tamen ad eum erigenus, qui docet hominem scientiam, et linguis infantinam facit esse disertas, tam efficax quia libens, quod Vesta suadet Paternitas, aggre- diar explicare.

*S. Vitalis
studios
excusus.*

Sed Beatissimus igitur Pater iste Vitalis, natione Siculus, de civitate, que *b. Castrum-Novum* dicitur, extitit ornatissimus. Parentes ejus genere clari, sub- stantia splendidi, fidei devoti, cooperatores boni, per viam mandatorum Dei jugiter incedebant. Pater ejus Sergius, mater vero fuit Chrysocoma nuncupata: a quibus, cum adhuc puer esset, traditus est primis Doctoribus, sacris erudiendis litteris et divinis. Nec multo quidem tempore studuit, sed multum in brevi scientia fructum colligit. Mox a teneris annis Christo cupiens militare, ducas patria, parentibus derelictis, ad venerabilem Patrem *c. Philippum Lægrium*, virum unique sanctum, ac malignorum spirituum expugnatorum confugit, seque fieri monachum postulavit: apud quem sacro et Angelico halo- to devote suscepto, per quinquennium mansit, prius ejus moribus ac disciplinis monasticis se conformans, in deputato sibi monasterio Abbatij et Fratribus plena semper obedientia serviebat, nec umquam a divino- norum eloquiorum fructu sancta meditatione vacabat. Mirabantur omnes humilitatem, stupebant patientiam, quam in bonis artibus exercebat. Interea se voto astrinxit, ut orationis causa Romanum pergeret, atque aero sanctus Apostolorum Principum Petri et Pauli basilicas visitaret. Ad hoc autem quosdam de-

Confratribus complices habuit, cum quibus voluntate, assensu, et licentia seu conscientia Abbatis, *ex his.* sum duxit desiderium exequendum.

*morum
serpens si-
gno Crucis
sonal.*

3 Cum ergo iter faceret, ventum est Taracinam d, Campanie regionis: sed quoniam humani generis hostis diabolus, qui felicibus ejus actibus invidebat, parare non erubescit insidias, ut possit tam pius, tam sanctum propositum revocare; contigit, cum esset ibi, præsumtum virum Dei mordaci atrociter a serpente, ita ut venenato mortuus nimium astuaret, et præ doloris angustia vehementer urgeretur. Fratres, qui secum aderant, stupefacti, ad ejus interi- tum oculos intendebant. Omagna et admiranda pietas Salvatoris! Mox, ut locus, quem serpens læserat, Crucis ab eodem Patre munitur signaculo, discedit dolor, cessat angustia, et qui mortem paraverat, sospite eo, cui parabatur interiit. Videntes autem, qui comitabantur cum eo, quod sic illas, etiamque nil passus, gaudens potius et exultans in Domino permanisset; Deo, qui facit mirabilia pro Sanctis suis, gratias agere cum gloria cœperunt, magnificantes quoque Sanctum et modis omnibus admirantes. Deinde coptam exequentes viam, sicut Domino placuit, perfecerunt.

4 Postquam autem Apostolorum Principium, alio- rumque Sanctorum ibidem quiescentium templum et sepulera fuerunt devotissime venerati, in Calabriam *degit in Cala- bria,* sunt regressi: ubi clanculus Dei famulus a sociis se surripiens abiit, et juxta civitatem *r. S. Severini* in quibusdam thermis biennio habitabat, ubi a nemine visus, jejuniis dumtaxat et orationibus intentus, preces suas homino cum lacrymis offerebat. Motus autem, inde transfretavit in Siciliam, et veniens hu- bitavit apul montem Gibellum contra monasterium sancti Patris Philippi Lægiri, in quo jam pridem fuerat monachus effectus: ibique delitescens corporis summum frigore et aestu discopertum domavit, per duodecim annos herbis et aqua se nutritus: deinde in Calabrian remans, peragratus eremus, montibus et speluncis, applicens similes civitatis *f. Cassoni* in monte, qui dicitur Liporachi. Hie dum in monte isto degeret, obviam habuit Abbatem *g. Antonium*, non antiquum illum et primum eremitanum, sed alium quemdau juvenem moderni temporis a moribus primi haud multum discrepantem: qui, postquam ad invicem recognoscunt, mutuamque silo veniam re- verenter impendunt, *S. Vitalis dignatus est cellam ejus adire.* Fuit autem iste Antonius in tenera etate bonis operibus revirescens, per eremos semper et montes castam atque Angelicam vitam dicens. Cum per dies plurimos pariter conversari füssent, ni- minimeque *B. Antonius congressibus diaboli restisset;* vir magno virtutis cum salutaribus aggrediens monitas, sic afflatur: Vide inquit, Frater Antoni, non propter persecutiones et insidias diaboli prævaricationis ipsum invenras, vel tribulationis angustias in corde suspicias: quia tentator est insipientibus et callidus simplicibus: tentat enim deponere et precipitare: effusus est et fugax, audax et elatus, destructor et deformis. Sed nihil prævalet contra nos serpens multiformis, quia suas nequianas ver- sutus ignoramus. Demptis est illi seductoria *et cum la vltute* ejus, nec subiicit: quoniam conculeatur a Sanctis per virtutem Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi. Nos ergo ne conteramur vel pusillanimes efficiamur, quia fraudulentia draconis commuta pro beneplacito Dei frangitur, cum servamus nos: et sicut avis, eripiemur a laqueis, et a muscipulis quinque sen- suum, visus scilicet, odoratus, auditus etc. quibus occupat et occultat leviter eos, qui carnalia diligeunt, et mundana sectantur. Sicetiam sperat hic se- cundum cogitationem et imaginationem nos rapere, et conculeare. Hæc et bis similia, multaque alia præ- dicans

A dicens B. Vitalis, monebat Antonium, et in Dei opere confirmabat.

B Post hac orantibus utrisque, et inter eos vale dicto, discessit S. Vitalis, atque circumiens mansit in locis inviis, et inlehabilibus, que nunc dicuntur *h* Petra Roseti : ubi multa latencinia multaque siebant homicidia : ibique degens, orationum snarum intervenientibus meritis fures de illo loco omnes penitus extirpavit, et qui erat inaccessibilis, accessibilem reddidit universis. Tunc ad vocabulum maximi Patris nostri et regularis Basili imprimis domo constructa, aquam sanctam et salutiferam superestendit, quae erat agrotantum mirabilis medicina, et suspenda curato languidorum. De vienis ergo locis eurrerunt viri, properant mulieres, et a quacumque detinebant infinitate, hunc interventu Patris sancti, sani et aelacri reverendarunt : sieque factum est, ut ubi conuentus malignantium fuerat, ibi gratiarum actiones Domino referantur. Eadem quippe tempore facta est solita prolusus inundatio pluviorum : tunc efflagitatus ab incolis illius terra, elevatio innib[us] et erectio in celum luminib[us], ad preces se totum effundit, obortisque berynis oravit ad Dominum. Oratione facta, misericors et miserator Dominus, qui facit voluntatem timentium se, confinno precibus ejus adiunxit, et ex nimio labore hominum ad pietatem flexus, circumdantes pluvias in bonam terrae fructificationem convertit, atque datorem largissimum glorificare Domini omnes et laudare precepit, qui per servos suos misericordia semper ac prodigia non desinit operari. Hinc profectus ad montem, qui dicitur *i* Ropens, contra castellum S. Quirici sua movit vestigia, ad quem dies aliquot iter faciens, lora dura et aspera peragravat, usque dum pervenit ad Cryptam S. Angelii de *k* Dragone : ibi sane contritulando se pariter et modia patiendo omnesque missarum sub specie indicendo, omnimoda regula sanctorum corpus afflxit. Nec paucis ibi tempore mortuus, recedens iterum ad excessum quendam *l* S. Juliani montem ascendit, ubi discopertus pernoctans, nunc trigoro nunc astu, carnosum macerabat inaccessor.

C Post hanc descendens de monte, recepit se ad quondam S. Heliae monasterium, quod dicitur *m* Mi sonelli, cuius scilicet Heliae conversationis se imitatore ostendit. In hoc puto et sancto *n* ensto monasterio concubialiter perseverans, omni matutitudine, humilitate immensa, obedientia immurrecessibili, sollicitate multa et abstinentia decorata, sine intermissione Domini orabat : et Angelicas facies ejus berynas effundebat. Habebat in ore semper et corde, ad integrum victoriam adversarii, meditationem divinorum verborum : habebat et irromissum eum utique perseverantiam omnes honorandi, omnes sine similitudine monenti, sollicitos confirmabat et simplices, gulosos ne desidos ad ponitiam et reuictum nem attrahebat : ali illis, qui se ipsos tantum diligunt, et iuvans sunt gloriam cupidii, carnisq[ue] desideria querunt, velut ab igne et serpente, praeul faciebat nomen suum : vigilabat assiduis in multa supplicatione, decipiens collidit et multiformal serpentes, portansque in se ipso primi genitoris et cornu, qui erant de certo Iapsori; calefiebam undissolubilis. Sic ergo se agens, nimis et diu afflictus, multis emetisque admirabilis Dei servus oldernavit inconsumptibilem mentis suu stratum, nec non et quotidianam, qua jugiter affluebat, predicationem sequens, non se laudari ab aliquo permittebat.

n Heribodus urbis Triceniensis Episcopus, ut in fine num. 30 explicatur : ubi plura de eo indutamus. *o* In Castrum-novum mortua matrona insculpta est euquidam Plaude Entra anno 35 post Consulatum Basilli, Christi 572 defuncta, ex qua inscrip-

*tione et antiquis ruinis Octacius Cajetanus demonstrat urbem huius celatum fuisse, eaque destruere Castrum-novum creatum. *p* Cajetanus hunc locum sita mutantur : parentibus stereatis Aguri ad monasterium S. Philippi malignorum spirituum expugnacionem relinere, deinceps ea mouere lectorem. *q* Viril S. Philippus Agyrtensis seculo Christi primo, colitur 12 Mart. — *r* Terracina nels antiqui Latii, tunc, ut modo, in Campania Romana atque diuina Pontifex, in confuso regno Neapolitano — *s* Vulgo Sanseverina munitione civitas in metu Calabriae proprie Sethum fluvium, qui hanc procul in mare Ionium exoneratur. *t* Verditor urbo Sibrena Plinii aliisque dicta. *u* Cassanum in cetera Calabria recente Basilei, in regione aspirat. — *v* Colitur hic Abbas Antonius 23 Augusti, Achitranus hujus S. Antonii ossa esse, que in ade Cathedrali Triceniensi ad stuporem mirabilioso splendore fulgere Egredit tradit longa *w* Holli sacre column 122. — *x* Est ita idem Castrum Rusci ad tealandrum pluvium, parum a morte Ionio distans, in rumpito Basilei. *y* Sicut haec loca in provincia Iustiniana, in quo reliquias viles peregit Rapara nunc ibi in chartis geographicas notatur, non et locus S. Quirici, sed ab eo distans, ut alius haec locis evidentie indicari. *z* Cajetanus S. Angelii de Asprimo. *aa* Appudum S. Archangelii proprie Agrum fluvium. *bb* In vertice monasterii Rapara est etiam ecclesia S. Angeli. — *cc* In Vita S. Iacobus Irenaeus, dico quo mur, memoratu manuiterimus S. Juliani, hinc in portibus situm — *dd* Maravillium appudum Calabris ultra agnum fluvium.*

CAPUT II.

Vita in spelunca acta. Colloquium cum S. Luciferemita. Varii instructi, et peccatores adjuti.

A d hoc enim plorandum intendebat, et quia mundi luxus gloria cum suis oblectacionibus contemebat, ne humana laude aliquando raparetur, latenter inde motus, quasdam adiit valles inter duos montes a Turris et Armenti : in quo loco speluncam repesciens, longis temporibus habitavit, jejunis deditus et orationis, multaque Dei famulis imaginatio-nes diemnon toleravit immotus. Mira loquitur, sed file plena : aegrestia animalia, dñe Domino, venientia, omnique deposita feritate, sacros hujus viri podoles lingebant, nec inde, nisi suscepta benedictionis gratia, recedebant. Et non solum hoc, sed et multitudine vulnerum ad speluncam properabant, ut tanti Patris possent benedictionis accipere portionem. Ipsa vero communis escas, quas solitus erat comedere, illis manu propria ministrabat : quibus data benedictione, acsi naturæ loqueretur humanae, dicebat : Ita vos amodo, ut veniant aliae. Quidam monachi eas venientes ad montem, et a solis incendio minio testantes (era enim tunc tempus incendiis) hinc sancto viro prope speluncam, sicut Deo placuit, obviriunt : qui protinus coruentes ad pedes ejus, patum sibi nique tribu posolabant. Cum ergo locis illo aqua carceret, nervam illis in eodem fortu paucem, digito demonstravit : quae ad intum, imperium et virtutem sancti Patris, quam habebat in Deo, mira mansuetudine stetit immota, *E* donec predicti monachi eam apprehendentes emulserint, et ad satiatem usque hiberint. Agentes itaque gratias omnipotenti Deo, et virum sanctum glorificant, viam, quam coeparent, abiuerint. Protonius Dei servus velut compatiens, et misericors Pater ad pietatem motus, positis, prout consueverat, in terram genibus, oculis tanq[ue] spirituales quam corporales eum lacrymis elevans, oravit ad Dominum, ut in illo loco indeficenter aquam ad usum transcurrentem largiretur. Exorabilis itaque Deus, qui dixit, Petrite et accipietis, et Silahomeritis fidem sicut grannum sinapis, sermonem vestromonites transferetis ; exandivit orationem ejos, statimque juxta torrentem fontem aquam operari Salvator, qui usque hodie dicitur Locus S. Vitalis : in quo videlicet lacu (quod est mirabile dictu) toto tempore, quod ibi in contritione spiritus et eumis inaceratione pergebat, ad mentum usque immersus constantissime pernoctabat.

B 8 Cum ergo sanctitatem hujus praecognitam insignis ubique fama loqueretur ; accidit ut ad magnum, quod Armontum dicitur, monasterium, rumor famosissimus ad mentem usque immersus constantissime pernoctabat.

Joan 10, 24.
Luc 47, 6.
precibus forem elicit :

ad mentem
usque permis-
sat in aqua :

S. Antonius
status 23 Au-
gusti.

CastrumRozzi,
Rapara mons,

S. Juliani
mons,

Tatet in val-
bus montum
Turris et Ar-
menti :

nam feris am-
malibus et
archis familia
ruer agit :

et abundantia
pluviarum
precibus aver-
sa,

pergrat varia
loca :

k

m

permanet alt-
quondam in
Monachelli S.
Ebor monaste-
rio :

o

c

Castrum-no-
vum urbs
Siciliæ.

Afamosissimus perveniret. In eo signidem monasterio Prelatus habebatur ac Rector, vir quidam bens et sanctus multumque acceptabilis et Deo carus, cui nomen erat *b* Lucas. Hic postquam bona opera, fama ubique volante, ac durum esse vita hominis illius accepit, in magnam incidit admirationem, et in seipso cogitans, quod tanta gratia illi esset; mox arrepta via, quae ducit ad Sanctum, dicebat intra se: Ego ipse vadam, et videbo si vera sunt, quae dicunt de eo: gaudensque *B.* Lucas super eumnam camidam, sicut dispoverat, ad virum, Dei voluntate, pervenit. Tunc praemisso salutationis elogio, consticta capitis inclinatione et genu flexo, iutuam sibi reverentiam impenderunt. Deinde ad ostium speluncæ considentes, sermones sacros et utiles in medium deduxerunt, per Spiritum sanctum loquentes inter se. Jam jamque vir Dei Lucas, quæ de ipso indice fama cognoverat, operum experientia probavit. Appropinquare tunc hora constituta, *B.* Vitalis jubet discipulo suo, Vade, inquiens, et ad venientis gratiam Fratris, de frumento elixa et cum pane modico para nobis. Celer minister accelerat dicta jubentis, et adveniente c hora secundum regularem consuetudinem praesati Patres pariter oraverunt. Tunc appo-

c
*curat apponi
cibus,*

B sito a discipulo frumento in mensa, et escis in unum receptis, compatiens *B.* Vitalis, ad suum ait discipulum: Vis benedictionem Patrum acquirere. Frater Belia, veniente ad nos tanto viro? *Vade*, et affer in medio mensæ, de cepis horti: has enim *S.* Vitalis solitus erat cum pane hordeaceo manducare. Allatis illico cepis, unam illarum in quatuor secuit partes et apposuit: quod dum conviva ille Lucas viseret, Parece, inquit, Pater, parece, et cibum istum caprimum longe fac a me, quia mortem inserit coquendenti. Sanctus autem Vitalis intrepide, sicut conuerterat, copit comedere: quem ut vidit *B.* Lucas ita faciente, exinde cum timore accepit, et ore suo simili degustans et gutturi mandans, statim cecidit tamquam mortua ad terram. Surgens autem *B.* Vitalis oravit in haec verba: Domine Iesu Christe, qui omnia ad salutem servorum tuorum constituisti, et credentes in te probari permittis, ut ad majoritatem boni operis valeant provenire; exaudi me indignum, et hunc fonsulum tuum summum et illusum ostende. Hoc orante *B.* Vitale, factoque super eum Crucis signaculo, continuo qui jacebat surrexit, et procedens ad pedes ejus, Parece, inquit, mihi, Sancte Dei; quoniam nunc cognovi et vidi magnitudo in te, et quo multorum relatione dulceram, veritatis roboche falesta non ambigo. Ipse egressus unus ero de predicantibus nomen tuum, virtutes magnificas reserans universis. Tunc elevans illum *S.* Vitalis, simulque orans in pace abire dimisit, glorificans Dominum, qui in Sanctis suis mirabilia operatur.

Confidente peccatumque errorum gravibus penitentia: *c*
*gustata cepa
pumice mortui
coruscum;*
*signo Crucis
sanat:*

9 Volentem, carissimi Fratres, varia et inanida referre miracula, quæ plus ei misericors Dominus per beatissimum virum istum Vitalem dignatus est mirabiliter operari: erit enim hoc valde necessarium illis, qui aliorum sarcinam in se portundam assumunt, et conlitentibus sibi peccata sua et ex toto corde penitentibus satisfactionem volnus impungere gravirent. Ad sanctissimum, namque virum plures undique confluunt, et peccata, quæ fecerant, sibi humi hinc confitentur. Ille humanae naturæ imbecillitate tempia consideratione videns, uniuscujusque morbo, secundum quodcumque ferre posse cognoscit, curationem adhibet salutarem; et ne succumbant oneri, quæ gravia sunt leviori trititura moderatur: impotentes absolutivit, allevat aggravatos, providens ne propter onera gravia et insustentablia, sicut diversæ multorum hominum mentes, in profunda perdantur ignorantia, et a desperationis dampno pertrahantur: qui dum tanti patris exhortationes admittunt, monitis ac-

quiescent, declinantes a malo, in hono poenitentiae se D confirmant, et confirmati ad propria cum gaudio revertuntur. Ex viciniis ergo regularibus duo sanctissimi Patres *d* Leontius de Petra et Hilarius de Galsi talia audientes, fuerunt non modice admirati, quoniammodo *B.* Vitalis tantam remissionem indulgeret illis, qui sunt in gravioribus culpis. Existimantes autem illum tamquam idiotam, iter ad eum direxerunt volentes interrogare, qua ratione ita solvit eos, qui sua sibi confitentur peccata. Tandem in speluncam, in qua Sanctus manebat, pervenerunt et salutatione ad alterutrum facta, vir Deo plenus Vitalis causam itineris intellexit. Gavisus est ipse, et benedictionis atque letitiae gratia mensam eis ad prandium paravit, et de his, quæ solitus erat ipso comedere, elixando decoxit, et illis apposuit: qui contingenitatem inde vaporem et odorem perpeti nequeuerint, a mensa protinus recesserunt. Hoc cum videsset *B.* Vitalis dixit ad eos: Sicut ferre non poturstis cibi huic odorem, ita et impositas homines gravis poenitentia leges nequeunt sustinere, et plurima eis exempla de hac eadem materia proponebat. Admirantes autem illi spiritualem hujus viri sanctissimi voluntatem, viam, qua venerant, abiabant, omnipotenti E Deo laudem ac gloriam referentes.

10 Erat in his diebus vir quidam, timens Dominum, Basilius nomine, in civitate Barii principatum gerens, habens in ei adjacentibus oppidis potestatum. Hic divina gratia plenus, affectu nimio tenebatur viros venerabiles et justos audire, ut ab eis posset verba salutifera edoceri, totamque illam circumiens regionem, quondam optabat, quisquam potuit invenire. Tunc quidam ad eum veniens, sanctam et honorabilem vitam SS. Hilarii et Leontii, qui manebant in Turrensium pertinentiis, quos oculis suis vibrat et auribus suis audierat, indicavit: qui protinus deprecativas et oratorias litteras fieri mandavit, et illis honorifice direxit Sanctis. Itaque litteris illius *e* Catapani cum mentis alacritate susceptis, egerunt gratias Deo, qui servorum snorum dirigit vias rectas. Et divine providentia tunc factum est, ut beatus et sanctus Vitalis ad eorum mentem redeat, et ad memoriam revocetur. Continuo ergo venientes ad speluncam, ubi in Dei servitio persistebat, rogaverunt eum, ut cum illis ad amantem Deum Catapanum viam faceret. Annuit ipse, nolens tantorum Fratrum precibus refragari. Videns igitur Catapanus tres istos venerabiles et sanctos viros, eos officiosissime recepit; promittens et asserens quidquid ipsi precepissent se facturum. Sequenti enim die postquam venerunt, vocatus ab eodem Catapano *S.* Hilarius, illius cameris intravit. Cum autem vellet ipse sua sibi confiteri peccata, et ab eo poenitentie tempus recipere, *S.* Hilarius noluit quidquam solus proximare; sed vocavit *S.* Leontium, volens ipsum hujus in omnibus colloquiis interesse. Ingressus illo nequaquam hinc approbabat; sed coram venerabili Patre nostro Vitale censuit referenda. Ab his ergo verbis dictorum Patrum cum Catapanus se nimis affligeret, accitus est *S.* Vitalis, qui postquam intravit, et vocacionis sue causam agnovit; protinus alacritus Catapanum, ait: Non fili, non a me indigno et ubique idiota debes ea petere, quæ tibi non est fas recipere: habes tecum Patres sanctos sacerdos vestitos sacerdotio: ego enim parum quasdam litteras novi, et tunc sum annus accipere Sacerdotium. Quod ergo mens tua flagrans amore Dei postulat, non a me sed potius ab eis accipias. Ad quem ille: A te Pater, inquit, a te volo recipere hoc; novi enim, quis sis, et tam ab illis quam a multi s tua vita venerabilis predicator. Visa namque tanta *com. intravit* *B.* Vitalis instantia, voluntate Catapani devotissime preventus, copit Dei amore super illum gratiam benedictionis

*et ita facien-
dum euc id
exempla edo-
cei:*

*ad Principem
Bari adductus,*

*post exercitu-
nem humilem,*

f

f

EX MSS.

A benedictionis effundere, atque pro suo desiderio
eunca, quae poposcerat, adimplevit.

B Post haec praeformatus Sanctus cum ipso et cum
vliis multis sub quadam considerans umbraculo, copit
verba salutifera predicare. Ipso autem die ver se-
renitati gratissime arridebat, sed repente versa est
in contrarium caussam, et obdecto nubibus caro ir-
rompunt tonitrus, coruscant fulgura, solitoque as-
peris pluviae cum grandinibus effunduntur. Ex hoc
autem non solum in civitate, verum etiam in regione
illa contigit immensam hominum et animalium mul-
titudinem interire. Nec ecessavit grande, donec ad
egnorum genus illius cresceret altitudo. Sol licet
ingens hominum et animalium strages ubique facta
fuerit, per virtutem tamen omnipotentis Dei et ora-
tionem sancti Patris nostri Vitalis, Catapanus nihil
in hoc damnum sustinuit, nihilque iugismodi est
perpresso. Hominem enim non perdidit, animalia
non amisit, et quod sine admiratione non dico, ad
umbraclum, in quo Sanctus manebat, non appro-
pinquavit grande, pluvia non accessit. His Catapanus
signis et miraculis in pectus, seruo Dei apponit
non modica donaria, et genitoxo ante eum
rogavit et dixit: Acipe, queso, Pater, scipe ar-
gentum et aurum, et quidquid est placuisse tuo.

C sanctitudi: invenienter enim scio et circulata fide
elegnoi, quod veri Dei servus existit, qui postula-
tionibus tuis semper adesse dignatur. Sanctus vero
Vitalis ne aurum ab eo, nec argentum suscipere
voluit, sed quendam tibi secum iconas et vasum destrui-
bit, quae tantum usui ecclesie competebant. Post-
quam autem salutaribus monitis ac sacris eum ex-
hortationibus docuit et instruxit, indispenducum unde
venerat eum memoratus Fratribus, gaudens et exultans
in Domino, repudavit.

a Turris et Armentum itidem oppida, contingue Domum Iu-
frum cum TA Taurorum appellatur, et Turrepolium etiam certior
est plus nominatur. Secunda alia Episcopali exponitur. I. S. Luce
Estat datus annos 13 Septem, quod Aventinum monasterium
excoluit, et locum omnium circa annum XIIII, monachos anno
XXXI, e Cojapone sub locutione novato, ut tunc Halli more
tricentiarum numerabantur. Tunc hinc post meritorum testis, d
Lybello uero Italico inter reliquias Taurerensis Lechterseniorum
cum ad SS. Luce, Atella, Illach et Teano de Galloso Aventinum,
quod huiusmodi soliditudinis sicutum Evangelicum doverant
nta loca Biffelli et Jonante de Galloso pars eam reprobando Lioni
de Petri et Biffelli de Galloso. Isti Petri statim facio eam Turia
et Armentum infra communia, illi insulae Galloleto in Thaum
peccatorum. o Catopno aut Colypopnico est alijs praefec-
tus alijs Dux. Huius Gallidellum ipsaenam lib. 4 Rerum
Aventinianorum in Delta ista continet.

Catopno loco eingenuis erat flagitium,
Huius v. Greci non juxta divinos nomine
Oui apud Baucum vice tingitum lumen horum
Dispositio populi, paratusque quod expedit illi,
Et justa quod culpis dicti doceat, omnes misericordia
Populi Prodigia in Chremone ad hanc tempore sapientia memoral
Catopno, inuicem Proto-Catopnam, quod sive in portibus
furunt. Ita Ms. Cajetanus vix.

CAPUT III.

Monasterium constructum. Morem ruraria.

M

anens ergo beatissimus iste Vitalis Pater in
praeformata montis spelunca, quoddam habitaculum
reperit, quod iam pridem a S. Adriani et S. Natalia
uxoris eius templum extiterat: quo videlicet redi-
ficatio et Fratribus congregatis, fecit ibi venerabile
monasterium ad gloriosissimum omnipotentem Deum,
et sine fine hundandum; ibi plura miracula faciebat,
et operabatur innumeritas sanctitatis: nam per eum
orationis suffragia multi lesi, multi cacci, multi da-
moniaci curvalbantur. Nec solum hoc, sed et plurimi
de longe veniebant, empietas peccata sua Patri
sancto confiteri: ille vero tamquam fidelis minister
et medicus, venientes ad se cum pietate susci-
pierat, admoniens eos et dicens: Quiescite, Fratres,
a vestris malignitatibus, ab iniuriantibus cessate, et
studete bene agere: ego enim pro vobis orabo Deum,
ut de præteritis peccatis vestra confessio pura flat.

Audientes autem, ad eum omnes diligenter corre-
ab aliis quia
victus.*

*Dæmones vici
officio tentant
di excedunt.*

*victores in
eodem subi-
hantur:*

*tamen vicios
dæmones
cruciant,*

C Et hoc procedit ex divina justitia : nam quoties dæmon, qui animadatur, tentat ipsam et eam superare non potest vel ad peccandum inclinare, toties ipse dæmon cruciat super alios ericiatus generales. Etiam ipsa Beata suo Patri spirituali, eam per obedientiam interroganti, si cognoscet vel intelligebat et discernebat hos dæmones minus ab alio; tantum illos qui cedirent de infimo choro, quantum etiam de aliis choris, dixit quod supradictos malignos spiritus cognoscebat, per eorum astutiam et malignitatem nimium ab aliis spiritibus differentes : quia hoc videbat et intelligebat in ipsis dæmonibus et in eorum tentationibus et conflictibus, quos dabant sœpe ipsi Beata et aliis personis.

85 Dicit insuper ipsa Beata, quod quando Iesu sanctissimum nomen nominatur a personis in hoc mundo existentibus cum devotione, omnes dæmones tam existentes in inferno, quam in aere, quam etiam inter nos constringuntur ad genuflexionem, et non ex propria voluntate, sed ipsis invitus. Unde scilicet accidit, quod cum ipsis pater spiritualis loqueretur cum ipsa de rebus spiritualibus, ipsa nominavit nomen Iesu : aliqui vero dæmones, quos ipsa Beata videbat in diversis speciebus, cum suo ore persecutabant terram cum magna reverentia. Sed quantum illa

persona, quæ istud nomen nominat, existit in majori caritate et perfectione, tanto majori poena et tormento cruciantur dæmones. Item quando a peccato-

AUCTORE
JO. VATTOTTI.

ribus transformoatur in blasphemationem vel in vanum nominatur, quia ipsi dæmones constringuntur ad ipsam reverentiam, licet invitati, tunc inclinantur; sed non tristantur, sicut quando laudatur et benedicuntur : sed tunc scilicet quando blasphematur, gaudent ipsi dæmones et latentur propter peccatum tunc commissum : et isto modo aliquiter latentur, aliquiter tristantur, quia oligantur eidem revereri, ut de eis dictum est. Item quoties nomen Jesu nominatur sive per vanitatem sive per blasphemiam sive per perjurium, omnes gloriosi spiritus in patria existentes Angelici sive humani magna cum reverentia genuflectuntur : non tamen cum illa letitia, sicut quando laudatur et benedicuntur : sed tamen cum summare reverentia. Et quando laudatur et benedicuntur, et presentum a personis Deo acceptis, maximam sibi exhibent reverentiam cum indecibili letitia. Consimiliter de aliis Dei nonnibus et gloriosis Virginis spiritus gloriosi tam Angelici quam humana gloriantur in patria, secundum merita nominantium ipsa beata nomina. Et idcirco quoties illud sanctissimum

*cam hoc impie
fit, solum
gena flectunt;*

*similiter
spiritus
gloriosi
gaudent.*

nomen ab ipsa Beata nominatur, vel ab aliquo eorum ea existente, ille glorus Angelus, quem ipsa continue videbat, letissimo vultu atque jucundo aspectu faciebat reverentiam, ita gratiore quod ipsa Christi famula hoc videndo in amore divino tota inflammabatur. Dixit insuper hæc Dei famula, quod [quando] annos in hac vita existunt induratae in peccato mortali, spiritus maligni super eas stant et eis dominantur in diversis modis et speciebus, secundum qualitatem et quantitatem peccatorum. Sed quando predictæ animæ recipiunt contritionem et confessio- neum illorum peccatorum, dæmones non eis amplius dominantur, nec super eas existunt, sed circum- quaque prope eas, tentando ipsas, si aliquomodo possint per aliquam suggestionem ad eas intrare, et dant eis maximum molestiam cum suis temptationibus : tamen post bonam confessionem non possunt eas tantum molestare, quia ipsi maligni spiritus efficiuntur debiliores.

*Peccatoribus
dominantur
dæmones ;
quotientibus
solum sunt
infesti.*

a Scicci, 17, num. 36. — b Frequntur neutruhier pro correre, quam acte pro destruere, accepit ab Itali, hic per- rulari
bum uerba dictum patet ex vocabulario Academico uonella erava. — c Ha contractum Itali pro uoluntate . . . ali etiam idololatrias dicunt. Eundem contractum Gallicum queque et Hispanie voluerem servant. — d Secundum idem Gallicum Halicem quo usus symptat solere. — e Videri posset ex Latini Itali anima bitem adfectione fluxisse . . . uia in Teutonica lingua huius et huncdeu diversum tractata explorare; propriæ quidem in arte chirurgica, ut quæ et peniculus et speculum uulnorum hinc in nostra, Hispanica et Italica lingua dicitur) trahitudo vero in alia quacunque explorari seu tentandi ratione : ut vix dubitare licet, quan hæc sint a barbaris

*ut uero solere
tintillare*

CAPUT IX.

De pœnis Purgatorii et spiritibus gloriis.

Iste nomine sanctissimum Trinitatis incipit tractatus Purgatori : in quo tractabitur, Deo laiente, de vi- stisimis B. Franciscis ostensis de locis Purgatoriis; quas quidem visiones ipsa Beata interrogata a suo Patre spirituali eidem per obedientiam revelavit, qualiter post visiones abyssi infernali supernus dictas fuit ducta ad locum Purgatorii, in quo sunt tria diversa loca, quorum unus inferior, alius vero me- dius, et alius superior. Et videt in introitu litteras scriptas sic dicentes : *ME LST PURGATORIUM, SPEI LO- CUS : ET ANIME DIC EXISTENTES HABENT INTERVALUM PRO DESINERIO.* Ipsa vero Beata sentiebat illam sonitatem, de qua dictum est superiorius in tractatu inferni, scilicet Angelum Iaphaëlem, qui quidem Angelus sic ei dixit : *Iste est focus Purgatorii in quo animas stant ad purgandum earum defectos, et alio nomine vocatur spei locus.* Ille vero locus inferior erat plenius

*Purgatori
locus teis-
trum divinitus*

*inferior plenus
tenebris, red-
iuente,*

*Pronuntiatio
per Iou
nomine omnes
genuflectunt
et reverentur*

AVTORE
JO MATTOTTIgravioribus
peccatis
deputatus.prope quem
da monex
aspeto in uno
cruentis
animos.divina justitia
humiliter
atque scilicet,et multa
peccata
cognoscentes;suffragia his
impensa
applicantur
per Angelos,

Anus igne claro, et dissimili igni infernali, qui est niger et fenebris, sicut dictum est. Iste vero ignis Purgatorii habet maximam flamam et rubeam, et animæ ibidem existentes interius illustrantur propter gratiam, quam habent; quia intelligunt veritatem, et determinationem temporis. Ille animæ, quæ gravia peccata commiserunt mittuntur ab Angelis in illo igne, et stant in eo secundum qualitatem et quantitatem peccatorum per eas remissoruni. Et ab ipsis societate declarabantur ipsi B. Franciscæ res ibidem per eam visæ. Et quamvis omnes in illo inferiori loco fuissent corpore flamma ignis, tamen illelum ignis ardorios cruciabat unam animam quam aliam, secundum qualitatem et quantitatem peccatorum: et post tempus debitum exentes de illis penitentibus ascendent ad secundum locum. Dixit insuper hoc Dei ancilla, quod quilibet anima existens in igne Purgatorii, pro quilibet peccato mortali per eam commisso debet ibidem manere per septem annos.

B87. Vidi insuper ipsa Beata illos demones, qui fuerunt dati ad exercitium illis animabus existentibus in illo igne; et omnes stabant extra Purgatorium ad sinistram partem illarum animarum. Et ipsæ animæ magnam patitur peccato mortali per eam horribilem visionem, et etiam propter improperiis ab ipsis demonibus eis illata. Dicabant enim ipsis animabus: Ecce quod istas penas patimini propter offensiones per vos factas Deo vestro, qui vos creavit et redemit et gubernavit, et potius voluntaria sequi nostras illusiones et personationes, quibus facta estis nolite subditæ, quoniam præcepit Dominus, et ideo statim illi. Et licet in igne magnas patuerint penas, tamen penas eis augubantur propter hujusmodi improperiis, divina justitia hoc agente. Sed ipsæ animæ ibidem existentes alios cruciatus non patiuntur a demonebus, nisi de improperiis: nam ipsis demonebus stant extra locum prædictum, et ipsi demonebus omnia cruciantur a Lucifero, divina justitia hoc operante, quia perdididerunt animas existentes in Purgatorio. Dixit insuper haec Beata, quod animæ existentes in illo igne Purgatorii propter graves penas, quas ibidem patiuntur, vocibus prius et humiliis continebant clamant, quod nein in hac vita possit intelligere nec imaginari. Cognoscent nempe omnes quod juste et digno quidem a divina justitia uidelicet penas imperatur, et quod ipsæ bene meruerint has penas sustinere, et propter hujusmodi clamores afflictos aliquis recipiunt consolaciones: non quod propterea ejiciuntur de illo igne, sed respicit divinæ bonitatis et misericordiam, quod de illis penis contentantur; et aliquod inde refrigerium recipiunt, scientes, quod sunt ventura ad gloriam beatam. Dixit insuper haec Deo dilecta, quod animarum existentium in Purgatorio quadam cognitione intellectiva una cognoscet alia peccata alterius, propter que patiebantur illas penas; et omnes combatabantur de justitia Dei punitive.

88. Vidi insuper, quod illæ gloriose Angelos qui custodiuerunt animam, eam ducibant ad prædictum locum Purgatorii inferiorem, si hoc morebant; et expectabat eam foris a parte dextra illius loci; et malignus spiritus eam expectabat a parte sinistra, omnium tandem extra prædictum locum. Illa autem suffragia, quæ faciuntur pro animabus existentibus in quibet loco Purgatorii a consanguineis vel amicis vel a quibuscumque, sola caritate inspecta, præsentantur divinae Majestati ab illo Angelo, qui datos fuit animos ad ejus custodiandum. Et divina ordinatio illa suffragia reddit illi Angelo, qui eam custodiuit in vita: ille vero Angelus communicat illa bona illi animis, pro qua sueta fuerunt, ad remedium et alleviationem penarum. Dixit ista Dei ancilla, quod An-

geli gloriosei dati in custodiā animarum præsentant D
omnes bonas operationes per ipsas animas factas dum viverent in carne, et a contrario demones earum accusant peccata. Item dixit, quando aliqua persona dimittiuit aliqua bona facienda post ejus mortem, benignissimus Dominus recipit suam bonam voluntatem, et illi animæ dat meritum; dato etiam, quod talia per eam dimissa bona non observantur: sed si propter carnalem affectionem ea dimittit, quod fiant, scilicet illa bona post determinatum tempus, tunc iste iudex justissimus nullum tali animæ dat meritum nisi post tempus determinatum per eam.

89. Quodam alio tempore post receptionem sanctissimæ Eucharistie, ista Deo devota in extasi existentem et interrogata a suo Patre spirituali per obedientiam sibi dixit, quod in loco inferiori Purgatorii erant tria loca separata; et in illo loco, ubi maiores indulgebant penas, stabant anime sacerdotum, in qui quidem parte ignis erat ardenter: in secunda vero parte erant anime Clericorum non habentium Ordinem sacerdotalem, in qua parte ignis non erat tam ardens: in alia vero parte erant animæ hominum secularium, qui maxima communiserant peccata, in qua quidem parte ignis erat non tam ardens, quam in secunda. Et quauis Sacerdotes non commisserint E
tiam gravia peccata et ponderosa, quantum illa que seculi graviora
peccata
cognoscet.

Et ista ultima materia haec Christi ancilla ideo dixit suo Patri spirituali per obedientiam interrogata, quia illa hora natus Sacerdos transiit de hac vita mortalí, et in illam hora hoc fuit sibi astutissimi existenti in beatitudine visione, cujus animam vidit unum pauperrimum habentem ante oculos, et fuit sibi ostensus, quod illud vituperium patiebatur, quia satisfecerat suo desiderio in comedendo secundum suum appetitum: etiam quia non se excretaverat secundum dignitatem habitum in eura animarum, quam habebat, et ideo ejus anima fuit missa in igne Purgatorii cum aliis Sacerdotiis animabus, licet ille fuisse in sua via honestus Sacerdos, cuius nomen pro meliori facetur.

90. Post haec felix anima B. Franciscæ dueta fuit ad videndum locum Purgatorii medium, in quo etiam erant tria divisa loca, in quibus divina justitia operabatur. In quorum primo erat locus plenus glacie frigidissima: secundus locus erat plenus pice liquefacta et mixta cum oleo ferventissimo: et cum certis aliis roris plenis penarum: alter vero locus plenus erat aliquibus metallis liquefactis, puta auro vel argento, ac si esset quadam materia clara: in quo loco medio, prieua divina occasione et operatione, erant constituti triginta et octo Angeli, qui recipiebant animas, quæ existentes in corporibus non commiserant ita gravia peccata, ut mererent stare in loco inferiori, et ipsas vicissim ex una parte mittebant in aliam et e converso: et hoc erat continuum illorum exercitium, et recipiebant ipsas gratoe mutando eas de loco in locum magna enim caritate: qui quidem Angeli non erant ex illis datis ad custodiā ipsis animabus, sed erant alii Angeli ad hoc ordinati Locus Purga-
torii medium
pro leuibus
peccatis
mutantur
et pis opera
post mortem
de rebus:
Sacerdotum
et Clericorum
culpa in loco
infimo ex-
planatur
et Francica
sacerdotis
galosi penas
cognoscet.

Aa divina custodia et misericordia. Insuper bae Christi ancilla vidit, quod licet illa suffragia et bona caritative facta specialiter ab amicis pro aliquibus animabus existentibus in loco Purgatorii, ipsis pro quibus fuerunt magis proficiant; nihilominus propter caritatem etiam animabus aliis existentibus in Purgatorio proficiunt. Vedit etiam, quod orationes et eleemosynæ et suffragia, quæ sunt caritative pro animabus, quæ sunt in gloria quæ ipsis non diligent, talia bona proficiunt primo illas facientibus, secundo proficiunt animabus existentibus in Purgatorio. Etiam quod suffragia a viventibus facta pro animabus quæ existent in inferno, nec ipsis possunt proficere, nec etiam animabus existentibus in Purgatorio, pro quibus nec suffragia, nec eleemosynæ sunt. Et hoc etiam est generale omnibus animabus existentibus in Purgatorio, quod suffragia a viventibus facta, pro animalibus, quæ existunt in inferno, nec ipsis possunt proficere nec etiam animabus existentibus in Purgatorio, sed solummodo resultant in utilitatem illa facientium. Et vedit in dicto loco medio alias litteras scriptas dicentes: PURGATORIUM. Et nota, quod, quando ipsa Deo devota fuit ad vindendum infernum, et postmodum Purgatorium, erat

B hora vespertina a et stetit in illa visione usque ad horam Completorii: et tamen ipsi beatae visum fuit, quod steterat per maximum tempus. Ex quo considerandum est, quod animalibus existentibus in illis pennis minima pars temporis maxima ab eis consideratur.

91 Vedit etiam hæc gloriosa Mater, quod quando felices animæ ascendunt ad gloriam eternam, et repoununtur in stationibus eisdem deputatis; licet in choris, per quos transeunt, eis fiat lætitia magna cum jubilo per Angelos in eisdem choris existentes, tamen Angeli, qui stant in choro, in quo colloquari debent, majorem lætitiam et gaudium ostendunt, laudantes et gratias reddentes benignissimo Domino: et in eodem choro diutius perseverat illa gaudi festivitas, quam in aliis supradictis. Et quoties ipsa Beata lætitiam Angelorum propter adventum felicium animarum ad patriam volebat exprimere, quando per obedientiam a Patre spirituali interrogabatur, ipsius facies tota inflammabatur considerando vocem Angelorum suavitatem, et multitudinem ipsorum et spirituum humanorum, cum tanta melodia et exultatione resonantem, quod lingua humana exprimere non posset tot laudes, tot gratias, [quas] Creatori referebant de illa unitate transformata et caritate perfecta: et ideo non solum inflammabatur, sed etiam ad modum vere ad ignem posita tota liquefiebat. Unde quadam semel, dum ejus Pater spiritualis eam per obedientiam interrogaret, qui erant perfectiores spirituum humanorum et Angelorum, quos ipsa sepe in saeris visionibus viderat; et respondit quod spiritus humani in gloria existentes sunt majoris perfectionis, ex eo quod sunt majoris b capacitatibus: sed spiritus Angelici sunt puriores et pulchriores, et sunt etiam majoris subtilitatis in comprehensione divina: item in suo canto sunt suaviores, et cum majori melodia laudantes, et benedictantes, et gratias reddentes Domino: sed melodia Regime celestis transcendent melodias omnium spirituum Angelorum et humanorum.

92 Vedit insuper ipsa B. Francisea, quod quando erat in beatifica visione respectu illorum spirituum humanorum in gloria existentium se despicebat et per insectam, eo quod adhuc persistebat in carne mortali: et in sua comprehensione vel capacitate, Cum vero se considerabat in speculo divino, non solum admirabatur quod non poterat comprehendere profunditatem divinitatis; sed etiam stupebat quoties considerabat subtilitatem acutissimam et penetrati-

vam, quam videbat et intelligebat in spiritibus Seraphicis, quantum ad comprehensionem abyssi divinitatis: sed per amplius et largius admirabatur considerando profunditatem divinitatis, creatricis et gubernatrix eorum spirituum. Dixit insuper, quod spiritum ordinis Seraphici in comprehensione intellectiva unus est intelligentior altero, et similiter cuiuslibet alterius chori Angelorum unus alterum excedit secundum eorum capacitatem, et simile est in spiritibus humanis. Idem quod dictum est, secundum quod spiritum ordinis Seraphici unus altero sit intelligentior et perspicacior, intelligitur etiam in quolibet choro ahorum octo: nam secundum quod quelibet statio proximior est divinitatis, sic ejusdem divinitatis habet proximorem intelligentiam et cognitionem. Vedit etiam, quod in omnibus stationibus cuiuslibet chori omnes Angeli existentes in una statione sunt similes in nobilitate vel subtilitate, licet differant in stationibus, ut jam dictum est.

93 Dixit insuper quod sunt aliqui spiritus humani in gloria beata majoris perfectionis: et hoc fit, quia dum vixerunt in carne, fuerunt majoris capacitatibus et intellectus subtilitatis, et secundum eorum capacitatem secuta sunt operationes in eorum intellectibus, et ideo magis penetraverunt et comprehenderunt in abysso divinitatis respiciendo in divino speculo, in cuius visione consistit beatitudo. Et quanto spiritus est capacior vel intelligentior, tanto amplius satiatur in beatifica visione: et licet omnes spiritus ibidem existentes sint pleni, et satientur beatifica visione, tamen unus plus alio majorem recipit intelligentiam, secundum ejus capacitatem et subtilitatem in comprehensione divinae voluntatis: et ipsi Apostoli, quando fuerint in carne, unus altero majorem recepit gratiam in advento Spiritus sancti, et secundum quod quilibet erat capacior et subtilior in intellectu et in virili animo, et sic sunt nunc in gloria beata. Et hæc quæ dicta sunt, comprehendebat B. Francisea, quando erat in extasi in divinis visionibus: quia quoties inspiciebat in divino speculo vera inspiciebat et intelligebat cognitionem, capacitatem, subtilitatem spirituum humanorum, quam habebant in divina comprehensione; et similiter spirituum Angelorum enjuslibet chori intelligebat, et comprehendebat [eorum] nobilitatem et subtilitatem. Et in omnibus istis ipsa Christi ancilla se submittebat Sanctæ Matris Ecclesiae determinationi, cum qua semper desiderabat vivere et mori. Laus sit Deo. Amen.

a Videtur hoc quanto intelligi debere de sola prima visione: nam posterior de rædeum et ex eo contigit in extasi post communione, et forte satus dum ante meridiem inscriptam justa populi Romani constituti erant, sacro summo mane frequentantes, et eteri post tertiam quatuorvive a solis ortu horam et tempus cedentes, maxime scilicet tempore. — b Fortasse propter maius spatium temporis eis ad meridiem et continuo angoram perfectum datus: cum Angelorum via ex eamini SS. Patrum doctrina brevis ultimum foret; ne prouide paucis actibus aeterni eisdem acquisita felicitus. — c Id est, propter invenitum, ut alibi monimus.

EPIL. GES. De obitu S. Franciscæ.

Dostquam superius dictum est de vita, et visionibus, et miraculis lugis Christi famulae B. Franciseæ, non in brevi epilogatione dicendum est, qualiter ex hujus tenebrosi mundi caligine ad supernas, vinculo carnis soluto et aethereis ingraviter visiones. Anno 1440 informata, igitur Domini millesimo quadragesimo quadragesimo, mensis vero Martii die secunda, cum ille Dei Patris summa sapientia Jesus Christus, vellet suam dilectissimam sponsam B. Franciscam, quam in vita fecerat gloriosam, adveniente ultima hora a Christo ad reddere gratiosorem gloriosoremque; prædiam nocte gloriam invictam: infirmitas ejus corpus graviter molestavit: die vero

suffragia
Beatis vel
damna
impensa
qui quis prospicit.

Intellectus
Angelici
diversa
subtilitas:

stet et inter
animas
sanctas

Quonodo hoc
intelligeret
Beata,

Jubulum
Angelorum in
glorificatione
animarum:

inter eos de
rebus perse-
veracionis
gradus,

b

ad querum
excellentiam
obligacionis
B. Franciseæ,

c

AUCTORE
JO. MATTIOTTI.

Sacramenta
suorum.

vitam longo-
rem nou-
recausat:

magis as-
fortitudine

dulcis
extrema
miseria

demoneum
non vici,

a
sed Angeli-
nus laborio
ren-

A sequenti dixit ipsa Beata suo Patri spirituali, quod vellet recipere sollicitudinem de rebus ad suam animam pertinentibus. Nocte vero immediate sequenti benignissimus ejus sponsus suam famulam visitare dignatus est, eidem apparet in forma sua sanctissime humanitatis, maximo cum spendorc et Angelorum multitudine ipsum sociante, et vulne jecundo, magnam cum jubilo et letitia, eidem predixit, qualiter die septimo, proxime venturo a die invasionis infirmitatis, post tot tanquam ab inimicis gloriosos triumphalesque conflictus, ejusdem sue famulo anima ad aethereas cum Angelis pervenire deberet mansiones. Sed postquam omnia salutifica Sacraenta recepit die quarta sue infirmitatis, vidit quoniam catenam ignitam eolum tangentem, et uno magno lumine fixam in terra: que quidem catena denotabat ardentesque amorem, quem ipsa Dei famula gerebat ad suum divinum sponsum; et ideo illa catena erat in celo circumligata.

B 93 Die autem predicta ejus Pater spiritualis, dum Messum celebraret in loco, ubi Christi famula jacebat infirmus; postquam Hostia fuit consecrata, ipsa Beata huc rapti in extasi, et habuit visiones magis penetratissimas, quam unquam habuisset in divino amore: et sic stetit per aliquod spatum. Tunc ejus Pater spiritualis, cum certis ipsis Dei famulis in Christo filiabus, ad eam accesserunt cum lacrymis, eadem supplicando quod vellet aliquantulum differre tuncum desiderium ab beatam gloriam mundi, saltem propter necessitatem et utilitatem animalium eadem communissemus. Quae, ut suu moris erat, cum gadio interiori humiliter respondit, quod erat contentissima sequi divinum beneficium, cui se totaliter committebat, more Sancti Martini non recusando labore, si divina voluntati beneficium erit. Et quoniam ejus venerabile corpus, propter magnam infirmitatem, quasi totum disjunctum esset: tamen ejus mentalis fortitudo ita in se solidabatur, quod nec verbo nec actu aliquo exteriori comprehendi potuisset labor corporis vel montis. Erat enim tanta sua magnanimitas et constantia, quod in magnam (nec murum) admirationem inducebat personas ibidem existentes. Si enim domus vixerat, tamquam fortis et circumspectus miles et constans, contra malorum spirituum cogitatus exstabat; tanto majori, in illa extrema hora et puncto, fortitudine et constantia se gessit, tamquam in hora triumphandi: et assistentibus ejus in Christo filiabus inservi coram ea, ipsa beata Mater eis sermonem intentissimum monuit ad ultimum exercitium, et quod semper essent ferventes in Dei amore: praedicens eisdem quod si misericordia essent unita, semper essent constantes et magnum cum fortitudine resistente omnibus tribulationibus eisdem aduentibus; et quod in misere dubitarent, sed maxima cum fiducia confidarent in benignissimo Domino, qui semper eis juvaret et in omnibus necessitatibus eisdem subveniret.

C 96 Ipse vero benignissimus Dominus, cum eam in vita ostendisset sibi dilectam, in morte voluntate dilectissimum. Sciebat namque ipsi Beata dum viveret, iudeosissimum esse malignos videre spiritus, sicut saepè erat sedita violencia, tam ipsam modestantes quam etiam proximum: in morte vero induit eam per malignos spiritus aliquantiter molestari, sed ab eorumdem visione ipsum totaliter expulso reddidit. Ille vero Angelus gloriissimus, de qua supra a dictum est, telas ordibatur, et faciebat summi exercitum, laborando velocius et cum maiori hilaritate quam prius solebat: qui actus erat in signo ipsius famuli Christi oleum. Et sicut in toto tempore suo vita perseveralat in lundibus et gratias sumum Dei, optime recognoscendo sua beneficia et gratias ab eo receptas; sic perseveranter in

ista ultima infirmitate continue laudabat et regreditabatur altissimo Creatori, et semper dicebat horas consuatas dictim in sua infirmitate, et orationem Dominicam semper suis digitis designabat, et sic, in tali sancto exercitio Dei laudum redidit ejus felicem spiritum suo Creatori; cum tanta quiete et pace, quod omnes ibidem existentes, scilicet ipsius Pater spiritualis et ipsius Beate in Christo filia: et aliae personae, maxime admirabantur: quia in illo felici obitu nullum signum visum vel auditum est alicuius molesti actus in suo sacro corpore, nec poenitentia nec angustia, vel aliquod signum apparuit in suo felicissimo transito: quemadmodum fieri solet in transitu etiam Deo servientium: sed semper obtinuit perfectissimum suum sensum, usque ad minimum partem horae sui exitus. Lans sit Deo, qui est mirabilis in Sanctis suis, et sanctus in omnibus operibus suis. Amen.

a Lib. 2 num. 2 et 154

D
atque in De-
landibus

placuisse
expirat.

VITA S. FRANCISCE ROMANE

Per Mariam Magdalenan Anguillarium Prae-
sedem Oblatarum Turris-speculorum, Ita-
lie edita, hie Latine redditia.

CAPUT I.

*S. Franciscar in tenera aetate conjugium: sa-
nitas per S. Alexium miraculo reddita
exercititia pietatis.*

A anno reparatae salutis millesimo trecentesimo octogesimo quarto, dum Ecclesiæ universæ sumimus Pontifex Urbanus VI præsideret, ex Paulo de Buxo et Jacobilla de Rosredeschis (que duce familiæ extincte nunc quidem, tunc tamen illustres valde erant) nota mundo Francisca est, in ea Urbis Romanae regione quam vulgo nominat Parionem: Christu vero per baptismum renata cognoscitur in tempore S. Agnetis, quod est in circa a Agonali, Cle-
ricis Minoribus hodie commissum, ubi etiam (sicut scriptum reperitur) Sacramentum Confirmationis re-
cepit. In ea dum adhuc infans esset varius cum admiri-
ratione observavit, quod effuso plantei verecundiam testaretur, si quando exuta fascis alienus viri
conspicuit offerretur, quoniam is proprius pater
fuisse: nec patienter ferrebat unquam, si es filiole
tenellas blandiæ aut ejus faciem vellet contingere. Inter nutricis brachia (quam diversam a matre neli-
lam habuit) incomposito balbutio guttiro nunquam
audita dicitur: sed ut primum lingnamcepit in vo-
ces resolvere, stupendus emetis, dicit Bentissi-
ma Virgins recitare Utileum: quod penitus tota
deinceps vita honori ejus solvere perseveravit.

2 Quietæ, humilis atque tractabilis; aetate puella
quoniamvis, sensu tamen matrona videbatur, matura
morum prædicta gravitate. Hinc nova nec audire
eum, nec referre delerabat, sed solitudinis ap-
petens, recipiebat sese in interiora dominis penetralia,
procùl a conversatione humana, ut divina communio
denuo feneretur. Volu habituque semper ad modestiam
decenter compositum, semper sibi præsentem
Deum. Angelosque habebat ob oculos: quod autem
ab opere vel oratione vacuus habebat temporis, id
impendebat legendis vitis illustrissimi sanctitatis Vir-
ginum, quarum simulacra studebat exempla. A do-
mesticis ipsis vix extra necessarias horas consiper-
solita, norma non est si nulli fuerit vicinarii nota.
Omnes autem actiones suas jam tunc revocare con-
suoverat ad examen, severa expiatio penitentia si
quid a se erratum apprehendisset. Numquid porro fuit
quanta cum reverentia atque animi submissione pa-
reret Confessario; hoc uno importuna, ut permette-
re tur

CAP. I
Ex nobilitate
generis oria,

infantula
viriles adipic-
tus tactusque
refugit;

officium
devariaz
recedere dico.

in pueris
naturæ vobis
gratia,

et solitudinis
anxius,

corpe affectu
pecuniam.

A retur tenellas artus, pœnitentias ætatis tantillæ non suscipiendis cruciare. Et cogebatur ille nonnumquam piis illius votis obsequi, Deo id agente, ut duris assuesceret, quam ad eximiaæ sanctitatis gradum elevendum destinarat.

CAP. II
De virginitate
Deo sacranda
cogitans

Laurentium
de Pontianis
obirudunt
parenes:

3 Ita cum domi reclusa Francisca viveret, Deo-
que ac rebus divinis afficeretur, decretum volvbat
animo servandæ virginitatis, eamque Numini in ali-
quo monasterio consecrandi. Sed Confessarius ejus,
ut erat vir prudens, Fraher Antonius de Monte-
Sahleno nuncupatus, in S. Marie-nova Olivetanae
Congregationis cœnobio monachus, suasit ut re-
utriumq; nature expensa, et utriusque status
commodis incommodisque inter se collatis, secreta
aliqua severaque pœnitentia suas ipsa vires experi-
retur. Quod illa promptæ executioni mandans, magis
quotidie in eo proposito se confirmari sentiebat:
sic ut vocanti interius Deo repugnatura sibi omnino
videretur, si diversum aliquid de se statueret. Non
potuit tanta cautela hoc fieri, quin ex novo, quem
in dies concipiebat, fervore consilium ejus subol-
facerent parentes; quibus et ipsa demum patefecit
esse, postulans ut bona cum eorum gratia posset
seculo remittere nuntium. Quod tantum absuit ut
vel ad aures admittere parentes viderentur, tenero
filie amore impediti; ut continuo coperint de qua-
rendo ei marito cogitare: quippe que jam annum
egressa duodecimum, maturæ supra ætatem pru-
dentiae erat. Nec fuit difficile invenire, ultra offe-
rente sese Laurentio de Pontianis, opulentissimæ
tunc temporis fortunæ, et paris nobilitatis inter
Romanos juvene.

quas illa
nuptias primas
refugient,

in eis demum
potius imperio
adiuva con-
senserunt:

b

cap. in
In mortuum
litteris

4 Agebat horum ignara Francisca: apud quam
ut primum facta est matrimonii pene conclusi men-
tio, stetit illa attonite simili, nec voem potuit in
verba formare: deinde resumptis animis aperte
respondit, nelle se propositæ conditioni assentiri.
Ita cum dies transiissent aliquot, neque longam di-
lationem suis consilii opportuanam pater judicaret,
filiam se vocat, blandisque eam verbis affata, rogat,
ut suis mandatis obediens, extrellum hoc sine se-
nectuti solatum non subtrahat. Dabat Francisca
pro responso lacrymas: quas nihil moratus ille, pro-
secutus porro negotium est, de eoque concluso cer-
tiori filiam faciens, adserit absolutum paternum
auctoritatis mandatum, velut cui nefis esset repu-
gnare. Ita demum in manus eponsi Francisca venit,
maximique familiæ utrinque laetitia peracta sunt
omnia, quæ fieri humanæ jubent divinæ leges: sola
Francisca, gaudentibus omnibus, tristabatur:
eumque animi sui affectum aliquando cognitæ sue
explicans feni b Vannotia nomen, maritus Paulutins
de Pontianis Laurentius frater: communis eadem in
domo habitatio ita illam devinxit sibi, ut eam per
annos triginta octo fidelissimam haberet sociam in
iis omnibus quæ in domo mariti deinceps egit.

5 Vix nuptialia transierant festa: cum Francisca,
sive animi ægra, quod a priori proposito suo ita
esset viidenter abducta; sive alia quacunque ex
causa in gravem incidit infirmitatem: quæ cum
deterrere indecerneretur, nec malo remedium me-
dici invenirent, affligi animo pater coepit, vix dubius
quoniam e celo iste morbus esset, propteræ quod filie
aditum ad monasterium occluseret. Sed quam me-
diei promittere non poterant sanitatem, anxi sunt
aliqui ab sortilegii veneficis sperare: quorum
crimen aversata Francisca numquam persuaderi po-
tuit, ut eorum alicui accessum permetteret, constan-
terque professa est vita sua caroem sibi esse divi-
ne majestatis honorem: cui etiam placuit ut citra
medicorum operam aut medicinarm usum, priorem
valetudinem uteinque recuperans de lecto surgeret.
Relapsa tamen non ita multo post eodem est, animam

pene integrum infirma, eoque adducta ut ne in lecto
quidem ipsa se commovere posset, nec debilior sto-
machus cibum refineret; magno suo cum cruciatu,
nec minori consanguineorum dolore, mortem ejus
quotidie expectantum.

6 Hoc in statu constitutam ultro accessit vene-
fia impudens, promisitque salutem, si suis uti re-
mediis vellet: sed iis excepta verbis est, ut felici-
tati duceret ex ea domo, unde temere mercedem
sperabat, salva cura evassisce. Nocte autem proxime
sequenti, Dens, qui Romanæ Urbi volebat perfectio-
nis exemplar Franciscaem fieri, Alexiunt, Romanum
Sanctum, submisit e celo, daturum quod noluerat
ab inferni ministris impetrare. Erat ipsi Alexio sa-
cer, qui imminebat dies, Julii mensis decimus septi-
mus, cum annus ab incarnatione Domini nonagesi-
mus octavus supra millesimum trecentesimum in
cursu esset, Francisca ætatis annum decimum quar-
tum ageret. Habebat domesticos omnes sopor altus,
etiam eos qui ad infirmam custodiā deputati erant;
sed ipsa vigil mentem tenebat in Deo defixam. Cum
ecce insolita luce impleri cubiculum, et mox miro
coruscantem fulgere juvenem ad se venire conspicit;
quem vestum forma sic ostendebat peregrinum, ut
eudem coelestis patriæ civem esse earundem pre-
tium declararet. Ut autem ad eam specacula pul-
chritudine exhilaratam accessit propius, suo jacen-
tem bis compellans nomine: Ego, inquit Alexius
sum, a Deo missus tuæ infirmitatis curator. Quod
placuerit Deo, et mihi placet, reponit illa: moxque
auratam chlamydem cum adhaerente capucio supra
regram extendit Sanctus, et perfectæ illam restituit
sanitati.

7 Sensit Francisca redditam momento temporis
valetudinem: s̄q; de lecto proripiens contulit ad
Vannotiam, ut quam haberat in hac afflictione so-
ciam, haberet comitem ad ecclesiam Sancti, quo
gratias relatura pro beneficio properabat. Obstatuit
Vannotia, ubi se nominari voce illius audiit, exper-
recta a somno, quem vix dum oculis admittere co-
perat: incertaque autem vigilans eam audiret: Equis me? inquit, num tu ē Ceccolla? (ita blanda
consueta Francisca), ut adhuc juvenulum, nominare? Quis istae porro amentia est? num deest
aliquid? Unde autem vires tibi, ut de lecto sorgeres?
Ad que hilari voce respondens Sancta, Sum, resert
Ceccolla tua: nec alienus ego. Tum ordine
omnem ei visionem pandit, invitatque ut, licet pri-
mam vix lucem alhescentis aurora attulisset dies,
irent tamen in templum pariter, prinsquam familia-
rium exurgens aliquis domo egredi prohiberet. His

illa amitis nihil morata, vestes induit lata atque
exultans, cognatamque amplexa in viam se cum illa
dedit, ac justum cum ea spatiū temporis impedit
agendis in templo praedicto gratiis. Domum autem
revertentem Francisca, non aliter atque redivivam
a mortuis, excepit familia rei actæ jam consensu:
nec exiguam Romanæ populo admirationem attulit
tam evidentis miraculi dedita celeriter per urbem
fama.

8 Hinc novam vitam exordiens Francisca, animi
magis quam corporis; pietatis, devotionis, mortifi-
cationis operibus vacare attentissim; et divino iam
tum præventa lumine (quod obitū propinquum mor-
bus recordatio multum augebat) ingenti corpore posset
totam se spiritui Deoque impendere. In hac cogitatione
deflexæ illi, et veluti a sensibus suis abreptæ
Vannotia supervenit; et quod erat suspecta ex in-
sueto silentio, causam illius tanta precium instantia
requisivit, ut cordis sui arcana ei Sancta crediderit:
sed tali interni affectus expressione, qua ipsam ca-
gnatam in eisdem secum traxit sententiam; hoc

EXAL. XI.
MAGD. ANGELI-
LARIE.
renepotum
anediis
repulsi,

anno 1398 in
festo S. Alexii,

abeodem nocti
opparentes sa-
natur.

el don Romo-
nia ad ejus
tempum,

c

ante lucem va-
dit gratias ac-
tura.

cap. IV
e, in eisdem ro-
ti, nisi destr-
tis reaccessu,

aratorum et
spoliarum
d'assileam
uplati

unum

EX ITAL. M.
MAGD. ANGOL.
LANE.

A unum anxiā, qua ratione in maritorum snorum domo ejusmodi, qualem animo conceperant, vitam ipso factum instituerent. Placuit in renotissima atque suprema adūm suarum parte, quo nemo fore solebat accedere, oratorium concinnare desideriis piis accommodum. Ad huc in contiguis domū horū tuis ruine veteris vestigia supererant, in modum speluncæ convexa: qua eidem consilio visa est opportuna. Atque in hisce duobus locis quoties licebat, integras sepe horas transigebant orando, nocturnas quidem in oratorio, diurnas in speluncæ.

9 Non putat se divina benignitas humani vincit obsequiis: fuit enim a soerē Cecilia invitata, ad consanguineos quosdam pariter invisendos temporis fallendi gratia, ne quod illi dispensendum facerent, in predicta se speluncæ absiderent: cum creatore

*ibidem pie ser-
mocinantibus:*

gnavia quam creaturis actura: ortusque inter eas sermo eo deductus est, ut quererent quid facturas essent, si eremiti vita diuīndæ opportunatio aliquam sibi Deus quandoque largiretur. Ad quae

Francisca, absidente et ieiundante amico imprimis, Quando in deserto erimus, inquit, circuibimus fructus quesiturae quibus sustentemus vitam:

idquod dux dicit, pia adolescentularum vita appro-

bans Deus, quamvis mensis tum Aprilis esset, duo

B tamen cotonum mala, policherrima omnino atque re-

centia, vicina ex arbore illis donis: strepitum

quidem labentium audiuntis, non tamen unde es-

set considerantibus; donec assurgentem Vannotiam ver-

sus domum itora alterum in via pueri conspicit,

sublatumque exultabunda Francisca obtulit. Quæ

et ipsa ad istam novitatem assurgens, conversis

circum vultis, alterno vidi: solitoque dimissa in

genua, gratias cum soror Iaco egit, geminatum

tympanis sois annuum solvantibus, ut odim Paulus

d atque Antonius. Et unum quidem inter se partito

et devotum comedenter in loco, secundum vero di-

visore domesticis, hunc veluti paradisi fructum cum

abundatione gustantibus, taciteque considerantibus

qualsis en virtus esset, quum talibus signis Deus

honorablet e.

a *In fulgo plazza novana, ubi nunc obliteratae Pampilliæ recus-*

tae, haec talles fabri speciosissime et spatiotestim, unde S. Agne-

tae baptizata, a genit Pampilliæ elegansissima de ipso famili-

mentis exaltata, quia interior fuit et Elegance mariae

videlicet, anno 1004 præ perfecta; sub eius templo aliud

subterraneum, quod pacem praedestabatur omniatum, ex loco, ubi

sancta Marta cultus liturgia et postula traditur, et intercessio

fusior servata. In quo ante 21 Januarii, id est alia diezimis

Italo vienam dux pro Joanne. Haec non est duducendum quia

pro Joanne duducendum quoniam Vannotia et Melchiorius in cibis

alibet servit, sed Vannotia illi, qui postremo mundi Hallei servit.

Angustiatio Vannotia antea et Hallei lingua sic voca-

mus, que erat nomen Ecclesiæ Francie, quoniam ipse etiam

Pudicitus cognatus Francise nominatus identiter in vita hoc

Haller, et Vannotia Halli Francise, hunc vocareto quod

Gesellio duducendum, et Vide hanc etiam 15 Januarii

e. His segregatis cap. 5 de appareatu sub habitu cremeri da-

mane, quod aperte nam. 1 lib. Alectio inueniet; ubi Francise

cam d' monachis per annos duas conflictus describuntur.

CAPUT II.

Francise jam matris familias virtutes ege-
gir: liberalitas erigit pauperes miraculis
probata: filii Evangeliste obitus.

Quando despensa viro Francisca fuit duodecimo
anno natatissimo, ut diximus, non sedum interquo ei
parens in vivis erat; sed suorum quoque a Andreos-
sini sermoni Cœliani in mariti Laurentii dono
reporit, una cum Paulotio mariti sui germano fra-
tre, et uxori illis Vannotia, qui unum omnes con-
stituerant familiam. Tot igitur auctoritate atque
aetato majoris, se enim haberet domum, quamvis in-
gentia quotidie conceperet desideria pro Deo multa

magnoq[ue] faciendo, reprimebat tamen ipsa reso ju-
veneula nollone. Verum non dum post vivendi them

soeris fecit, totusque familia domestica adiunctora
eo in ipsam atque Vannotiam recedit: quarum bæc

cognitam experientia habent Francisca prudentiam, D
libenter in eam transtulit curas omnes, cuncta ejus
sic permittens arbitrio, ut tanto annorum spatio ne
minima quiden inter eas unquam subnata dissensio
fuisse scaturat. Interim consuetis pietatis exercitiis
applicabat animum nibile quam antea minus, solita
quothedonialis bis astre pœnitentiae Sacramentum.
Ad sacram Communionem, quod attinet, eam susci-
piebat ipsa majoribus quibusque festis. Orationes
perro vocales suas Mariani Officii Psalmorumque
domi persolverebat sic.

11 Præter bæc tempora nullum non familie sue
enranda impendebat, eo successu, ut cognoverit
Iovanni Laurentius securos se posse dies ducere, qui
talem a Deo nactus uxorem esset. Nam quamvis
multa domi famulorum esset famularumque turba,
omnes tamen sic habebat Francisca, quasi fratres
sibi sorores fuissent. Hortabatur eosdem in
sancto Dei timore vitam ducere: exemplo ser-
vande domesticam pacis ipsa præbat cunctis, in-
gna cum humilitate culpam deprecans, si quem a se
offensum crederet. Si vero inter eos aut suborta
iurija reprehenderet, aut offendendi alias numinis
natam occasionem; tum vero extinxilabat ipsa se,
et quamvis interior semper conservaret mansue-
tudinem, exterior tamen specie zelum induebat ar-
dentem, magnaque cum animi libertate redarguebat,
quod cum Dei injuria perperam agi videbat. Ita cum
vocatos ad eorum nobiles multos secum haberet
ali quando vir suis, interquos eos unus magicarum
incantationum librum in manus Laurentio tradidis-
set, accessit illa solerter ad conjugem, raptumque de
manibus librum conjectit in ignem: nequidquam illa-
tam hospiti, ut videbatur, injuriam segre ferente
ille qui invitatur, ipsamque verbis acerbioribus cas-
tigante: quæ illa insuper habens, quotquot ejus ge-
neris habere nunquam potuit vel chartas vel libros,
continuo immittebat in flammas: nec raro contin-
gebat, ut in ardoribus excitatum a daemonibus
strepitum haud levem domestici animadeverterent.

12 Ex familiaribus si quis morbo decubuisse, non solum volebat ei de rebus ad valitudinem recu-
perandam utilibus propisci copiose: sed ipsa quo-
que inserviebat ei inira cum diligentia et caritate.
Accidit aliquando Vannotiam ipsam morbo pressam
omni penitus eiborni appetitu destitui: ea res cum
negra Franciscam haberet, nec sciret qua ratione
ei posset succurrere, adjuravit infirmam, ut indica-
ret sibi, non alicius edulii desiderio teneretur.
Cancerum, inquit illa, fluvialem optarem. Verum
hic quantitas diligentia quasius nusquam potuit
reperiiri. Sollicitus autem illis ex ipso cubiculi la-
queari pulcherrimus unto pedes cancer decidit, Fran-
cisca moritis haud dubie impetratus; coetusque et
nauicam Vannotie et morbum depulit. Eadem opu-
lentiam domum et rebus omnibus abundantem considerans,
venit ne pauperum aliquis, seu mendicus
ille esset seu Religiosus, solatio vacuus dimittere-
tur. Cumque unius aliquando sterilio penuriam
Romæ morbosque multiplicasset, dilatavit et ipsa
caritatis viscera: nec solis petentibus porrigit
eleemosynam domi: sed et deferrit volebat ad infir-
mos, qui petere ipsam sibi non poterant: quam
autem id Deo gratum fuerit etiam miraculis invenio
declaratum.

13 Nam cum annone caritate urgente, tam lar-
gas eleemosynas erugaret Francisca, quantas vix
hingga humana valent explicare, prout in authen-
ticis processibus legitur; metuentes Paulutius Lau-
rentiusque ne sibi suisque fraudi esset uxorum li-
beralitas, granaria, quod plenum habebant, claves
iisdem abstulerat; ex coqu sumentes familie, quod
suo erat satis, et suis buhuleis, agricolis, aliisque
ministris

*pacem inter
familiares suo
exemplu ser-
vat;*

*scandala amol-
litur liberimo
zelo:*

*egrotalibus
sedulo prospli-
cit;*

*cancerum ma-
raculo impe-
rat;*

*agentibus libe-
raliter succep-
tit.*

EX AL. VIII
Mortua soeris

a

*et cedente
Vannotia fa-
milia regende
curatimcepta*

*Francatum &
maritum gra-
marium,*

*paucum pie
uxores evere-
runt.*

*frumento ple-
num reperi-
tur.*

*Ob exhaustionem
in elemosynas
selecti vini
dolum.*

*stomachanti
socero atque
conjugi.*

*versum illud
plenum exhibi-
bit Franciscus.*

CAP. VIII

*Basilam sibi
orrectam,*

*venia non esse
concessum.*

A ministris necessarium , vendidere reliquum , quod supererat , frumentum , et vacuum plane granarium fecere . Ait post haec ad Vannotiam Francise : Eamus pariter ad granarium , et quod superest colligamus pauperibus largendum . Ivere et solas invente quisquillas , quas studiose ipsa converrens , et magno cum labore transmittens per cribrum puri frumenti modium unum habuit . quod agentioribus distribuendum auferret : eoque facto cum Vannotia recessit , granarium obserante Clara , fideli ad observia ejusmodi famula , qua dominam fuerat comitata . Post panes autem dies eodem revertentes mariti , optimi frumenti mensuras quadraginta reperrunt in granario , remque socero mirabundi nuntiarunt : qui et ipse cognoscere rem miram voluit , viditque hoc Dei esse opus . Francise caritatem probantis .

B 14 Nec huic dissimile est , quod in simili vim penuria accidit : in qua predictus Andreossus cum filii caveam suam vinariam lustrans , cum sibi suaque familie optimi vini dolium seponendum enrasset , infirmique Religiosi ac secularies , Francise cognita caritate , frequenter pro Dei amore aliquid boni vini ab ea postularent : misit illa per prenominatam ancillam ad varios ex ipso illo vase tantum quotidie , ut illud intra non multos dies vacuum relinquatur . Quod cum cognovissent socer filiique ejus , qui descenderant exploraturi an illud selectum vinum eadem adhuc in statu foret ; whelement commoti animis , clamare contra Franciscam Vannotiamque cepere , ne guttam quidem vini illius superesse . Ad quae subridens Francise : Sinite , inquit , sinite nos in cellam descendere , et vobis per Dei gratiam ex eo , quod queritis , vino promemus affatim . Nec plura , descenderunt ambo simul et Clara ; manusque admoventes vasi plenum illud optimo vino reperire , prompsereque quod ad socerum maritosque portarent , dicentes : Ecce vinum , quod diximus : Deo gratias , quia plenum etiamnum vas illud est . Gustavit senex , gustavere filii nec suo ipsi credentes palato , quo idem omnino vinnum hoc esse jubebantur credere , denudo in cellam abiun : reperiunt plenum , quod diximus , vas ; exindeque liberam mulieribus facultatem faciunt cuncta pro arbitrio administrandi . Vulgata autem per urbem fana multos postmodum testes invenit , qui vel ex Laurentii mariti ore , vel ex ipsis Francise narratione , alias exemplo tali ad liberaliter largiendum animantur , ita se audivisse professi sunt .

C 15 Famulam porro summa Deus , que tam benignam cibis ac potus corporalis dispensatrixem panperibus sese exhibebat , noluit impune fraudari spirituali pabulo animae , quod per Eucharistiae Sacramentum sumitur . Erat ipsa quidem humilis adeo , ut tanto se mysterio indignam judicans nunquam postularet ad hoc admitti , sed notum expectaret Confessarii , jubentis , cum sic Deus inspirabat , accedere . Id igitur cum quodcum Frater Antonius imperasset , ipsique ad D . Cacilie ecclesiam cum Vannotia se conferens ad Divinam mensam soletulisset ; qui curam ecclesie habebat Presbyter , et sacram ei Hostiam porrrexerat alias : Quid hoc , inquit ipse delibera bimodus secum , quod mulieres opulentie et conjugatae toties ad Communionem veniant ? Tum , diemone hand dubie instigante , Hostiam non consecratam accipiens , hanc ei velut sacram obtulit . Sensit illa continuo factam sibi frandem , nec enim consuetum spiritualis gratiae afflumum sensit ; remque suo , ut facta fuerat , Confessario retulit , bic Presbytero ; gravis eum coarguens sceleris . At ille , satis gnarus nisi sibi et Deo , et cui Deus revelasset , notum esse quod fecerat nemini ; culpam quidem confessus est , rogavit tamen , ut

scire posset , quanam via illa sibi innotueret . Audiens autem sceleris a se patrati indicem ipsum fuisse , cui erat injury facta Franciscam , veneratus deinceps eam est , nec judicavit indignam ; quæ toties ad Communionem veniret , quamvis nupta juvenisque et familiæ tam grandis gubernationi impli-

D EX ITAL. M.
MAGD. ANGUL.
LARBLE.

CAP. IX
Plures liberos
suscipit :

E ex his Evange-
listæ p̄cipuum

F predicti rel-
atist criudam
defectionem ,

G vulnus patre
infigendum :

H anno detin 1411
pestis corruptus

16 Sed nec matrimonii fructibus privatam illam voluit Deus , quæ tanta cum sanctimonio vitam ducebatur in eo statu , pluresque ei liberos dedit . Verum per priorum temporum oblivionem factum est , ut trium dumtaxat mentio in historiis reperiatur : quorum e virili sexu primus , Baptista fuit ad sacrum Fontem nominatus , qui ceteris superstes uxorem bduxit , et posteritatem ex se reliquit , natus circa annum quadringentesimum , ut scripta aiunt , enim ferme decimus sextum aetatis Francise implexisset . Hunc proximus Frater Evangelista nomen tulit : nec non aetatis anno supervixit , prout mox visuri sumus . Tertium ordinem nascendo tenuit filia nunquam Agnes . Nec praeter hos alios nominatos inventio : tantum ex antiquis libris colligo , alias quoque eam a puerperio deculuisse . Quos autem ei Deus concessit liberos , non tam lacte educabat suo (quamvis nec hoc passa est iis desse) uberibus suis , non alienis , eos lactans) quam timore Domini : quid in secundo genito potissimum patuit , quem terrestrem Angelum merito dicere possem , ita erat orationi dedicatus cultuque divino : quin et in tenella aetate ista prophetice dono divinitus decoratus , cuius genuinum in antiquis historiis exemplum extat .

17 Primum , quod duobus Fratribus mendicantibus propria manu porrigenis eleemosynam puer paterna in domo , ad eorum alterum conversus dixerit : Non iste semper vestire modo : cupies enim pretiosioribus indumentis , infelix , amiciri : attamen vesti . Taenit tum quidem erubescens Frater : effiectum tamen suum praedictio habuit , quando non bonis artibus ab iugno solitus Religionis ad Episcopalem conceendit cathedram , modicoque post tempore terribilem plane mortem oblit . Alias Laurentii patris pugione arripiens , atque e vagina educens lateri paterno admovit , dicens : Ille tibi modo fit , Pater . Quod et contigit , nam seditione quadam exorta Romae properat Neapolitanum Regem Ladislauum , in eodem , quod filius tetigerat , latere grave vulnus Laurentius accepit . Erant sane stupenda opera , quæ supra aetatis illius captum faciebat puer , nec abit vel cogitare videbatur vel dicere gaudebat matri , quam ad iterum se gloriam properare .

animal;**

**ut etiam
certos fundo
res elimitu-
ret.**

C

catum est, ut prius quam aliquid aggredierentur, D EX ITAL. M. MAGD ANGELLARIE.

orationem ad Deum funderent: deinde in consultationem adducto eo quod devernendum occurberat, de eodem enim S. Francisca conferrent; in qua sapientiam suam istum in finem Deus collocatus es- set. Post tot igitur tamque frequentes divine voluntatis testimonia tandem datum est Congregationi principium, eumque in finem comparata domus in regione Campitelli, eo in loco ubi Turris est, speculatorum vulgo dicta: non quidem ut istuc perpetuo remanerent; sed interim dum alia opportunitas, que tunc studiose querebatur, inveniri posset. Non aliisque magnis difficultatibus multaque contradictione, quemadmodum Sanctæ fuerat presignatum, inita est domus istius possessio: que ut primum quam potuit melius aptata fuit, obitis simul omnes Confessi quis et Communionis Sacramentis in eundem se receperet, et Congregationem instituere: que ab ea quan- coperant inhabitare domo dicta est Turris-speculorum, et eodem deinceps dici nomine perrexit; quoniam inde nūquiam est emigratum: ipsæ vero mulieres in illam Congregationem allector, cognominantur Domine sive Oblatae Turris-speculorum.

93 Quo anno, mense, die primum in hanc Congregationem convenerunt, nullo antiquo scripto signum reperitur: ideoque in variis variis sententiis. Fuere qui anno millesimo quadragesimo trigesimo secundo adscriberent Congregationis exordia; quod ne probabilè quidem videi potest, quando non solum needum tunc data erat Regula, partim die decimo quinto Novembribus partum vigesimo quinto Decembribus de celo allata; verum etiam ex Visione in die Nativitatis domini S. Francisca oblata, hisquo que S. Paulus Fr. Hippolyto ipsique domino Joanni Mattiotti dicenda curavit, que superius jam retulimus manifeste constat, nihil dum constitutum tunc fuisse de loco, qui nullus querendus, prescribatur. Nihil propius vero est, quod aliqui crediderint, sequentis anni Januariorum mense in die Epiphania illas in unum locum receperisse esse, postquam simul omnes cum Francisca sacram Eucharistiam in S. Mario trans-Tiberim suscepissent; quasi id ex Joannis Mattiotti scriptis colligator: quod tantum abest a vero, ut ne minimum quidem reperatur indicium eornio in his que de isto festo Joannes scripsit. Imo ex eo quod dicat alias S. Francisca Filias spirituales fuisse praesentes, que verborum a Sancta proflatum sensu et efficacia ad amaritatem compunctionis lacrymas commotæ faciunt, recte infertur, non igitur omnes tene istis llore si aliquæ duntaxat. Sed longe efficacius hoc ex eo revinatur, quod vigesimo septimo ejusdem mensis Januarii die gestum p diximus, et quod inter alia tribus Procuratoribus commenditum legatur, ut de apta habitationis loco solliciti sint.

93 Quod si mihi in re incerta aliquid heet per conjecturam pronuntiare, affirmare autem longe verisimilis credi posse, quod vigesima quinta mensis Martii die, anni millesimi quadragesimi trigesimi tertii; præcipuo B. Virginis Marie, cui ipsa se olim obstulerant, festo hanc societatem inerint, atque ad dictam domum se receperint. Moxve verbis Visionis xlvi die Kalendarum Martii consignatae, in qua cum Virgo Beatissima S. Francisca salutas et: Bene veniat ista a me dilecta, et meo filio Oblata. Ipsos deinde Filialibus, quas in Christo ejus annella generat, diei missit: O anima benedicta a summo Creatore, iste ipse Dominus vos accepit in sua unione: estote semper diligentes in mea vocazione, Domina Annuntiatio vos domine expectat. Eadem profecto Annuntiacionis conjectura inde quoque roborari potest, quod Confessorius ejus, accurate solitus scripto excipere quo-cumque post da-

in quam se
converunt
Oblatae non
ant. 1432,

me anni
sequentia
Januaria,

1433 he
23 Marti.

92 Dixit etiam Francisca futurum, ut hæc intellegens Visitator novæ perfunderetur gaudio: cui hoc insuper suo nomini referri volebat: caperet animos, et quem inspiraverat ipsi Deus erga Filias hasce suas spirituales affectum, cum studiose conservaret: nihil formidans, sed potius e contrario certus, quod divini brachii sustentaretur virtute et ipse et omnes, qui cum vera devotione huic operi promovendo sese impenderent: pro quo lucentiam mercede certissimo essent ab ejus divina majestate recepturi, si perfectam cordis humilitatem tenerent, et cum pura divini honoris intentione in hunc euptis perseveraret. Addidit etiam S. Benedictus de pretiosis animalibus illis, quas Virgo ad inchoandam Congregationem colligerat, quod quicunque eos adeo in vera humilitate fundatas considerarent, confundentes intra seipsos essent, et boni exempli odore repreendi: quo finetu raritati essent qui actiones eorumdem sinistre interpretando, de ipsis aut instituto ipsarum maligie detrahentur. Denique fautoris exhortabatur, ut magis animas pergerent ex qua cooperant viri, nihil dubitantes quin amplioris exinde consolationis seruetis essent quotidie degustaturi: et quoniam eis sese oppositorum demon esset, carunque constantiam (si forte posset latifaciari) multis machinis tentatus; ne metuerent tamen, sed inter se concordibus animis, quæ facta opus essent deliberarent. Concludens autem hæc verba protulit: Habete pacem in Domino semper, et alta Regina vobis secum permaneat; cui ego Benedictus continuo supplex preces pro vobis facio.

93 Epsedum Martii mensis die vegesimo secundo, post celestes thesauros B. Francisca in ea visione ostensor, que est inter Visiones quadragesima octava, cum multa Oblatis per S. Paulum data sunt monita, que ibidem referuntur: tum tribus illis religionis vris, testibus seu procuratoribus divinis ad negotium Congregationis electis, speciatum incul-

**AP. 2
qui intentat
fratrum
oratione
omnia age.**

EX ITAL.
M. MAGD.
ANGELARIA.

A tam Franciscæ Communionem natatu digna in ejus raptu accidissent, de hoc die nihil scriptum reliquerat; quo tamen cum communiebat vix cuiquam durium esse potest: quod inibi indicio est ponendis novas Congregationis principis ita occupata fuisse Sanctam ejusque Confessarum, ut hinc uni rei eos Potissimum vacare convenerit. Adde quod post eam diem nulla deinceps in Visionibus mentione fuit querendi aut inveniendi loci, in quo communia habitatione jungantur, qualis antea sive facta fuerat.

B Certe Martio exente sumus eas locum obtinuisse pene evidenter habetur ex eo, quod tertio die Aprilis, Franciscæ (quae non potuerat facultatem impetrare a marito, ut ab eis domo recesset suis suis aliis adiungeret) nocte in oratione et extasi existens a S. Paulo Apostolo audiret: Visita et revisita Filias tuas, quas in Christo genuisti: voca eas omnes ad te, quia non placet Deo quod stes sic simo onore: sic quod advertas bene et fac eas intelligere veritatem, ipsa sic placet Divinitate mea. Quas autem iubetis visitare abundantem, forte quia per dies aliquip officium istud intermissione, quis dubitat in simili unum in locum collectas habuerit? Merito autem officii sui admuneraatur Franciscæ, quod primarium istarum Oblatarum non gravi via tentatione, a ceterarum sese alijunxit et consortio, et consilii invertit gravi exponetur periclio desperando.

B

Gonis incurruendo: id est in eodem rapto S. Pauli iussit Confessorio thei, ut examinaret ne probinal bona eas, que huic Congregatione aggregari volent: propterea quod anima ista per inviadum et presumptum sic tentata erat, oportebatque ei suum errorem manifestare. Que ratione summi omnes efficiunt, ut prohibibile videatur festo Annuntiationis die in locum esse collatum Congregationem novellam, enique fortasse resperserunt quemque fuerint auctores mysterii huius, in altari ecclesie ipsius depunendi.

CAPUT XI.

Subnascuntur quando difficultates: quibus remedium divinitus datur.

Perfectura
defectur
Agneti de
Lelii

pactus nunc
accedunt et

CAP. XIX

unus ex
hus matrem
seccuturum

Quales et quod fuerint primo lugis horti plantatio Pontificie diplomato infra patitur: hic satis est admonitione. Superiorum, veterarum regimini exiguo illo tempore praefactam, fuisse Agnetem de Lelii, ab ipsa Franciscæ constitutam. Nam hinc ipsa omnino erupit fore, quandom tamen ab his habitatione se jungebatur, opus fuit aliqua, quae absens vice suetas regeret. Eadem autem Agnes post ipsius S. Francisci e mortem prima Proses est ordinata, quemadmodum infra sua loco dicitur. Mirum poterit fuisse si contra haec tam boni principes nihil invida diabolus morisset. Primum igitur impedire omnino modo conatus est, ne multo in hanc societatem subdarent: nam quia videlicet agnus et ignis et Congregatio, vel tenaciter in ea paroque admodum vivelbatur, panem fuerunt quae ei jungi oportent: sic ut quandom Benta vixit, agre quamducum fuerint numerata: et in illis pactus fuerunt aliquae, quorum occasione graves turbae subiacta sunt.

98 Una imprimis, Angustina nomine, illa Angelide Viterbo, quamvis et creditur ex sua matris consensu cooptata (nam pater quantum ex scripturis novissimus mortuus erat) tanto sui desiderio caudam tarsit, ut jactura quam sibi fuisse videbatur impatiens, totam se desperatione atra bili armata tradidet, sibique ipsi manus violentas pararet. Jamque arrepta cultro ingrossa erat embile, letalem sibi plagam facta: sed eum eo tempore Franciscæ incumbenter orationi, vidi in spiritu quid ageretur, Deo-

que supplex, ut scelus averteret, Angelum impetravit D per Angelum
coetus
Francisca
Vade in trans-Tiberim ad Franciscam de Pontianis, Prins tamenquam venire illa accessi fecit. Augustinum Franciscæ, eique quid evenisset norans, mandavit ad matrem consolandam accedere. Quod obediens et filiam et
consolanda
matut.

99 Totam Romanam Urbem commovisset infirmitum, quod daemon fuerat machinatus, nisi Franciscæ orationes illud prohibuerint. Nunc autem ea spe excusisse se videns aliam telam eamque magis periculosam exorsus est, persuadens Joanni Mattiotti et socio eius Fr. Bartholomao satius facturos eos dimittendo pauculas istas iam congregatas, quam si porro præcedentes in maiores se curas difficultatesque ingererent. At non Fr. Hippolyto potuit eadem facilitate imponi: signum occasione quæstionis per Visitatorem, ut supra diximus, instituta, et eorum que decima quinta Martii S. Paulus sibi descendit mandaverat Christi et Matris illius nomine, flaminor in proposito et bene animatus manebat. Visitator autem Fr. Bartholomao, quod nova hac Congregatio non eam haberet approbationem atque concursu qualem sibi fuerat imaginatus, verebatur ne intra eam paucitate maneret numerus Oblatarum. Considerabat etiam quod absque ullo temporalium facilitatum fundamento datum esset fabrice huius spirituali initium, et aperta domus, in qua ad propulsandam paupertatem extremam nihil inferatur, nisi quod de suo quotidie subministrabat Franciscæ. Que cum defecisset, quia tandem ratione inchoatum opus durare posset et porro promoveri, nequamque cognosceret.

99 Joannes vero Mattiotti, spiritualium rerum non valde peritus, neque in regendis animalibus antelæ versus, videns aliquas ex Oblatis vacillare in proposito, alias gravissimis pulsari tentationibus, omnes quacunque inmole-tia et difficultate ad se recursero, lassabatur oppido et despondebat animalium, imparem se tamen confinie sollicititudini existimans. Ita igitur pusillanimitate occupati ambo, eoperient etiam dulitatem, a Deo essent que videre se atque audiire Franciscæ asseverabat, an diabolis illusionibus adscrivebant. Jamque se dannabant nimis facilitatis in eis credendis executione mandandis: sic ut nihil preius esset quam ut, subductis duabus hisce novi adhuc columnis, universa structura in terram corrueret: cum interim neuter quidquam formidinis et dubitationis sura refigeret Franciscæ. Sed plenius Deo præverte ruinam, et atrisque de salubri remedio prævidere, decimo quinto post inchoatam Congregationem die, qui fuit nonus Aprilis; quando recepto Corpore Dominico Franciscæ in consuetam extasi rapta, sequentia ad eis verba habuit.

100 Dicit S. Paulus nomine Dei omnipotentis, ejusque dilectissimæ Matris advocate nostre. Dicite Fr. Bartholomeo, ut dubitationem si se repellat, neque velit fieri impone rei divina ordinatione constitutæ, neque nimis admiretur illius opera: Omnipotens enim est, et quod sibi placuerit facere, id efficit. Non haec in eis que videt et quae audit attinet, nec plus intelligere cupiat quam datum sibi divinitus fuerit: sed semper recognitet viam per quam Deo duce ambulet, per eamque pura intentione gradatur. Stabilem se faciat in Dei conspectu, et fortis ac constantis efficiatur. Stet firmus ideo cum perfecta humilitate, et loco suo contentus maneat. Duci se si-
nit rectaque ambulet, nec unquam in via defatigetur.

Diligenter

hunc S. Paulus
admonet de
rguanitate.

CAP. XIII
Joannes et
Bartholomæus
vacillant

ex quo rerum
successu
examinati.
E

A Diligenter quidquid potuerit faciat, et faciat pura intentione. In rebus prosperis moderate letetur: in adversis quoque sit hilari animo. *Æquilibrium mentis* habere studeat: et quidquid acciderit aedicabitur in spiritu ac roborabitur. Dicit S. Paulus ex parte altera Regine: quod mens bene ordinata semper firma consistat et nihil ei noceat aut male cedat, nisi id quod de suo iudicio adjunxit. Damnum est enim cum facere vult id quod sibi videtur: et presentem omnino pestem adserit, quando sub larva apparentis boni malum celatur.

B 101 Dicit quoque Beatus Apostolus quod ecclesias Reginas ipsos roget, ut quoniam multum juncti laborant in colligendis et hinc reducendis animabus illis, a se removeant suspiciones, quae magnum ipsius damnum inferunt. Placet Regine opera hinc insque impensa, et discretio qua res promota est laudabilis cum caritate. Dicit ipsa quod sibi curam Oblatarum sumpserit, et successum longe optimum habitus sint, quandiu in sanctis propositis simul omnes perseverabunt. Ideoque tu Frater Bartholomae una cum Presbytero Joanne et Fratre Hippolyto animos eius et robor addire. Mane te autem inter vos ipsos uniti, ut unus alteri prorsus esse possit in iis, que voluntatis ficienda prescribentur. Interponere se inter vos dampnum conabitur, et astu vario suspectos vobis vos invicem reddere; verum teneat solliciti ut lumen veritatis vos non destituat: quia mundus vos impugnabit frequenter, et auferat a vobis perseverantiam, que sola coronatur, et virtutum omnium apex est. Praeterea Apostolus vobis promittit futurum ut summus omnium moderator Deus in his, quae facturi estis, vos protegat; modo recta incedatis via, bouam sequentes intentionem. Dux vobis semper Virgo aderit, pergetque vobis: tantum sapienter ambulate, et bene composti state in divinis secretis; atque in filiali timore, qui tollit errores, perseverate. Confortunini in Cruce Domini nostri, in qua ipse obediens acquevit Patri.

C 102 Tertio post die, duodecimo Aprilis, ipso Resurrectionis Domini festo, simili in raptu alienata a sensibus suis Francisa, ex ore S. Pauli luce ad Confessarium suum Joannem verba prouocauit: Dico tibi, Sacerdos, ut vigorem conceipias et in die ambules, non autem in nocte: luminosa enim dies est et in ea neumo labitur: qui vero pertinens graditur cadere potest ex improvviso. Qui lucem sequitur in veritate stabilitur, nec incidit in errorem. Frater modicam curam adhucisti: cur non in divinum intueris speculum, et in Jesum Christum qui te potest illuminare? Jubeo igitur sollicitum te esse, ne refrigeseras in eo quod per te exorsus es Deus: et quoniam coepisti velle honorem ejus, est vegetus in amore caritatis, neque te eujusquam dicta commoveant. Varias voluntas occurrent sententiae eorum quibuscumque versabimini: hic unum, iste aliud dicet: vos autem semper firmiter confidite, quod veritas vos juvabit; modo mentem puram habeatis et Dei metuentem, ejusque semper voluntati subjectum, non autem serculum inquietare, quod ei displiceret. Nihil in divinis secretis dubites, sed fidem habe animosum atque spem firmam cum humilitate et caritate. Noli in animum admittere suspiciones semper noxias, aut spinam superbia, spiritu presumptionis inflatae: sed in obedientia solidare, si vis bene ambulare. In omnem occasionem intentus dampnum speculatorum, qua te possit pectus subvertere, quem jam in aliquibus infirmorum cognovit, ideoque circuit explorans aditum, quo zizania possit seminare in te. Ipse quidem creaturis utitur diversimode tamquam instrumentis: sed tu cautus attende ad cogitationes tibi immissas, et omnem sensitivum amorem expurga: hoc unum curans ut Dei possis amplificare bona-

norem. Per orationem ad ipsum recurre, ut tibi det gratiam mentemque stabilat.

D 103 Talibus alisque monitis cum redditus animus procuratoribus istis duobus esset et mens sereneata, successit res in memoratu dignissima. Quaedam exiguae ætatis puella, sed magnarum opum, affecta boni exempli efficacia quod a S. Franciscæ discipulis late spargebatur, petiti in eorum admitti numerum: quod istis in principiis gravi pressa egestate, et hanc ejus levante compendioissimum esse viam rate, tanto cum rationum pondere rem proposuerint sancte sue fundatrixi, ut Fratribus Bartholomae et Hippolyto probantibus, in ejus consenserit admissionem. Cum ecce murmurationes undique et turbas oriri adversus pusillum Franciscæ gregem, quæ sexto Maii nocturna contemplationi vacans in culiculæ suo, Reginam eulorum vidit cum tribus suis advocatis, Sanctis videlicet Paulo, Benedicto et Magdalena; ex quibus severo vulnus ad ipsam conversus Apostolus. Anima, inquit, a summi Dei munio ipsaque Virgine, que te in numerum suarum allegit, destinata mundo; qui fieri potuit ut divinam voluntatem non melius intelligeres? Vim ergo ut ea signifikat per puncta explicetur tibi? neque sufficit quantum tibi dictum est hactenus? Numquid satius esse almoniora es, qua prudentia ac ratione res tuas debebas ordinare? Qui igitur factum est, ut imprudentis in hoc negotio peccans, teque per discipulos tuos siveris deviam a recta ratione abduci, eorum fragilitati consentiendo?

E 104 Hoc Apostoli verba S. Benedictus excripsit: O anima, inquit, a summo Deo, qui te vocavit, benedicta, et ab excelsa cœlorum Regina electa divinam voluntatem, scito quod specie boni apparentis delusa ipsam te execrari permiseris, et humane condescendens infirmatam, cui videbatur amplectenda lucis pecunia majoris occasio, penè eversum iveris quod bene fuerat inchoatum. Si nondum restituta libertati puella est, confessum dimittite eam, atque in futurum cavete, ne solo pretextu conservando virginitatis, ullas admittatis. Impugnalamini undique et ab unoquoque, donec dimissa dominum puella fuerit et redditus suis. Evidem vos sublimis Reginae nomine compello, planeque velo, ne ullam imposterum admittatis, que non sit bene natura ætatis. Non inclinet animos vestros amor aut metus: non mentem offuscet honor aut reverentia: sed indicium Dei gloriarum ante oculos vestris semper tamquam speculum objectam habete. Non audiatur inter vos, menin ac tumultum. Similis omnes quartuor concordes estate in iis que decernenda atque agenda erunt; et veritas juvabit, ut id quod optimum est sequantri. Factum igitur continuo est quod Sancti imperarent, et similis puella consanguineis et tranquillitas Congregationi redita est, aversaque incommoda que eidem impenderent.

CAPUT XII. Apostolicæ Sedis auctoritute et opportunis privilegiis munitur Congregatio.

F francisa autem ex predictis aliisque eventis cognoscens, quot modis tartareus hostis conaretur novicie hujus familie progressus et incrementa impedire; considerans etiam quam multos serculos, anxietates et dubia idem quotulie umplireret in animos trium illorum, qui sibi dati divinitus fuerant velut consiliarii arbitrii et procuratores ac promotores adficiens istius spiritualis; sciens denique cerebros per Urbienses rumores spargi hominum novae hinc vivendi formæ obscurmurrantium, et futuras persecutions atque impedimenta rebus corporis objicienda previdiens; ut simul et his omnibus obviandum iret, et detrahentium

EXCEP.
M. MAGD.
ANGUILLAR.,
CAP. XVI
de pueram
primaria
admissa

e. S. Pablo
comprehenditur
Francisca:

S. Benedictus
iubet illam
suis restituat,

nullas dem
opinasti matu
re statim ad
notari,

CAP. XVII
S. francisca
Ponit ipsa sup
plicandum,

EX TALE M.
MAGD. ANGELI-
LARII,
prima consul-
tatione decr-
to.

rescura Joanni
demundatur a
votis.

hic tergaver
sunt

Premia pa-
reiorum Ba-
cientis statu-

et non me-
riti

A hunc ora obstrueret, sutorumque Procuratorum animos confirmaret, Congregationem, quam a Jesu et Maria accepere ordinatum in eolis, ab illius Vicario stabilendam creditit in terris. Ideoque accessit ad se tribus illis jam sape nominatis Domino Joanne Mattiotti Confessario suo, Fr. Bartholomeo ac Fr. Hippolyto, suam eis mentem aperuit, exposuitque, quod, si eorum consensus approbatumque accederet, supplicandum existimaverit Superetiam Dominum ut congruis Congregationem novellam privilegii communire, per que vivere in communione posset, alias ad eandem vitam communem admittere. Superiorum eligore et Confessarum, ad demumque domesticum habere oratorem obviandi Confessoris atque Eucharisticis Sacramentis, exemptum a potestate Pastoris Parochialis.

106 Phacit omnibus Franciscis propositione, et in hunc ceteri iuere sententiam, libeth Sanctissima offrendi curam committendam esse domini, ipsius Beatae atque Oldatarum Confessario, et etiam magis quod ne jam esset Pontifici nodus, non semel alias legatus a Sancta in iure, que circa praeceps perturbaciones Ecclesie eidem Pontifici vulnerati ipsa Dei nominis indicata : immo receptissime ipso illo Junii mense infra Octavam Dominicam Corporis, confortas gigantibus

B his nubes et dire oppugnatam ab us Sanetam Matrem Ecclesiam in Visione conspicisset Franciscus, jussus ille fuerat ipsi ei communefacere Papam, quod et fecerat. Restitit nihilominus Mattiotti et injunxit a scens negoti curam reeavit admittere, sive naturali sive timida obsecrare, que rebis in omnibus cum regelat formidare; sive revocationibus Franciscus diffusus, quasi non certus esset esse a Deo; seu denique auribus non semper recte premis a Pontifice auditus, magis enim veretur hoc tempore importunitas valori, quo gravissima Petri Sedem nulla discriminque circumde- derant.

107 Pontificium gerebat temporibus illis Eugenius IV, origine Venetus, domo Condalupinus, Professione unus ex Canonicis, qui a S. Gregorio in Algu nonum apud Venetus habebat; a Gregorio Papa XI, enijs erat ex Sorore nepos, primum Theatinarum, tum Seuenus Episcopus, deum S. R. E. Cardinatus Tituli S. Clementis crevitus, quo in gradu sub Martino Papa vix famulum Colonneum Legatum. Ancomit nam ne postea Bononensem multe annis lude gessit, in quo eis probavit, ut mortuo Martino, a Cardinalibus, in conuentu supra Minervam collectis, die in Martii anni MCCXXVI, ad summum Peleb restiit dignitas apicem sit sublimatus; et initio ex more Galerius nomine Eugenius dictus, Apostolicam Seudem amissenter sedecim tenuit, maximum interim cardinatibus ac publice rei concessum exercitus. Nam ipmadiu illius ex scriptoribus referunt, eo processere populares tumultus, ut communis conclusione, libertatem libertatem per centum, annos ab officio ipsiusque ex Urbe ejus sint Magistratus, quos Pontifex excreverat; et septem Romanis civibus super ea in Urbo potestas tradita; ipseque F. neiseus Cardinalis Conclavarius C. merarius, idemque Eugenii nepos, ac S. R. E. Vice cancellarius conjectus in vinculis est: ipse dominus Papa, nihil aliud tamen voluntas in Urbo reliquit, in societate cypriani Arsenii memochi, monachum etiam induitus, maluerit se cymbae non unigenito committere per Tiberim descensura, quoniam datus inter rebellios minoresque subsistero cum vita discrime evidet: quod ipsum in via agitus non evasisset, nisi suorum amicorum, secundo eis rem divito cymbae egisset in hostes, oblituros aut obviendos, nisi cedare loci inducissent, contenti jaculis saxisque impetu praetervolantes,

C et non me-
riti

108 Hos porro motus in eundem annum D
MCCXXXIII incidisse, quo Beatae agendum fuit de
sue Congregationis stabilitamento, auctores conser-
tant, quavis Pontificiam fugam ali ad septem
Julii anni hujus referant, alii ad tertium
Julii anni sequentis: ut, ut est, potuit Joannes
etiam ex praeredientibus illum discessum tumultu-
bus causam sumere refugiendi oneris, quod sui sibi
socii volevant impouere: donec dupliei Beatae raptu-
e, cui praeceps interfuit die vigesima quinta Junii, et
ejusdem mensis die vigesima nono confirmatus, at-
que a SS. Joanne Baptista et Paulo increpatis, inflex-
xit animum ad consensum: libellumque suplicem
earum quae jam in Congregationem convenerant mat-
tronarum nomine formatum (nam Francisca etiam
non apud maritum commonorans illis amumerari non
potuit) Pontifici obtulit, ex parte quoque ipsius
Franciscae rem videlicet orationis commendans. Inter
tot perturbatae reipublica tristissimas concussions
gratiam fuit Pontifici de Religionis ac pietatis incre-
mento audire eo tempore, quo illas tot modis perdi-
tum ibat dominus et Archiepiscopo Consentino,
tum in Urbe presenti ad se vocato, negotium omne
accordato ex anno trintianum, et prout in Domino
visum fuisset, postulatas gratias supplicantibus E
concedentes permisit, expedito, ut nihil non jore
ne vite fieret, super hac re Breve, cujus hic est
tenor a.

109 Eugenius Episcopus, servus servorum Dei,
Venerabili Fratri Gaspari Archiepiscopo Consentino,
in alma Urbe residenti, salutem et Apostolicam ben-
edictionem.

Hic Archiep.
Consentino
residuit,

Cum ex parte dilectorum nobis in Christo filia-
rum, Anastasiis, uxoris quandam Thomae Clarelli
nomo viduae; Agnetis, filia Paoli Lelli, Anastasia, filie Antonii Lelli Petrucci; Jacobille filie Fran-
ciscae; Augustina, filia Pernae; Pernae, uxoris quoniam Antonii Collutii; Catharinae de Maroettis; Van-
duine, uxoris quondam Sabbie de Maroceanis; Ro-
manni; Rita de Collis; Franciscae de Verulis;
mulierum oblatarum monasterii S. Mariae-nova in
urbe Roma, Ordinis S. Benediti, qui Montis-oliveti
dicitur; ante paucos hosce dies oblati supplicio
e set, continebas quomodo ipsarum zelo Dei accensas,
desiderantes honorari Altissimum in spiritu humilitatis,
et quatenus ipsarum fragilitati concessum est
vitam Apostolicam intant, ut seipsum deum Christo
luerentur, cupient insulam habitare in domo aliqua
ad hoc idonea et convenientia in hac Urbe; atque in
commune conferre bona omnia, que sibi largitus
est Deus, ex usque vitam communem ducere in ga-
ritato, sub obedientia aliquipus ipsarum, quoniam ad id
ideam pudicature ei pro tempore electura sunt.
Quare ex parte dictarum mulierum humilior foimus
requisi, ut sibi benignitate Apostolica supra prie-
dicta opportune providore dignaremur.

F

110 Nos itaque non habentes certum rerum dic-
tum notitiam, et ipsarum nihilominus precites
meministi, Fraternitatem tuae haec Apostolica Bolla or-
dinamus, ut de rebus predictis ex nostra auctoritate
dil gentem sumas informationem: post quamvis
precies nisi veritate inveneris, et verosimiliter judi-
caveris predictis mulieribus hinc posse simul habitare,
sequi conservare cum Dei honore et salute anima-
rum suarum, concurreritisque ad ea consensus Prioris
ac Fratrum monasterii praemonstrati (in quo tuam
gravatum consentiam) auctoritate Apostolica ple-
naria et liberaria tibi concedimus facultatem, tempore
presentium, ut predictis mulieribus possit conce-
dere licentiam eligendi et retinendi in perpetuum
domum suam, usum et habitacionem in idoneam, in
eclero, qui tibi in hac civitate honestus conveniens
que valeretur; et eligendi unam ex ipsis probatae
vitae

arie quam di-
cuntur raptu-
sus fontes,

rem Pontifici
proponit,

Hic Archiep.
Consentino
residuit,

ut supplica-
tum causa
examina-

et appropria-

carunt postu-
lant annu-ant,

A vitæ, quo præsideat ceteris, camque quoties opus erit et legitima causa aderit, removendi; aliamque in ejus locum eligendi, vite similiter approbatæ; recipiendæ et retinendæ alias fœminas, que instituto vivendi ipsarum se aptare voluerint et conformare; vivendi quoque in communione ex dictis ipsarum bonis, sub statutis, ordinationibus et formâ aliarum Oblatarum dieti Ordinis absque particulari proprietate. Eligendi item bonum aliquem et discretum Sacerdotem, Religiūsum vel secularēm, proiecte satatis, in Confessariū: qui auditus diligenter earummodi mōtherum confessionibus quoties opportunitam fuerit, absolutionē illis impendat si tamen commissa peccata ejusmodi non fuerint, ut merito pro iis ad Sēdēm Apostolicā recurri debat) et salutarem injungat pénitentiam, ipsisque et aliis mulierib⁹ pro tempore in dicta dono commoraturis, alia ministret Sacramenta. Salvis tamen semper et per omnia rationibus Ecclesiæ Parochialis, intracujus fines continget dictam dominū inveniri aut alterius cujuscunquæ ecclesiæ. Non obstantibus Constitutionibus Apostolicis, statutis et consuetudinibus monasterii et Ordinis predicti, quoniamis juramento confirmatis, aut corroboratis Apostolica vel alia quacunq; in contrarium firmitate: per quod tamen non intendimus statum dictarum mulierum approbare. Datum Romæ apud S. Petrum, anno ab Incarnatione Domini MCCCCXXXIII, iv Nomas Julii, Pontificatus nostri anno III.

CAP. XII.
Archiepiscopus.

Oblatis Turrini-
speculatorum
concedit.

dum aliam
domum aqua-
rum;

deinde illuc
ipsos in perpe-
tuum confir-
mant.

CAP. XI.
Confessario
vñ Papa

B Ad hujus effectum Brevis consequendum, Oblatis seu Prioris et Monachorum S. Mariæ-nova, ut patet, requirebatur consensus: conditum igitur Instrumentum est pætorum conventionumque inter ipsos et matronas prænominalatas et manu Joannis Vallati, civis Romani atque Notarii publici firmatum, oblatumque Archiepoco Consentino, qui ex conspecto expedivit diploma secundum protestationis sibi a Pontifice factam, inter alia nominationem indulgens, ut commorari possent in domo viena ecclesie S. Andreæ funiculari in regione Campitelli, cum ex una parte adpicebat domus Jacobelli Charilli, ex altera Jacobellis Ludovici, sita ad publicam plateam; usque dum commodiorem alteram repperissent in regionibus Pontis vel Parionis, vel Aremulae, vel Trans-tiberim, S. Angel, S. Eustachii, Pignæ, aut Campi-Martii: in quarum aliqua repertam et electam ex nunc pro tunc possidendi et incolendi plenam dabant facultatem. Acta fuerunt hæc in ipsa Archiepiscopi domo in regione Campitelli, anno MCCCCXXXIII, die vige-simo primo mensis Julii.

C 112 Facile est estimare cogitando, quanta consolationi S. Francisci et misericordia in Christo Filios fuenterunt tam felix negoti illius successus: que proinde omnem adhibuerunt diligentiam, ut qualem optabant domum in una prænominatarum regionum invenirent. Interim tamen magis quotidie magisque placebat is ipse, in quo residebant locis, et eaurum usibus siebar accommodator: supplicandum igitur censuerunt, ut is sibi confirmaretur, et Dominum Andream de Sancta-Crucis, Legum en tempore Fætorem celebrerrimum et Advocatum Cistostalem, qui una cum Pontifica curia Bononiensi se transulerat, rogaverunt, ut ipsarum nomine predicto Archiepiscopo Commissario hoc exponeret. Quo agente obtentum est et expeditum diploma authenticum hac super re et Notarii publici manu consignatum vigesima secundo Julii anno MCCCCXXXVII, quod in hunc dieo conservatur. Post hæc cum scrupulus invidisset an Confessario, quem sibi in dicta domo simul commorantibus ex vi Apostolici induit elegerant, facultas maneret absolutionem impendendi ipsis, propter infirmitatem aliquam in suas aut parentum domos aliquando ad tempus revertentibus: hunc eis scruta-

polum Eugenius Pontifex benignè sustulit, per Breve anuo MCCCCXIV Romæ ad S. Petrum, die Maii trigesimo, datum.

D 113 Pacta quoque conventa, quorum facta superrum mentio est, approbata et confirmata fuerunt a Fr. Hieronymo de Neapoli, Olivetani Ordinis tunc temporis Albige Generali: cui in officio succedens Fr. Baptista de Podio-bonii decessoris sui Acta et totus Ordinis statutum recognoscens, cum comprehensisset obligationem recipiendi alias, que sese ad Congregationem vellent adiungere, ex vi pætronum istorum incumbere Priori ac monachis S. Mariæ-nove, idque non satis cum Apostolico Bullæ tenore congruere, (cum ipsis Oblatis, earnaque pro tempore Præsidì, quæ tunc ipsa S. Francisca erat, quam religiosissimam Dominam nuncupat, integra relinqueretur facultas admittendi quas vellent) cavit ne huic negotio immiserent se Fratres, aut immisererent se deferrent. Cetera tenuo approbavit, per Instrumentum datum Florentia ex monasterio S. Miniat⁹, anno MCCCCXXIX die nona Augusti. Neque ea cautione contentus fuit: sed anno deinde consequenti vigesimo sexto Julii, novam plenioramque omnium declarationem ad ipsas Oblatas expedivit, qui eas ali omni prorsus subjectione absolvit; cavens ne earum rebus ulla ratione se ingerant monachi, visitationis, correctionis, confessionis aut alio quocumque praetextu: sidvo duntaxat, quod ab ipsis Oblatis earumque Superiori admisit, censeri debent quanoptimum jure monasterii predicti Oblatae, et omnibus Ordinis privilegiis ac beneficiis gaudent, acque aesi ad eam admissionem ipsius Generalis Abbatis consensus nominatum requisitus arcessisset.

E a Et Itala versione Ingualdaria cursus a nobis Latine reditus, quantum Oblata Fætatis-speculatorum ipsos, antequam hoc impinguarent, et per eum requisita testum originalium exhibere, haec enim defecrorum: quod naturam ex regulis suis suspicimus nos, Bullam ipsa causa aliquo perfuisse.

CAPUT XIII.

S. Franciscus marito radunta Oblatis in Turrini-speculatorum se jungit: fit eorum Præses.

R emanserat, ut dictum est, in sui mariti domo Francesca, cum ipsis Filio ad Turrini-speculatorum convenerunt; non sine divina Providentia ntu: quippe quae, si domo d'cessisset sua, eadem mox revocanda fuisset a marito, paullo post in gravem et diuturnum morbum prolapso, cui presentiam suam nec vobis-set nec potuisse subtrahere. Volens igitur Deus implere familiæ suæ desiderium, eique præ bere facultatem aliquanto antepauam moreretur tempore circa seculi euri recedendi, circa principium anni millesimi quadragesimæ trigesimæ sexti Laurentium de Pontianis, maritum ejus ab hac mortab vita absolvit. Meus enim et diem, quo obiit, nullis litterarum monumentis consignatum, posteriorum obliuio nra cum defuncto sepelevit, non item memoriam virtutum ejus, quam vel ex his, que pro Romane Urbis libertate pertulit, heebit estimare. Erat enim, ut inter eives primarius, sic in eorum immunitate tuenda princeps; eique tyranndi, quam Romæ Ladislus Neapolitanus Rex et qui post ejus excessum Regis vice Urbem tenuit Petrus Trige Comes exercerent, amicos se palamque opposuit. Ergo et in con-gresso quadam ab adverzis perennis est gravior, ex eoque vulnere, licet interventibus sanctæ uxoris orationibus et medicorum industria vitam non ammisit, amisisit tamen valetudinem priorem, quam deinceps infirmam semper morbilamque habuit.

F 115 Huc accesserunt labores alii ex sua filiis et fratre captivitate, ex illius ejusdem fratris exitio,

EXCEP. N.
MAGD. ANGEL.
LARIB.

CAP. XXI.
Oltrebu. Ge-
neralis ratifi-
catione con-
venita

Idemque ab
muni subjec-
to declarat
Oblatas.

CAP. XXII

LIB. V
CAP. I

Principio
anno 1438
o ad locutionis
de Pontianis,
P.

Individua a
pote la fa-
tim,

fratinarum
tolerantia,

EX ITAL.
M. MAGI.
ANGUILLARIA.

*generositate
Incondonabilis
tugurii,*

*indulgentia
erga uxorem
et nro seculi
scusum.*

CAP. II
Post mortem
exequias
Funeribus,

*domini filio
et nro
pacem
relinquens,*

23 *Marii,*

*humillitatem
postulat inter
Orationes
admodum,*

A ex iunctura rei familiaris et pecuniarie, ex incarceratione Baptiste filii; quibus omnibus exhaustae sunt modicæ illæ vires, quas mors proptermodum tolerata reliquerat; et egregia data est Franciscæ materia explicanda caritatis sue, quamvis et ipsa jejunitia esset penitentia que emaciata. Quin vero Christiane Laurentius ex hac vita migravit ex reliquo vite contextu cognoscimus; neque enim ideo tantum discrimini se regisque violentie obiect, quod Urbis libertatem conservatum vellit; sed multo magis quod pulsus ex ea Christi Vicariatu videre non su timeret. Deinde ad mortem vulneratus, conjectus in carcere, allegatus in exilium numquam de minime sois vindictam sumpsit, sed omnibus magnanima curitate dimisit, qui aliquid in re deliquerant; quod et fecit statim ab accepero vulnero, ad uxoris persuasione Confessionem expiatum. Præterea cum ipso eo in gradu et estimatione esset apud Romanum populum, dominumque et diuitiæ et famulorum turba copiosum habaret, sustinuit tamen quod uxor sua, forma et uero florens, non ad eam se celeret modum, quo alio multo etiam inferioris conditoris madrona; sed mornata atque inculta quotidie per ecclesias, per hospitalia, per pauperum casas uberraret, immo ex ipsa domo ut faceret hospitale, cuiusvis generis aegri in eam inducitis, quibus tam fructu ipso non sine magno impendo domesticarum facultatum: quod demque vitam diceret, penitentia aperam, sui ipsius despectu viderem, in caritatis operibus labiosam, quidam hinc neque summo procecuti.

B 116 Ipsa vero matrimoniū pim liberū vinculo, et ieiatis annū quinqagesimum secundum prægressa, justus funebribus marito persolutis, constitutū animum, quāprimum discessit suo uacuum Baptista filio domum relinqueret, sequit ad dilectionem et pridem desideratum. Filiarum suarum convictum recipere. Nec erat quod eam illi moraretur respectus, qui uinos nata, erat trīginta sex, atque ab annis sedēcim coniunctus puebli Romane nobili, cum Moloch nomine, prudentia et experientia famulæ regende sufficiens. Hunc vero Moloch imprimis debemus, quod soerum suam per tot annos cognoscere, familiarissimo, et domestica virtutum illius admiratrix, post mortis dictam natis ex eo libris adherens, his in judicio legittimis auditis, testū duos sit varia, quæ semper absque illius testimonio aut non possident omnino, ut multo nimis certe. Sensit tamen ut debuit hanc optimè matris voluntatem illius: mirus autem, quæ plurimum matrem perditam erat, ejus auxiliarem virtutem suis in pueris, agnitionib; his aliis absparsa, nec poterat lacrymas singultusque continebat.

C 117 Vix nilominus Francisea virtus omnem naturalis amoris teneritudinem, et divinam amorem secura ducens, ipso S. Bernodeti festo, die vigesimo primo Martij, ad euras Filias suas aluit, relieta domo et cognatione sua, ingressaque intra primum portum vetoris habitacionis, quæ est in Turri speculari, ad iustos sealorum per quas ascendunt gradus aequalitatum substitut, dnu clero ostio discenderet atque excalceret ipsa: e, pullaque induceret quoniam adferret vestem. Ita nuda pedes, caput proptermodum discoperta, effluisse in lacrymas interiorem subit domum; ubi projecta in terram brachia in crucis formam expansæ, lugubri voce et singulis crebris interrupta, rogare atque obsecrari Sorores caput, ut se suam in societatem admitterent tamquam mendicam et peccatricem, quæ actatis florem mundo dedisset, nunc amorem efficit se nectutis fœces oblatura Deo adveniret. Movit ad lacrymas quotquot adfuere spectaculum tam impinatum; quoq; interiorem virtutum ipsius thesaurum

vel hinc magis docte æstimare, humo sustulere D Matrem, introque in domum lætanter induxere.

D 118 Regedit tunc parvulum Oldatarum cœtum *exp. III* *Recusat esse
varum Super-
riorum;*

enetus cum titulo Praesidis præposita, et tamquam spiritualis omnium Mater, Agnes filia Pauli de Leolis; que statim ut domi halitus, quam omnium esse caput et cui familiæ totius regimen quodam jure naturæ compedere judicabat; convocavit in unum Sorores suas, et eorum eis officium abdicans, auctor facta Franciscanam Superioram eligendi: quod omnium communis consensus est factum. Verum humilis Christi ancilla, quæ ministrare venerat, non ministrari, nulla ratione time induci potuit, ut illarum aequiesceret viduanti, quod temen paulo post fecit, persuasa hanc esse Dei voluntatem. Qui sane hoc ipso intuitu videlicet potest eodem die sublimioris gratia et dignatissimæ Angelum eidem socium addidi se: in regenda nova illa familia peculiari futurum auxilio: prout in libro visionum ejus num. 151 Visione LXVI narratur. Viveral porro sancta haec familia tenuiter quoque domenso, quoniam pector exiguum illud quod decem primum illius fundatrices in commune detulerant, et quod ex dividito manuum suarum labore vel corrigata mendicato stipe nancisci poterant, nihil erat unde vita necessaria sibi compararent; haec ipsa saepe desideratur, nisi erelris largisque, quas sua e domo submittebat, eleemosynis Francisea providi set.

E 119 Verum postquam et ipsa, derelicta splendide familiæ abundantia, ad illarum se numerum aggregavit, facta est quoque eamdem particeps aerumnarum; eo deinceps graviorum, quod haec beneficente uena erat præcisa. Accidit igitur quodam die, quo Francisea de Vernis e decem primis sociibus maiori in ordine culme nomi trahat, sicut hebdomatice laicæ solabant singulis, accedit, inquit, in qua, ut cum eadem meminerat cura sternenda ad communem reflectionem mensu, vix modica duri panis fragmenta repperat, iegre personis tribus suffectura, esti quidem tunc Sorores ibidem numerarentur. Hujus tam necessarie rei defectum contulit illa cum Sancta, et simul ambe decreverunt domo confessum egredi, eleemosyna nomine quæsiturae per Urbem quod opus erat: et egrediendi facultatem postularunt ab Agnete, tunc aliud omnium Superioræ ac Matre. Haec vero tantum animi promptitudinem simul admirata et reverita: Ne tu eas, inquit; ibo ego, aut mandabo, ut est quæcumque altera: tu autem domi quiesce secura. Cui Francisea respondit: Si tibi non placet, ut ego vadam, neque aliam mittito: quia futurum spero ut provideat Omnipotens: acceptisque in domo panes illis frustulos, ea per mensa distribut inspectantibus cunctis, dictaque de more benedictione acerbuerint mensa omnes, comedentesque et satiatae sunt. deinde gratias Deo egere de genibus, et collectis, quæ supercaverant fragmentis, implevere canistrum quasi mediae quartæ capace: male in sequentem etiam diem acceptum est, quantum Sororibus enetus satis fuit, quemadmodum iuramento testatum invenitur articulo trigesimo processus tertio.

F 120 Interna nullam capturæ videbantur quietem optimæ matris pientissimæ Filiae, quæ haberent canadæ domini superioram, quam foris halmerant vita spiritualis magistram: instantem enim nunc seorsim singulæ, nunc coniunctim omnes ut regendant ipsa familiæ suscepserat, que fuerat auctor instituendæ, quæque in suas partes Confessarij traxerant, ut ipse quoque faciendum posset, quod omnes tam ardenter cupiebant. Ipsa igitur omnes ejus nutus observare solita, obedientia postposuit humiliatis studiis, non potius ipsam sublimius extulit, et magis conspidi cunctis fecit, quando omnium voluntate *exp. V* *Faciendum
eis auctor
omnis;*

*accipit Ange-
lum superioris
Ordinis;*

*CAP. IV
meditatio
magna
pauperial;*

*deficiebat ad
numerum panis,*

*et offert ea
cum mendicis
canandis;*

*ut uerisca,
multo plus
qua aderat
præcipua;*

*videtur
admodum
preferatur;*

præterquam

A præterquam sua prælata ceteris, ceteris omnibus se perpetuo æstimavit viliori; omnibus serviens, prospiciens omnibus, nullique non ejuscumque necessitatibus corporali seu spirituali succurrens, caritate materna, sedilitate plus quam familiaris. Hortabatur Sorores insigni eum animi dimissione et pari demonstratione amoris, ut in divinis obsequiis constanter perseverarent: si vero verbis obozo vel actione minus ad perfectas virtutis normam exacta delinqueret aliqua, admonebat errantem cum tanta varitate, ut quæ arguebatur, aperiri sibi vita aeterna jamnæ testiminet: si tamen materna lenitas quandoque in pervicaciorem invidisset, tum vero assumebat animos leoninos, ne quod opportuna se veritatis defectus detrimentum caperet integritas disciplina Regularis.

B 121 Quæ noctibus, cum somnum Sorores caperent, obibat sollicita quiescentium lectulos, non modo semel iterumque, sed ternis saepè, quandoque et quatuorvis vicibus, singulis admodum orationis aliquoquinque actuum Dei acceptorum per intervalla ostenderorum. Solebat eadem iam Superior, mensa ad quam Sorores accubitoræ erant, precando benedicere: quod eum favere vellet, contigit non raro ut ad quandam se fenestrâ converteret, per eamque prospiciens raperetur in Deum alienata sensibus, totoque inflammatu vultu quandam solari fulgoris speciem præseferet: tum vero subsidebat in genua et manibus ante pectus junctis, ad duas tresve horas eo in statu persistebat. Hoc ne nimum mirarentur Sorores, confessa ipsis ingenuæ est, quod per illam fenestrâ tunc sese conspicuum ipsiusdieret Deipara cum gloriose Evangelista Joanne: quos clarus manifestansque videret quam videbat corporis oculis illas: quodque eo aspectu magis profunderetur solatus.

C 122 Ut vero humilitatis evidenter præciret exemplo, quovis vespere coram omnibus provolvebatur in genua, junctisque suppliciū ritu palmis, petebat humiliter sibi ignoscere quidquid eo die prudens imprudens per delectum excessus poterat communisse: et quantum ferre poterat humana fragilitas nihil omittiebat eorum, que videbantur perfectionis viam expeditiorem Sororibus posse efficere. Quoniam tamen bonam temporis sui partem domesticis curis eripebant frequenter exercitia orationum easque subsequentes extases, neque minor ejusdem temporis pars danda erat infirmis aut aliis, ad quæ undevicim accercebatur, operibus misericordiae (prout ex primis processibus supra ejus vitam formatis liquet) verita ne quid ex eo capite res domestica pateretur, regiminis socium et quasi Vicarium Agnetem assumpsit, eam que ante adventum sumi domini præfuerat cum potestate suprema, communī cum ipso cubiculo utens, et imaginis communī in rebus administrandis ordinandi que consilio. Et hanc regendi rationem tenuit quanto superfuit, tempore, quod fuit quatuor ferme annorum.

D 123 Erat inter ceteras quæ in ea domo habitabant Catharina de Manettis, ex regione Pontis, aetate grandiori adjuncta collegio. Hac intra non magnum ab adventu Sanctæ temporis spatium gravi corrupta infirmitate eo reducta est, ut anissa loquendi facultate, vitam quoque brevi videretur amissa: et aberat ab Urbe spirituahs Pater Joannes Mattiotti, qui agonizanti extrema ministraret Sacra menta. Ergo ad orationem conversa Mater ita Deum precari instituit: Omnipotens et misericors Deus, hanc milii ne hoc eripias, obsecro, tempore, quo abest extra civitatem ecclesie Presbyter. Mirum dictu! mansit in eodem statu infirma per dies quinque vel sex, usque dum reversus Joannes extrema Eucharistiae atque Unctionis præsidia decumbenti contulit:

Martii. T. II.

quibus peractis pia Mater diutius cum morte luctantis D filie miserata, librum poposcit, ex eoque, Sororibus, qua præsentes aderant devote respondentibus, Litanias prelegit: ec demum conversa ad moribundam: Filia mea Catharina, inquit, vade in pacem, ac Deum pro me ora. Quæ mox, velut nutum obedientie ad moriendum præstolata, placide expirans, ad Dominum, ut pie credimus, emigravit.

EX ITAL.
M. MAGD.
ANGUILLARIS.

CAPUT XIV.

Cœlestes gratiarum, quæ magnam S. Franciscæ auctoritatem ad regimen præperere.

Consueverat exerendi corpori et humilitatis ergo, nec non domesticæ necessitatis causa foras quandoque ad vineam ducere Sororum aliquas, ibique eis in colligendis sarmentorum facibas, quos dominum capiti impositos referrent, habere oculatas. Hoc ergo modo cum octo e suis, Trans-tiberin extra portam Portuensem egressa, ad vineam, cui vulgo al imagine nomen est, eduxisset, ibique habuisset a primo mane usque in vesperam occupatis, nec quidquam attulisset, quo famam earum sitivare levaret: carum nra veniam postulavit aquam querendi ex proximo fonte, qui publica in via sentierbat. Cui E respondit Sancta madecia ut sustineret, quod longius a vinea fons ille abasset: eoque dicto per vineam ambulans et sarmenta colligens, secessit a veteris aliquantulum, subsequentे vestigia euntis Perna, Petri Vincenti filia, quae paulo ante ad Congregationem accesserat, matremque in genu positam audivit in hac verba orantem: Domine Jesu Christe, quando men incuria factum est, ut haec Sorores meæ hue adducet sint a me, cibaque et potu nunc destitutio languant: obsecro te, ut hac in necessitate constitutus insericordia tua dignetur succurrere. Ad quæ Perna tacita ipsa secum: At inclusus foret nos dominum redire. Sed cogitationes quæque arcanas cognoscentes illa non latuit: itemque loquentem, sed sibi, audivit: Modice fidei, attolle oculos.

CAP. VIII
Sorores in
vineam
liquatum
ducias.

et sub defleten-
ter,

125 Sustulit illa: videlicet ex vite uva rubra recentissime ingentes botros Januario mense (is enim tunc agebatur) pendere: et Matri appropians convocavit Sorores, que et ipsæ uvas prædictas conspicante plurimum eas admiratae sunt: propterea quod tota die proxime ad illam vitam occupata, nihil in ea fructuum viderant: nec vero tempus erat ut videre in vitibus uvas speraret aliquid. Ipsi autem in hunc modum mirantibus imperavit Francisca, ut F colligeret unaquaque quantum sua cerebat necessitas, de cetero nemini verbum dicerent. Tum super terram expandit mappulanum, que ad manum erat, ac supra eam Perna sororique decerpitos, pari quod ipsæ erant numero: botros apposuerunt: Denique handantes comederunt, atque omni famis sitiisque depulsa molestia, miraculi evidentiam agnovero.

imperavit in
Januario uvis,
reficit.

126 Non modo Francisca ad rectam filiarum gubernationem admicculo fuit rerum cognitione arcana, temptationeque quibus a diabolo pulsabatur. Per hanc quid Perna, quindecim annorum puella fateri erubuisse cognovit: eamque leniter percussit Fater, inquit, calpam tuam: quia malus dominus tibi gemitus strigil, ut suffocet. Augustina alteri ex filiabus noctu oranti dæmon in forma avis apparuerat, vel laesurus eam vel impediturus. Duravit aliquamdiu conflictus iste, vidente eum, dama alibi in oratione vigilaret, Francisca: quæ postero mane nihil cuiquam dicente ultro interrogavit, num quid passa esset nocte ista. Ad hanc questionem stebat attonita Augustina, incerta responsi. Tum vero rem ordine narravit Francisca, fatentique rem ita se habuisse, dixit: Da gloriam Deo, cuius imperio

et gerit magna
cum caritate,

et sollicitudine:

frequentibus
rapibus
in-pedita,

et humilitate
studiosa.

Præfectura
socium
Agnetem
assumit.

CAP. VII
Sorores, ab eis
te Confessario
miratur.

Hanc produc-
ti, dum illæ
redcat.

EX ITAL.
M. MARD.
ANGUILLARIAE

allieos brachii
loco emotum
eae.

quam tardi-
tanat.

CAP. XI
Gravata
dormitoribus
recreationes

anno MDLXX mortuus.
- Joannes Ogilbeus Societatis Jesu Presbyter *hoc die*
 anni MDLX Glasguæ in Scotia ab hereticis in odium
fidei orthodoxæ in patibulo suspensus obiit : cuius vita
et Martyrum extat Duaci et Heribaldi excusum. Vi-
dimus Roma epistolam ejus propria manu exaratum,
quam ibi descripsit, ne periret, hic damus. Et est
hujusmodi : Catholice Lector. Pax Christi. Ego Jo-
hannes Ogilbeus, Societas Jesu Sacerdos, pro
vera fide ante quatuor menses captus Glasgovii,
centum et amplius librarum ferro terre affixus
jaceo, supplicium exspectans. Testor harum lati-
rem Gulielmum Monteth, multa in libertate pro
fide fecisse, multaque in carcere quatuor his mensi-
bus tulisse, insuper et Iudicis sententia morti
damnatum fuisse. Quare si evadere illum contingat,
memento erunt Catholicæ, ad quos venerari,
charitatis Christianæ, dabuntque operam, ne quid
ipsi debeat eorum, qua sunt ad vitæ usum neces-
saria. Datum in carcere Glasgoviensis fortunæ et
raptum, 29 Ianuarii 1613. Idem, qui supra Joa-
nnes. Filius hujus Gulielmi, natus illo anno 1613
in Martio, servabat dictum epistolam, et ipse Guliel-
mus Montesius, Societas Jesu Sacerdos, Romæ
anno 1661 Svetus P. Athanasius Kircheri in libris
edendis. Unde tunc profectus in Northumbriam, inter
Sacros labores in convertendis hereticis, et orthodoxis
conservandis mortuus est.
- S. Heraclius *Martyres referuntur in MS. Hiero-*
S. Zosinus {nymi, et apud Rabanum et Notkerum
et Alexandræ attributum, voluntur in plurimis
Martyrologiis, sed Carthaginæ adscripti xi Martii.
- S. Candidus, *Martyres referuntur in MS. S. Hier-*
S. Valerius, rongum et Richenoriensi : in hoc
S. Petrus, Sociorum non est menio. Est Can-
S. Marchinus, didus in Atoni MS. Regine Sue-
Socii XII Socie, et Trierensi S. Martini. At
Candidus et Valerius in MSS. Tomacensi et La-
tiensti leguntur. Qui hic Petrus est, Petronius dicto-
ritus, plus et corrupte Petrus. Au. Alexandria, non
vero Carthaginæ passi inquirimus xi Martii.
- S. Kennochia Virgo in Scotia memoratur in Gyrcia o
- Arturi a Monasterio, sed referenda ad xiii Martii.
- S. Longinus miles ex provincia Isauria, sub Claudio
- anno 15, passus refertur hoc die in Kalendario Mol-
- lani citatis Jannensi, Vniuentio et Intonino. De eo
- anemos xv Martii.
- Hugo Archiepiscopus Rotomagensis memoratur in
- Martyrologiis MSS. Bruxellensi, Neapolitano, Flo-
- rentino, Pulsanensi et Florario. Colatur ix Aprilis.
- S. Siberti, *Episcoporum Verdensem in Saxo-*
S. Tamonis, mainferiore corpora hoc die trans-
et vi aliorum} lata sunt anno MDCXXX a Fran-
çois Guillemino Episcopo Veronensi. De re translatione
agenus ad I' dñi duci S. Siberti die xxx Aprilis.
- S. Congellus Abbas in Hibernia memoratur a Molan-
- u in Autorio Usuardi primæ editionis, citato ad
- marquem capite 3 Vitæ S. Columbani : que loco
- agitur de Congello Abbatे Beuchorenst, Molanum
- sequuntur Canisins in Martyrologio Germanico,
- Dempsterius in Scotico et Ferrarius in Catalogo ge-
- nerali : quem reprehendit Colgauus in Actis San-
- ctorum Hibernie ad hunc diem, ac negat vel verbum
- de Congello apud Molanum haberi, sed hanc editio-
- nem non valentem vidisse. Asserit vero Colgauus colo-
- n Mait.
- Luciani et Antonii corpora inventa hoc die Calvi
- in Sardina, quos Diogenius Bousantus in Trium-
- phis Sanctorum regni Sardianæ arbitratur. Martyres
- fuisse lib. I cap. 8 et 16, et dies ubatus Antonii deest.
- Luciani indicatur, quando, si martyris certa secula
- proficeret, de utrius agi poterit xxviii Maii.
- S. Viti Martyris Translatio ad Corbœtiam Saxoniam,
- inscripta est MS. Florario, antiquo Martyro-
- logio Colonensi, Auctioñis Grerovi ad Usuardum,
- Fastis Gehren et Canisii, Catalogo Breverii Mo-
- guntini. Colatur enim seu
- xx Junii.
- S. Anatolius Episcopus Laodicæa memoratur in fastis
- Manrolyi, Felini, Galesini, Ferrarii. Ast in Marti-
- rologio Romano ut Julii.
- S. Alfraldus Abbas Prümensis et S. Huberti refer-
- tur hoc die cum clero satis illustri a Bartholomeo
- Fisca in Floribus Ecclesiæ Leodiensi, et in Marti-
- rologio Belgico Willeti. At mortuus est, quo die
- alij enim celebrant xii Julii.
- Maria Magdalene conversio ritu Officii duplice per-
- ugitur in Ecclesia Augustana. De ea agendum
- xxi Julii.
- Sarani Episcopi in Scotia, cujus pretiose reliquia in
- Tuugland recondebantur. Ita iudicato Breviariorum pro-
- priæ Ecclesiæ Dempsterius, cui soli non audemus fidere.
- A Canavariæ aliquis Saranus, num hic du-
- biuum refertur xxx Julii.
- Angelus Cu Aos, hoc die colitur Cordinibz teste Martino
- Roa in Cordubensio. De eo agi poterit i Octobris.
- Facundus, *Martyres in Gallicia Misale Mazara-*
Primitivus { facundus et Martyrologium Leodiæ Gratiae
excusum. Coluntur xxvii Novemb.
- S. Chrysanthi, *Martyrum Romæ, Ferrarii in U-*

S. Timasius { talogio Generali et libro Statuo-
norum Ursi Boni. Sant celebtes ambo Romanæ
Martyres, huc diversis temporibus occisi, quoniam
tamen aliquis Reliquie in alioqua Ecclesiæ fuisse hoc
die veneratio expoununtur, voluntur Chrysanthos
xxv Octobris, et Thrasius xii Decemb.

DE SS. CAIO ET ALEXANDRO

MARTYRIBUS APAMEENSIBUS IN PHRYGIA,

Commentarius historicus.

PONIT ANNUM
 CLXXI
 XMARTII

Prope Lib.
 mea et
 Bruxellensi
 et
 Neapolitano
 et
 Florentino
 et
 Pulsanensi
 et
 S. Vito

Ptolemeus lib. 5 Geographie cap. 2 duos Phrygias
 magnum eviudates in uno singulus sita ordinat, con-
 jungit Αππαραιον K. 267.2 et Λαζαριαν. De hac
 pluribus regnum vni Februario ad Vitam S. Cle-
 ditis Apollinaris Episcopi Hurapolitani, qui tam Ecclesi-
 stam secundum Christi seculu rexist, vir doctriua, scriptis,
 et rebz contra Cataphryges hereticis clarus, cuius
 scripta et certaque contra hos Cataphryges ibidem § 3
 edidimus ex lib. 5 Histor. Ezel. Loschit cap. 15, ubi

num, 20 de SS. Caio et Alexandro ista S. Ipolita-
 ris tradit.

2. Nam atque viri vere Ecclesiastici et Catholicæ
 persecutiois temporibus ad testimonium fidei, que
 est ex veritate, una enim quibusdam Cataphrygum
 heresi ecclesiis (quos illi haereticis pro Martyribus
 habebant esse) forte vocati, ab illis plante disceu-
 serunt plurimum, et ne cum Montani et indecorum
 illis, Spiritu illa ex parte consertive vulnerantur,
 cum

docet prout
 ab herret
 Cataphrygum
 aversos fuisse

*SS. Caecili et
Alexandri
martyres.*

A cum illis communicare ad extremum usque spiritum prorsus recusarunt. Atque hoc verum esse, et nostri temporibus Apamee, quea juxta Meandrum sita est, gestum, Caecus et Alexander Eumenie prognati, qui tunc martyrium subibant, satis perspicue declararunt.

3 Hac S. Apollinaris, cui ea scripta vindicamus § 4 ad ejus Titulum, ubi § 2 num. 8 diximus heres Cataphrygum exortam esse secundum S. Ephphatum sub anno xix Antonii Pii Imperatoris, qui est annus Christi cxxvi, aut certe Severo II et Herennio Coss. anno xi M. Aurelii, Christi clxxi, ad quem annum Eusebius in Chronico. Pseudoprophetia, qua Cataphrygas nominatur, accepit exordium, auctore Montano, et Priscilla Maximilliano insanius vultus. De horum erroribus et feralibus mysteriis ibidem egimus, et illis ante secessione a quodlibet affectum sanctitudinem rejectimus num. 29 et 30, ob n. rurisque verbis S. Apollinaris Montanum, cum primum sine reverentissime ad fidem conversus esset, reperire, ut exponit Ruffinus, in quodam excessu mentis effectum, et velut Spiritu actum, proloqui eupsisse nova et diversa ab his, que ex successione Majorum Ecclesiae tradita fuerant, velut prophetali specie proficerent: ita ut duas metrivas (quaer verbus S. Apollinaris retulimus num. 13)

B ad illud idem secundum impulerit, spiritu quo compleverit adulterino, quo non alter quam Montanus ipse, furioso, inepit, et novo ac peregrino modo garrant, spiritu illo veteratiori eos, qui in eo se oblectarent et effuso gloriorum interdum beatos predicatorum et promotorum magnitudine instante; interiorum dextre et rationibus ad personam apparet, aperte corrum peccato eorum redargente, ut putatorem eorum corrector vitiorum. 4 In fideles, qui Aiam incollerant, seipsum et multos locis Asia in unum convenierant, et doctrinam predicatione examinabant, et eam profanum ac detestabilem ostenderant, et haereses damnabant; fuerunt isti tunc ab Ecclesia extrusi, tum a communione penitus depulsi.

4 Horum communionem aversi duo praediti Martyres, Caecus et Alexander, prognati Eumenie, que

eiusdem Phrygiae versus Hermum Fluvium urbs est, D et Apamee juxta Meandrum (cui Fluvio adiunct etiam Hierapolis) pro fide Christi interempti. Sunt aliae urbes Apamee dictae in Pisidia et Bithynia, Astae provincis. Est et Apamea Syrix II metropolis, ut alia in regno Galliae ac comitatu Fuscensi. Sed ut a prioribus potissimum distingueretur horum Muryrum palæstra, a S. Apollinaris dicitur Apamea juxta Meandrum, a Ptolomeo regnorum Cibotos. Adscripti hi Martyres omnibus fecerunt sacra ad x Martin, quo die MS. Vultellianum: Apud Apamiam natale SS. Alexander et Gai. At Flores in supplemento MS. Bedæ cum martyrologio Rosweldi: Apameæ Alexandri et Caii de Eumenia. Ado, Nothrus aliquis cum Beda excusa ista habent. Natale sanctorum Martyrum Ale- Apameæ in Phrygia passi

xiiii. Secundum S. Caus et Alexander,

martyrologus ad 10 Martii adscriptus,

sec Chr. 2
capit heresi
a Montano

et 2 metrivas
bus.

clammat ab
Bellena.

VIDE ACTA
GRATI. PAG. 800
FLORIANA-
BIVIUM TOM. I
HANCERIUS,
PAG. 808
ET 807

CIRCA ANNO
CLIVID.
X MARII.
Elegimus et

Hemologo
Bosoris
Imperial.

DE SANCTIS MARTYRIBUS

CODRATO, DIONYSIO, CYPRIANO, ANECTO, PAULO, CRESCENTE, CORINTHI IN PELOPONNESO,

Commentarius prævius.

I *Illustris hi Martyres in MS. Membrigo Basili Porphyrionem Imperatoris exormentur ad annum x Martii isti elegi. Certamen sanctorum Martyrum Codrati, Cypriani et Sociorum. Sub uno perio Deo per secentio modo, Christiani omnes aut capti inacti, aut fugientes in montibus ad tempus adscendebantur. Tunc etiam ma or Codrati, ex urbe Corinthi orientanda, fuga elapsa, cont in montem et in latribus degit, et quia impa erat, peperit filium, quem Codratum nominauit, nec dum postea vixit releto filio adhuc intuic mortua. Nutribatur autem ille a nubibus supra ipsum coenitibus, et aquam nubescentibus, et potam et pluvientibus. Ascedente vero tempore enim astutum juvinem attigisset, cognoverunt eum aliqui, et ad eum recesserunt: ex quibus erant Cyprianus, Dionysius, Anectus, Paulus et Crescens: quos omnes regolat Codratus et veritatem docebat. Post aliquid deum tempus ab incolorum cultoribus traditi sunt Presidi, et vicini Corinthi abduci, ne deum quiescamus ne torturam subiecti: sed quia constanter usque ad diem Christi predicabant, capito ploxi, vitam amiserunt, Eodem Martyrologio de S. Dionysio p. 10, sec. ix Mart.*

tr, illud elegi habetur. Iunius Christi Martyris ex illis fuit, qui S. Codratus cognoverunt et ad eum recesserunt. Traditus vero ad Praesidem urbis Corinthiorum adductus est, quod mandato Imperatoris non obediens, ac magno deos contemneret, et alium Deum, eumque crucifixum, praedicaret, dicens. Hunc esse Deum, qui creavit eum et terram et mare, et omnia que in eis sunt; quique e cœlo venturus esset cum gloria, et judicatur vivos et mortuos, et redditurus unicuique secundum opera sua. Postea vinculis constrictus stetit eorum Praeside, et urgebat modo promissis et adulatio- nibus, modo minis Christianum negare, et thus illis immadare: sed priori proposito adherens et Christi in magna voce confitens, gladio interemptus, martyrum consummavit.

2 In MS. Graeco Symmico Parisiensi Collegii Claramonum Societatis Jesu ad hunc x diem illud encomium continetur: Certamen sanctorum Martyrum Codrati, Dionysii, Cypriani, Anecti, Pauli et Crescens. Vixerunt in tempore Iucii et Valeriani et Praesidis Graecie Jasonis: quando S. Codratus, mortua matre, plane infans derelictus, mirabiliter nutriti latur

P altitud de scel
Dionysio.

aliquid ex
MS. Symmico.

A nutritiebatur, nube supra eum coeunte et pabulum præbente. Jam vero adultam ætatem adepto, familiare ei facti sunt memorati Sancti, quos omnes regebat ac veritatem docebat S. Codratus. Elapsi deinde aliquo tempore ab idolorum cultoribus delati sunt et comprehensi: propterea quod Christum confiterentur. Crudeliter deinde verberati ac torti, gladio rapitibus amputatis, martyrium consummarunt. *Alia, sed breviora elogia coattaentur in Menologio Sirleti et magnis Menais excusis et variis manuscriptis, item in Anthologio et Vitis Sanctorum a Maximo Cytherico editis, in quibus uomen Pauli Martyris deest.*

*et in aliis
Benzis.*

*Lorina in
Iustus Latinus.*

*Fita Graece
scripta.*

*an a Metaphra-
stæ?*

*alia a Ni-
cephoro Gregorio*

3 In Martyrologio Romano ita recensentur: Corinthi sanctorum Martyrum Codrati, Dionysii, Cypriani, Anecti, Pauli et Crescenti, qui in persecutione Decii et Valeriani sub Jasone Praeside gladio cesi sunt. Inscripti etiam Martyrologio Molani, Felici, et cum longiori encomio Galesini.

*4 V*itam horum Martyrum reperiimus Graece scriptam Venetis in antiquocodice MS. bibliothecæ S. Marci, quam eamdem inde habuit Aloysius Lipomanus, quam a Petro Francisco Zino Veronensi Latinitate donatam edidit tomo vii Vitarum Sanctorum Patrum, et ex eo ad hunc dæm Surius, quam ambo et post illos Baronius in Notis ad Martyrologium attribubunt Metaphraستæ, quod non est certum, maxime si solum illæ videtur sex priores menses quos Graeci numerant a Septembri. Ita nobis asseruit Romanus Leo Altatus in hisce scriptis admodum versatus. *Hic in Diatriba de Simeonum scriptis pag. 88 citat Μαρτύρων τοῦ ἡγίου Κοδράτου τὸν ἐν Καισάρειᾳ τῆς Ηλεκτρουπόλεως Auctore Nicophoro Gregorio, cuius horiathum adfert: Εἶποι δὲ τοῦ τοῦ ἡγίου Κοδράτου βίον διηγέλουσι προελαύνοντα. Quam Vitam ab hac plane diversam arbitrati, litteris missis ad dictum Leonium Allatum non potuimus impetrare, exstantes forsitan ex iis esse, quorum solum titulos se subinde annotuisse respondit. Datur ergo aliuni solum cramus quam egregium martirium appellavit Baronius. Interim beneficio nostri Reinoldi Dehnti Hebraice, Graece et Latine eruditæ, accepimus Vitam horum Martyrum quam is et Graece a Nicophoro Gregorio conscriptam et a se Lotinitati traditam nobis transmisit. Eam nos alteri salvingimus; quin Gregoras junior altero scriptore, in uero videtur colligisse varius Sanctorum Martyrum, qui eodem aut saltem proxime subsequenti tempore paliam Martyrum adepti fuerant in eadem urbe Corinthiorum, a Gregorio distributi in duas turmas, quarum prior septem contuerit Martyrum sub Tertio Proconsule passos, et sunt Victorinus, Victor, Nicophorus, Claudius, Diomedes, Serapius, Papias, de quibus eimus xxv Februario, et agi adhuc posset cum Graecis ad diem v Aprilis. Posterior turma numerut octo. Martys res sub Irenusto Dace coronatos, et sunt Leonides, Chariessa, Nunechia, Basilissa, Nice, Galena, Cales, Theodora que voluntur xvi Aprilis.*

*ANIMADVS
PAP. 7*

VITA

*Ex MS. Graeco Veneto edita a Lipomano, in-
terprete Petro Francisco Zino.*

CAPUT I.

*Primum. S. Codrati, infantia, Studium me-
dicinae.*

Ones quidem Sanctorum celebritates, si verum satendum est, laudibus prosequi debemus, ut a nobis pro viribus exhortentur: sed hanc tamen potissimum, quæ sanctorum Martyrum concurso peragitur. Deo enim ab initio consecrati, ad id, quod omnium pulcherrimum est, pervenerunt. Nam enim et temporis longitudine gravitatem essent asecuti, et exquisita

*EX MS. GRECO
Vitæ, num
etiam
virtus,*

Mart. II.

vivendi ratione ad pietatis fastigium pervenissent, nihil tamen a se præclare gestum, nihil laude dignum existimarent, nisi prius sacra certamina subiissent.

*Ex MS.
GRECO.*

Itaque cum magnam magnis in rebus virtutem præstisset, hac tamen Victoria ceteras obscurarunt: ino vero apud eum, qui præmia certaminibus ponit, hac reliquias etiam illustrarunt. Declarati sunt enim Martires generosi et Dei maximi imitatores. Ad summum igitur virtutis culmen proiecti, meritum a Deo premium, melioremque finem, et que potest in hominem eculere, immortalitatem obtinuerunt. Qui enim apud Deum virtutis obtinet testimoniū, is assequitur immortalitatem. Quamobrem Martires ex operibus admiramur, qui virtutes amplexi, voluptatibus renunciarunt; et animos suos fortitudine armantes, omnem ignaviam repulerunt; totique in spem victorie erexit, atque alacriter adversa omnia perpetientes, in ea, quam sibi ab initio proposuerant, pietatis ac religionis lege immobiles persisterunt. Ubi enim præstat se fortiter gerere; quam cum se Deus ducem præbet? Ubi satius est dare virtutis specimen, quam una cum Iesu Salvatore? Quæ porro dulcior corona, quam illa, que nos cum præstantioribus conjungit? Ad hoc igitur signum Martires respiciebant, et ardenteri quodam sanctæ glorie desiderio inflammati, rerum turpium cupiditates rejecerunt, et in virtutis atque honestatis studiis incumbentes, pulcherrimum posteris exemplum ad imitandum reliquerunt. Quæ enim tempore atque usu sunt antiquiora, nos magis ad rerum honestorum studium incidunt. Virtutum igitur inimici, qui in multis sepe petulantem agens, et civitates evertit, et falsos rumores disseminavit, et mentes hominum inimuntavit, et gravitatis pulchritudinem infecit, et omnia in detenus traxit, admirandis Christi pugnatoribus inventus est imbecillor, cum nec ab honesto illos proposito possit abdurre, nec rationem ipsorum subvertere, quos Christus armabat. Itaque impetus ejus aduersus Sanctos nihil naturam illorum facit. Quinetiam quemadmodum invidia pulchritudinem corporis obtutu, tanquam morbo, frustra comatur inficere atque corrumpere, cum decor ipsius pristine in statu conservetur; sic etiam Martyribus accidit, quorum animi pulchritudini nec impetus inimici, nec res istæ evadere quidquam obfuerunt.

2 Nihil igitur metuens sanctorum Martyrum costus, pari consensu ad fortiter agendum se comparvit, et strenue ad sanctam gloriam honoremque contendens, premium est consequens. Ubi primum enim ad virtutis specimen exhibendum vocati sunt, (quod quidem fuit, cum militia Christi fuerint adscripti) videle licet, Christi chorum antecedentem militem Codratum, qui seipsum Deo primum dicare festinabat, illic velle educationis gratum animum ostendere, ubi Deo placuisse. Neque enim oportet est, ut rem admiratione dignam silentio præteramus. Nam cum educationem præter naturam habuisset, quantopere Deo esset carus, manifestum fuit. Hic enim iam inde ab ipsis incunabulis nutrimentum incertum habuit, quippe qui matrem adhuc infans amisit, et maternis uberibus caruit. Christus autem illi signis minime obscuris alimenta subministravit, cum ejus jussu nubium globus e celo infantem amplectetur, alientumque suppeditaret, unde ipse, quantum satis esset in futurum, percipiebat.

3 Verum cum adolevisset, letati congruentem disciplinam perceperit, et in primis rudimentis didicit medendi facultatem. Vir autem effectus, pariter cum disciplina naturam divinorem et perfectiorem assumpsit continuoque declaravit, quisnam esset futurus. Omnes enim labores fortitudinemque complexus,

*S. Codratus
infans callitus
curatur i-*

*Studet
medicina.*

et fortitudo.

*de hostibus
victoria.*

A factis gloriam confirmavit, cum a Christo, quo ipsi
EX MS GRECO. placebat, diceretur.

CAPUT II.

S. Codrati congressus cum Praefecto : fidei mysterium explicata.

*ab Iuone
Praefecto
in pde tenta-
tus,*

Jason igitur Grecus Praefectus, post intima Dei et Valeriani Imperatorum mandatum, ad crudelitatem se instruens, insurrexit adversus Christianos, timoreisque singulis injiciens, tormenta atque cruciatus minalatur, nisi eos diecto audientes reperisset. Ac primum quidem pulcherrimi cœtus princeps sic est aggressus : Codrate, que te vesania duevit, ut tantam cruciatorem acerbitatem velis experiri? At quo te spes movevit, ut intrepide careerem ne vincula negligas, sponteque patrum omittas, et ab amicorum consuetudine divellaris? Cur non potius Imperatorum decretis obtemperans, et diis immolans, nobiscum eligis beatus esse, et nimibili vita presertim jucunditate fructus illi conculcat sanctorum virum recta ratione deducere. Codratus vero blanda Praefecti oratione, qua nefarios animos tegebatur, neglecta, respondit : Nemo, inquietus, cui naturæ ratio cognita sit, jucundum esse vite gratiam negabat ; sed tamen hunc Deum largitor est. Quoniam vero necessarium est, ut tanti munera largitorem virtutis studio commendemus, et ejus gloriam testimonio nostra propagemus. Neque vero tanti faciemus est huius vita tam breva curriculum, ut illius amittendu[m] motu adorationem, qua Deo soli convenit, idolis tribunus. Quem porro Deum inchoare possimus appellare illo, qui summis nos ab initio perpetuisque beneficiis conculavit? Ex tot autem ac tantis beneficiis, quoniam sibi Christum possumus Salvatorem cognoscere? Ant quem Salvatorem predicare fas est, nisi Jesum, qui pro nobis cruciatus et mortuus portulit? Illud imprimit ad virtutem nobis propositum est, ut pro vera portante ne religione tormenta superememus, nec ullis unquam dilectitudinibus ab eodem defleiamus. Qui autem divinorum mysteriorum studiosus nuntiosque conatur corrumpere, eorum et animus impius est, et oratio detestanda. Praestat autem, quoniam meliora sunt, iustari. Illud item cogitandum est, non nos protinus sequendos esse, qui probitatis speciem pro se ferunt, sed res et feta esse perpendenda; que si prava sint, major periculi timor est. Scito igitur, nos Majorum instituta comprehendentes ad ea, quae meliora sunt, tendere. Quare non similius nobis infiniteissimis persuadere, ut ad

Bratio cognita sit, jucundum esse vite gratiam negabat ; sed tamen hunc Deum largitor est. Quoniam vero necessarium est, ut tanti munera largitorem virtutis studio commendemus, et ejus gloriam testimonio nostra propagemus. Neque vero tanti faciemus est huius vita tam breva curriculum, ut illius amittendu[m] motu adorationem, qua Deo soli convenit, idolis tribunus. Quem porro Deum inchoare possimus appellare illo, qui summis nos ab initio perpetuisque beneficiis conculavit? Ex tot autem ac tantis beneficiis, quoniam sibi Christum possumus Salvatorem cognoscere? Ant quem Salvatorem predicare fas est, nisi Jesum, qui pro nobis cruciatus et mortuus portulit? Illud imprimit ad virtutem nobis propositum est, ut pro vera portante ne religione tormenta superememus, nec ullis unquam dilectitudinibus ab eodem defleiamus. Qui autem divinorum mysteriorum studiosus nuntiosque conatur corrumpere, eorum et animus impius est, et oratio detestanda. Praestat autem, quoniam meliora sunt, iustari. Illud item cogitandum est, non nos protinus sequendos esse, qui probitatis speciem pro se ferunt, sed res et feta esse perpendenda; que si prava sint, major periculi timor est. Scito igitur, nos Majorum instituta comprehendentes ad ea, quae meliora sunt, tendere. Quare non similius nobis infiniteissimis persuadere, ut ad

C partes tuas transfigurassemus, neque ut Christum relinquantes, alii nos conferamus. Veritas enim nobis noster consiliarius, pietatisque leges ut persuadendum vim habent maximum. Hic nos genere mortibusque similes Deo conjungunt. Illud propterem consideremus, communia naturæ lego omnibus usq[ue] mortuum, et ab ea quidem necessit[us] liberum esse neminem. Quo autem fortior et ex virtute geruntur, ea viris bonis gloriam parere sempiternam. In hac animi proposito permanentes, et in hac sententia confirmati, praecaramus iuncti voluntibus exemplum reliquemus. Nam qui recte sentiunt, nihil student, nisi ut ad ea, quae præstantiora sunt, habeant occasionem.

6 Adhuc Praefectus : Codrate, inquit, si jam inde ali ipsa pueritia Dei beneficium adductus, cum tibi mortuo colendum putas, recte facis, te quo gratiam hominum præbes. Verum vide, ne dum alterum Christum prædiens, inaniorum Dei naturam asserna, Tunc Codratus : Si vis, inquit, Praefecte, indulgitione deposita, veritatem adspicere, et unum a credibiliato ad manusstudinem revocare, quoniamvis magnis de rebus loqui difficile sit, et ego tanto oneri

sustinendo impar sim, tamen aliquid dicam. Admirabilem, ait Praefectus, naturæ Christi rationem perspicue declarato. Tum Codratus : Principium, inquit, mundi procreationis Deo quidem cognitum erat. Verbo autem perfectum fuit. Ac Patri quidem voluntas fuit, procreationis autem actio a Filio habuit constitutionem opere confirmatam. Cum igitur præsumit a Deo tempus affuit, ceteræ quidem res omnes præclare factæ sunt, quas quidem opifici *Deum omnia creasse,* *Et cum illis homines,* Verba plenit in mundum inducere, initio atque sine singulis constituto. Sed cum rerum universitatem mente ac scientia immensa perfecisset, eaque ratione divina regeret ac gubernaret; vellet autem aliquos esse, qui bonus fruerentur, et in iis, quæ fabricaverat, habitarent, opifex ipse condidit hominum genus, ut ei totam hereditatem assignaret; et cum ratione quadam sensus dimensus esset, et genus ipsorum corporibus varijs efficeret, animos immisit, eosque in loco deliciarum vollocavit. At illi, rerum universalis perspecta varietate, statim gavisi sunt, et plantis fruendi potestate acceperunt.

6 Cogitantes autem, quam præclarâ conditione atque ordine constituti essent a Deo, aequum esse judicarunt, ut sese illi gratos præstarent; atque ita virtutis viam ingressi sunt. Verum impostor ille calidissimum rabiie furens, et oris veneno dolos illinens, dolores, quos iatus gerebat, in eos evomuit, et pro viribus cupiditatibus illis injectit, ut a divina vita conditione miserios exturbaret. Dignitatem igitur ipsorum polluens, volentibus errorem immisit. Ex quo factum est, ut qui cum Deo versabantur, in exilium ejercentur; et qui bona mente glorio divinae participes extitissent, cupiditatibus involventur. At Deus misericordia motus, et imbecillitas humanae rationem halens, non divinitate nuda, sed carne contexta, volunt nobiscum versari, ut ad nos miserios ac perditos arcedens, a servitutis vinculis liberaret, et mortis imperio subditos in libertatem restitueret. Itaque sanctum Verbum suum, extremis temporibus in casto Virginis Dei genitricis uto sic voluit inhabitare, ut totum hominem induret. Quae quidem Virgo concepiens e Spiritu sancto, Deum humanæ formæ indutum edidit; atque ita oculis vere perspectus est, quem Christum esse dicimus. Hic ita se hominum cognitioni patefecit, ut cum Deus sit, corpoream e Virgine nascens formam assumpsit. Et adversus instabilem potestatem pugnans, amplissimos sibi bene merendii terminos statuit, eos nimirum, quos illi Pater prælinivit, mortis decreta abrogans, ejusque filia rescindens divinitatis potestate : a qua quidem benignitatis communione neminem repulit, et Salvator vocitus est primus, qui populos universos, et integras regiones ab interitu atque periculis liberavit, et humanitatis thesauris patefactis, immorti sua voluit omnibus esse communia. Cum igitur omnes a tyrannica confusione liberaverit, omnem hereditatem suam ab exitio liberam incolumente conservat. Nilh enim Christi praesentiam cognitionemque fugit, non ortus initium, non vitospatum, non mortis exitus, non aliud quippiam, quod in cognitionem cadat : sed quae Patris decreto facta sunt, hac filio sunt ad opus perspicua. Hic est ille Christus, quem predileximus. Hic est ille, cui generis humani salus cura fuit. Hic est ille, qui gratia nobis magnitudinem elargitur, qui ad bene merendum semper et ubique praesto est, ne rectam vivendi rationem negligamus.

*quos inuidia
dabat
corruptos, ut
iberaret;*
E

*hominem
factum,*

*eumque
christum esse.*

CAPUT III.
Verbera ac tormenta Martyribus inficta :
Omnium generosa constantia.

Praefectus, etsi Codrati responsum admirabatur, tamen

A tameo cum ad veritatis fidem venire non posset. De rebus, inquit, sublimibus, Codrate, mihi videris nugas confingere, qui perturbati nibus humanis Deum subiectas, eumque dicas muliercula gremio potuisse comprehendendi, quae uterum gerens, Christum peperrit, atque ita Deum in terra visum esse corporis formam gestantem, alibi autem esse verum Deum. Pietatis arcana perscrutari profanis non licet, inquit Codratus: nec ejus cognitio parva est, aut facile comparatur; neque nos permittimus, ut homines impuri sacris perspicendi admittantur. His se filius Dei sponte subjecit, ut Dens idem atque homo esset, et ut nos e diabolus eriperet servitute. Tu autem ista tua perversa audacia impietatis indicium in te moves: neque enim improbatum tua studium nostrum corrumpis. Natra enim ubique dominatur, et actiones servunt voluntati. Praefectus autem, ut a virtute alienus, et veritatis rationem non intelligens, egregium Christi servum virginis caduca jussit. Ministri vero homines ignavissimi, virgi admotis, crucifixuum immunitate sievabant. At Codratus tormentorum vixor: Ignora, inquit, Praefete, quidquid a violentia proficietur, esse contrarium libertati, nec ullam ad persimilendum vim obtinere? Qui enim cogit, se inustum atque improbum esse significat: qui vero suadet et hortatur, is se mansuetum humanumque declarat. Quonobrem cum te virtutis experientie indices, indignum ostendis, cui fides baheatur. Ne potes, nos metu virtutem atque honestatem deserturos, aut morum abjecturos gravitatem. Cum enim Christi studiosi amantesque simos, eum solum confessionis habebimus adjutorem. Is nobis seruinas omnes premiorum spe leniet ac mitigabit, docebitque nos, non esse cedendum adversaris. Tantum in periculis virtus valet, et viris constantibus praeclera proposta sunt premia.

S Tum Praefectus primi fortitudine territus, ad alterum sese convertit, et blanda dulcique oratione in sententiam suam adducere conabatur. Cyprianus autem adolescentis, quamvis primo pulchritudine statim flore, tamen libertatis dignitatem considerans, sese ad perferendos crucifixus parabat. Et Codratus hic item animo ad Christum properans, sociis generosis, recteque secum ac pro sententibus consilia temporis convenientia suggestebat: Moneo, inquiens, vos, o rerum pulcherrimarum socii, ut memineritis, quam multa vobis bona proposita sint, tum gloria propter religionem, tum honoris, quem a Deo consequemini. C tuum auxilii, quod vobis a Christo de celis presens aderit, imprimisque quod Iesu misericordia digni existimemini. Nunc igitur virtus exploranda est: nunc tempus postulat, ut vos majore dignus admiratione praebatis, ut alacri animo legem adimpleatis, ut morum vestrorum specimen detis, ut re ipsa atque factis professionem vestram comprobetis: nunc boni a malis discernentur: nunc in conservanda pietate enstola major adhibenda. Cavete, ne dispari morum ratione discrepetis: sed eamdem pietatis normam sequimini, ut qui a tali Deo iudicandi sitis; virtutis viam non deseratis, qui iamjam cum Christo perfecti estis futuri. Deum bonum bona mente compobate. Nolite propter adolescentium ignavie succumbere. Cogitate in foribus esse certamen, et juvenuti pro pietate, quae nos Deo conjungit, pericula juventa esse delire, cui vires suppetunt, et nervi vigent. Vos igitur mutuo cohortamini, certatum in hoc pietatis studium incunabite, idem sentite, tormentorum formidine nolite deficere: sed crucifixibus corpora tradentes, dolores quoq; an mo tolerare, ut victoriam adepti, gloriam consequamini, in Martyrum ordine ac numero collocati. Hac Codrati hortacione juvenes alaciores et fortiores reddabantur.

9 Praefectus autem hortatorem et consiliarium audiens, cruciabatur, quod se ab eo, quod sperabat, depulsum intelligebat. Iracundia autem saeviebat, quod adolescentes decipere non posset. Quamvis singuli aetate essent juvenes, virtutis tameo proposito se viros prebebant. Itaque cum et Cypriani multis verberibus tentasset, ab eo victus erubesceret. Primus igitur pugil ante alios confessioinis coronam adeptus est. Alter autem simulacionis pulchritudine primum imitatus, magno tempestatis astu superato, cum illo in Christo sese conjunxit. Nec tertius, nomine Dionysius, inferior fuit; sed illos spectans, socius eorum fieri festinavit, quamvis tortores cum a Christo studerent abalienare. Quartus vero, qui Aeneas appellabatur, ductus est: qui cum torquentium crudelitate victoriam amissurus existimaretur, neglexit vim tormentorum, nec ullam cruciatum acerbitatem recusavit. Quia re perspecta, Princeps fortitudinem hominis admiratus, atque impietate furens, quintum ad questionem adduci jubet, cuius praestantiam vel nomen ipsum declarabit: Paulus enim vocabatur. In hunc item crudelitatem suum tortores ut exercent, Praefectus imperavit. At Martyr futura contemplans, propositi sui excellentiam ostendit. Neque enim tyrannus contumeliam fractus, gravitatem abiecit: sed praecedentes socios assequendi studio incensus, libenti animo certamen subiit. Iuvia vero recte factorum inimica, hunc frustra propositis cruciatum doloribus territus sequebatur. At Crescens cum consideraret, semper esse difficile Principibus aliiquid persuadore, in modo stans, virtutis specimen dedit. Cum enim ad majora tenderet, egregium se pugilem, et sacerdotum cœtu dignum præstitit, et firmam futuri petrem spem habens, victoriam reportavit.

CAPUT IV. Martyrium impletum. Miracula ac celebritas post mortem.

Ceterum dum carcere tormentisque constantianum Martyrum exploraret Princeps insanus, et singuli periculorum terrorre inquietaret, eos salutis cursum perfectus non poterat. Verum ubi animos ipsorum intrepidos vidit cruciatumque victores, non dubitavit amplius, quin victoriae premia apud Deum essent habituri. Itaque supra quam debet ira permotus, talen in viros innocentes sententiam tulit, ut capite plecterentur, et singuli singulos sequerentur carnicies. Sanctos igitur Martires totidem numero fraudis ministri, ut facerent imperata, traxerunt ad lucum, ubi in homines secleratos solet animadvertisi, ubi dannati leviis obiciuntur, et ubi gladiatores mortis ictibus, quos pedum celeritate et saltu declinare non possunt, sese trucidant, ut spectantim oculi immuni voluptate delectemur. At Martires, hoc etiam in loco difficultatibus superatis, hymnum victoriae signum Christo canere studuerant, ut ei precibus initiantur: et ministros, ut studio suo obsequi vellent, obseverant. Qui haec acerba sievique essent, tamen eorum optatis acchieverunt.

11 Saneto igitur Spiritu afflati, sic una omnes voce precabantur: Deus, qui divinam harmoniam concordem in his dulcemque fecisti, et laborem ordinem ntu conficias tuo: qui variis cœli cursus ita moderaris, ut mutuo inter se conjugeti, diversa necessitatibus servias, et perpetuas eximis naturæ inimicitias: qui Solis ortus et occasus intueris, et cursum eipsi instalalem dirgis: qui cœli stellas et sidera, et pulchritudinem Lune, et amplitudinem aetheris, et quidquid a divina quiete sejunctum est, fabricatus es atque exornasti: Pater colestis, qui rerum terram ambientium motus perpetua celeritate confirmas

Codratus
virgo credidit.

coetus in
anore
Christi.

coetus author-
tatur.

D EX MS. GRECO.

s. Cyprinus
verberatur:

torquuntur
ss. Diony whole,
Aeneas

Paulus,

E

Crescens :

Adjudicantur
morti.

F

precessu-
bunt.

EX MS. GRACO.

A confirmas, qui temporis spatia quaternis tempestatis varietatis temperas, cuius mandato ex arboreis flores fructusque proveniunt: qui gravissimi hostis diaboli impietatem a nobis repulisti, qui peccati maculas nolis absteristi, ut arcans nos signis renovares: Christe Iesu, qui ex antiquo peccati genero nos eroisti, et inchoorem spem in futurum adpeostisti qui ea, que Patres tuis dignatus, perficiens, in immensum potestatem tuam propagasti: qui tantum et facilius viam proponis, et per illam iter facientes ad te ipsum trahis: qui tuo agentibus auxilio promptus ades, maioremque gratiam tribuens, nobis, tamquam amicis, que commoda opportunitaque sunt, subministras. Tu nobis vitam educatione dignam dedisti, et facta professione congruentia largitus es. Tu nobis sacramentorum sermonum, et exercendie pietatis es auctor. Tu nunc ordinem nolos ostendisti, et ad praebendum virtutis specimen evocasti, ut quod honestum atque utille est, eligamus. Tu non permisisti, ut adversarii credulitatem atque nimis succurreremus. Tu perfecisti, ut omnes tormentorum ardentias victoria premium inferiores judicaremus, ut ad servorum tuorum numerum inscribamur. Deus, qui integrum patremur, effecisti, ut quae futura sunt, omnem et penitus superantia cerneremus: qui te ipsius digni fenundam, et sanctam personam Trinitatem in una essentia cognoscendam, studiis et contemplationis praeles, et his trium profecto societatem nostram uno mente coniunctione (hi) conceperisti; at liberis pia fatis cursu confecto, et de curio vere victoria studio, regni celestibus admitteremur. Largior per sanctum Filium tuum, ut in hoc proposito constantes simus, quo pars lucis radii in eodem subtulit, apud te victorie preconium concinnavimus.

B Hac preceutione absoluta, malorum operarum cervicos obtulerimus. Qui gladiis dexteras manus armantes, singulis ieiibus, magna spectacionum commiseratione, capita Sanctorum obrucnarmus. Madebat subiecta terra sanguinem passum irrigata, et locum illius ingens oscenobat meoz, et tristes quadam temere civitatis oculis, civitatu snorum eadem indigna ferentes offundebantur.

C 13 Reu natus monumentu dignam divinorum Martyrum celebrites suggestit, quas rerum gestarum certissimum posteriori testimonio affert. Nam simul ac a iure pugnatoribus certum peractum est, et corpora sunt exata. Christo maximum illis renumeratio signum dedit: quod quidem omnes, qui ad spectandum ecedunt, admirantur. Quemadmodum enim Deus media concitat, ut sancti Martires apud eos certamen absolverent; sic etiam deus magnum gloriam condidimus. Duplex igitur spectaculo, qui prasentes erant, varie sunt affecti, tum misericordia tum admiratione: misericordia, admiratione: admiratione considerantes, admiratione, id quod Christus incredibile ac novum efficerat, astupentes. Praedebant omnes divinum opus, quod sponte Dei cognoscuntibus apparerat. Nam nli Martires mirabiliter percoperunt, ut in Iesu clari fontis latentes emerantur. In deelvis fluente aditus patuit, ubi sacrae Deo vici gloria pertulerunt. Prope sacrum nudem monumen, quo servando sanctarum reliquiarum pignore digna fuit.

D 14 Igitur Christus justum se judicem prebens, eos, qui mutu et plus benevolentia conjuncti sunt, qui nunc nunc certamina subiunct, letantes accepit: sacerdos coronis redimitoris, Martyrum laudibus exornat: ultrae autem ne videntes inimici suis in futurum parat. Sic illi, qui virtutem complexi, se viros fortisne strenuos in rebus ardibus praestiterunt, et cum Christo conjuncti sunt, non sed in a presentibus laudentur; sed ex ultimis terrarum lumbis visum-

tor: et tamquam mundi stellae, eortu suo coronam D conficiunt. Certatus igitur homines pri et omnes, qui recte factis dignam mercedem propositam esse conspiciebant, congregantes, corpora Sanctorum sacris in loculis collocarunt, ubi sanctorum Martyrum cultus celebratur.

E Quidam est igitur, fratres, ut considerantes praesentia sic a Christo disponi et gubernari, ut perpetuo nodis aferant utilitatem, eos qui lego divina ipsi consecrati sunt, quique se ceteris hominibus praestantes exhibuerunt, et Christi aerumnas deliciis praeluterunt, meritis laudibus celebremus, eisque ad maiora contendentes, studiemus unitari. Quoniam est gloria, honor et imperium Deo Patri, et Filio, et Spiritu sancto, nunc et semper, et in secula seculorum. Amen.

ALIA VITA

Auctore Nirephoro Gregora ex MS. codice Ducis et Electoris Bavariae, eruta ab interprete Reinoldo Dehnio Societatis Jesu.

CAPUT I.

S. Codrati patetia, vita ante martyrium.

E

F 14 invero magna Martyris Codrati vita narrare agredienti nihil, non humanis dominicalibus rebus immorari, sed miraculorum etiam quorundam excellentiorum Dei, quibus et recentes et antiqui liberi abundant, meminisse necessum est; ne auditor intelligens, quam insitata, quamque divini plena Numinis fuerit ratio rerum omnis, que a primis infantie annis illi obtigerunt, fidem habere mihi reformidet. Ac illos quidem, qui secularem et humanis aliebris plane obnoxiam materie massani redolent, quidquid a nolis dicatur ad naturae normam exigentes, inducere difficultatum fuerit, ut aliquid cogitent illa sublimius: quod quibusdam quasi vineulis, nullatenus tolerabilibus, tyramnicum in medium adstricti, atque in terram prostrati, omnia qua humanitatis regulam excedunt, etiamque Dei digitum indecentem opificem, yix non nugas esse existimant. Ab autem, quis cogitationibus innutrit, quorum occupatio est divina meditari, negotio handiquamque arduo se preparalunt, ut, quemadmodum Deus dignum est, mirabilia exponant: quae ille et plurima, et quibuscumque videt temporibus, et circa homines quoslibet, quiunque placuit mediis, ostendit ac operatur.

G 2 I' a patrem exordiar, que magnum nobis hunc virum produxit, Isthmus quidam longior quam latior ad occidentem sedem spectat, extremus utrinque suis, quasi in amplius porrectis, boree hunc, inde austro occurrens, et Peloponnesum cum reliqui Graecia ita coniunctens, ut neque hunc ab illa discedere omnino, neque Peloponnesum insulam esse putatur, dum innumerablem utrinque apud medium se quasi obiectum iourcupie interponit. Temporum autem anni constitutio quoniam benigna sit, quanta aliarum rerum que ab hominibus cum voluptate non mediocre audiuntur, gratiae ac auctoritas, quis Graecorum olim statis annorum periodi ad certaminia simul et premia concursus, cum sciatur ab omnibus qui sapientia Graeca et quoniamcumque labora prodierunt, non est forte nunc narrare opportunum. Huius igitur Isthmi ad austrum fines urbs Corinthus attingit, primis ab intus clara et populo frequens, ardentiisque affectu dux adhuc, quorum omni superstitione tanaciorum in morem cor�cepta erat, donec tandem Evangelii praeconiū pisatoribus, rete salutis nostrae per universum orbem laxantibus, ipsa quoque extempore salutiginta abyssum omnem exentis, ad Pauli esse latices transferret. Hic Codrati genitores, pietate, et instituto vita ad virtutis normam exacto, nobilitate

sed ut quod
spiritu Dei
aguntur.

H S. Codratus
in Isthmo
Peloponnesi,

I Corinthi
natum.

J Thracias
parentibus

item

Mirabilia
Dei homines
carneis non
capitant,

A item luculentisque opibus floruerunt: nec tamen illi orto tali patria tahumque parentibus perfui istis multum licuit.

3 Annis infantie needam absolutis, moritur illi mater, moritur et pater, brevi plane intervallo naturae debitem eterne solvens, ut gignendo tantum Codrato vitam adepti videbentur, quo nato migrandum ipsis ac preter nativitatem nihil filio exhibendum esset eorum, quibus natura insitusque parentibus in fietus amor defungi cogunt, tota educatione spe rejecta in Deum. Itaque suscepit illum Dominus omnium hominum opa destitutum (neque enim solet hominem in lucem seuel editum) Deus negligere, qui dat escam omni carni, qui jumentis producent serum, et cunctis in tempore opportuno cibum præfert) parvuleque a vulgari conversatione in agrum quemadmo abhinc mirabiliter prospexit, et inellibilibus modis, sicut aluminum ilium eremii olim Salvatoris prodromum, emerit. Unde curie et providentia Dei commissus, sapientia simul et gratia crescerat ac proficiens, variis circa eum miraculis quotidie contingentibus.

4 Atque hic, non possum equidem, oratione ipsa occasionem subministrante, non recordari eorum, que a Deo ille electos Israel, dum post fugam ex Aegypto frui beneficiis deserti incipit, divinitus est expertus, his de quibus agimus neutiquam, si comparentur, dissimilia. Nubes nempe hic quoque interdum solem subiens et cum ejus astibus depugnans efficiebat, ut meridianis horis Sanctus ver habebet: noctis autem tembrae, adventu enjusdam quasi lampadis, in meridiem convertebantur. Uniusque Scriptura teste in Israëlitarum tribibus nemo tunc infirmus esset, hic quoque deserti in locis, nullasaniatis subsidiis ministrantibus, habitans, cotaneana famei semper sila convictiernque habebat sanitatem. Veste enim yero, et tunica, et alios hujusmodi rebus, que homini ad anectum corporis necessaria sunt, toto hoc montane rusticeque vita tempore nunquam indiguit; sed qua parentes ipsum antequam morebantur, instruxerant, ea illi vestis sola sufficit, inestabilem in modum enim crescendo Codrato, ipsa quoque crescens et vigens semper. Quid multa? Providentia erga ipsum tanta fuit immensitas, miraculum tantum, quantum esse convenit erga eum, qui Deo seuel consecratus est, dextraquo ejus dactu totus regitur.

5 Adserat jam perfectior atus, lanugine molas, mystice labrum obtegente, cum ad urbem dilexeredit, ac cum hominibus conversari coepit, divina oracula in eum ipsis apponens, rursus oleum quidem, at fertile, et cui, ut admirandus a Salomon ait, Dominus benedixit. Itaque, quasi a divina quadam visione recens reddisset, ab ejus ore homines pendebant, et in eum intenti erant non secus ac Israhelitae in magnum Dei contemplatorem Moysen. Ista sic diu fuerint, namque aliquot adheserant illorum, quos consuetudine et moribus coniunctos, quasi conspirantes, usdem qui us ipsam possidus via luce insistere juvabat, cum quibus modo exerceret in agros, modo ad urbem redibat, ita tamen ut magnibus ita temporum spatus definitur. Frequentior in campis, rarior in urbe conomoradiebat; dum saepe turbam fugit, plebis tumultum amandat, et divinas conversationes luce tranquillus cursum vita omnia impedit.

a. Intra Patriarchi Jacob Gen. 25, 25, ubi p[ro]p[ter]ea fratres autem erat illa uera, scilicet odor agri plena, cui benedictus dominus itaque habet loco certus Grecus εποπεια τοπος;

CAPUT II. S. Codrati et sociorum martyrum.

Cum autem sc̄ptra Imperii Romani imp[er]iū de-

Decius nuper suscepisset, ac Jason Grecie p[ro]cesset, p[re]pietatemque ejus dogma contrarium premeret validus, multi quidem alii, ut discipulos Christi decebat, virilem exhibuerant animatum, periculumque non inviti subierunt; alacris tamen p[re] reliquis divinis Codratus, cum amicis et morum similitudine soeis: promptissimus scilicet annos etiam in corpore athlet, senio et aeteticis laboribus, in quibus vitam pene omnem transgerat, etiam tum colluctans. Vicetus igitur ad Jasonis tribunal vir beatus sistitur, enique alloquens. Unde, inquit, o celestum caput, tantus tibi in Ultrastum nomen nosque ejus famulis furor exsurgit? Cur ad triplum trahis? Cur sacra[m]entum intentus, mancipiumque efficerem conatis mente liberam et nemini cesseram? Hoc etenim scire infensum nobis animum tuum quam manifestissime velim: facilius quidem tibi nos, quam te nobis esse persuasum: quod si tamen fortassis illud primum sit difficile, alterum profecto fieri numquam poterit. Nihil ergo cunctatus, nullum petitus tormentum ex iis, que tuos te sapiens demon docet, omnifiti; sive illud ferrum sit, sive flamma, sive marini fluctus, sive alia quacunque, quibus graviori contra nos soletis. Adhuc nobis omnia, atque sic celesto tuo parenti se ductori magnifice ministra: nos ad ista, non minus quam ferrum ad robustos fabrorum malleus, durabimus.

7 Haec cum dicerebatur, gaudebant quidem in celo Angeli, tamquam athlœtæ ex summo theatro despectantes; sivevis autem Dux, quasi turbine quodam omnia circa ipsum clarente, conseruabantur, et jam tum ea, que contra illos haecenus melancholias fuerat, omnia luctu fore existimans, reziebant: dumque redentes alterni cogitationum fluctus mentei ejus non secus ac maxime, jactant hinc inde et conturbant, adverso quasi vento retrosum actus spiritus ille superbus et audacia tumens, convocato frequentius intervallis consilio omni, fortius denuo insurgebat, revolvebatque sciem, quibusnam abstinere magis expediret, quoniam cum spe successus et absque metu, sannis hominum manifesto sanguinum a potentiori adversario dejectum, propinandi, posset experiri. Et nunc quidem illi annus erat, uno ieiunio Martyris vita, se modestia exigere: paullo post antem retrahebat impetum, experiente periculo summum rei communione formidans, ubi quemadmodum in talorum lusi, si quid omeni sequunt, tanto minus est in expectatum, quanto magis felior casus expectationi congruit.

8 Sed palustram Martyrum adire tempus est certamina ipsorum numeraturis. Carnifices primo Co- dratum cum sanctis sociis viribus omnibus conmixi verberant. Hinc sublimes pedibus suspendunt, nunguisque ferens carnium compage dilacerata, ignem succendunt: opera una eademque corpora illorum se et ceteros simulantes, et meatibus respiratione dicatos acrem dolorem diligentes. At Martyr mente sua a corpore prius segregatus, ad Christum allegabat: in eis gratiam ista perpetebatur. Inde facile illi erat corporis cruciatu spernere, solum athlœton respicere, incorpore diffidente gloriam, et virtutum laudam existimare tantum eam, qua caro ob Christi ante pro nobis passa nomen plexa despiciuntur. Taliis erat Codratus quoad dolores sui corporis: ad socios autem certaminis conversus, hujusmodi utulatur verbis, tamquam aliptes aliquis ad novos et insitulos conflictus incutens, et incendium velimenti simum annis ipsorum inscrens. Vix, dicebat, qui stat me idem, quod et ego, decurritis, idem bravum respicatis, si et naturæ nostræ fluxa nobis conditio ignota, et vitam mortali expectat, ne liberam perpetuo prorogando certa fiduciam et, merito ne forte ejus moveret caritas, ut caro no[n] fratre copero-

RE MS GRADCO.
In p[re]ceptu
ne Dei
omnes et
morte
producatur.

veneris Jaco
new President
at loquuntur:

paratus ad
quodlibet
tormenta
genitus,

com magno
stupore
Perudi,

a suo cordio
exponit in
generis tor-
memoriam:

inter peritura
et ungula
ferreas

constans in
anore Christi,

socios ad
generis
mortendum
adhortatur

missus

EX MS. GREGO.

Amus esse consultum, et pericula haec ingentia metu, quem nemo reprehendat, declinaremus. Cum vero evitanda nulli lex naturae etiam nobis incumbat, qua jubente, etiam si vitam hoc fortasse tempus indulserit, aliquando tamen aut senectus finiet, aut morbus incidens, quales plurimi variisque miserere carni hunc ordine materie perterrita imminent, demum abrumpt: cur quod melius est pejori non praferimus? Quod si mortem quam natura immutet expectabimus, ingloria ista profecto erit, vitaque nostra memorem sepius una cum corporibus recordet, cum incertum insuper sit, an fortuna faveat, superstitio ensiri sonus. Sivero mortem quam pericula intentant, elegerimus, vita quidem nostrae peregrinie manebit gloria, idque vivere magis erit quam mori: Deus autem immortalibus praenitis nos remuneradatur.

Proratis novae
et graves mali-
tias contemnere

19 Quæ deinde divinitus patrata miracula fuisse, Martyres in aquis stetisse confirmant. Ea ita in Actis et MSS. Gladbachensi infra num. 9. explicantur: Et cum facta esset hora tertia noctis, sol illuxit super eos sicut in aestate calidus, et soluta est glacies, et facta est aqua calida. Quæ in aliis MSS. ita referuntur: Et circa horam tertiam noctis sol splenduit circa eos, servens sicut aestate, et glacies dissoluta facta est et aqua calida. Quæ apud Metaphrasten ita leguntur: Circiter tertiam noctis horam sol eos circumfolsit, ita calidus ut est in aestate, frigusque dissolvit, et aquam calidam reddidit. Joannes Diaconus ista sic exponit: Lapsu est super eos de celo lux magna, et quasi per aëtem solem sic, dissoluta penitus nive, incaluit aqua. Quæ in antiquis Breviariis ita efferventur: Circa horam vero nonam resplenduit, velut sol, lumen servens super eos, et glacies dissoluta est. Similia leguntur in Martyrologio Atonis, Raboni, Notheri et aliis. Clavicularius hoc luce et corona de celo delapsus, ad fidem conversus loco desertoris seclusus adjunxit, et objectis vestimentis, salivis introiens in stagnum, alibi exilivit in stagnum, apud Lipomanum, immixtus in stagnum, et ad eos insulit. Apud Joannem Diaconum, prosilens proiecit se in lacum inter Sanctos. In Grecis letat apud Vossium τῷ λίπαντι τρέχει, et insinuantur in τῷ λίπαντι, id est, mutata

phrasí, insiliit in stagnum. Ita in antiquis Breviariis Dæni varii Martyrologiis dicitur exilisse in stagnum, ex quo, ut Acta priora habent, tracti ad litus educuntur, aut jacentur ad ripam trahi, aut sicut Joannes Diaconus e Græcis vertit. Principes jusserunt ex aqua eos foras peregre. Sed et Martyres in oratione fatebantur aquas usque ad animam intrasse.

20 Demum fluvium aut amnum, qui vir nullius nominis apud scriptores aquosum urbi Sebastię vicinus, non fuisse glacie constrictum, docent ipsa antiqua Acta num. 43 ubi tortores reliquias Sanctorum tolerunt, et projecterunt in flumine, et collectas sunt reliquias ad gurgitem unum fluminis, et nihil eorum perdidit flumus. Et luculent reliquias in aqua fluminis, sicut luminaria in celo, dum monitus Episcopus educeret de flumine. Quia etiam, ut in aliis MSS. habetur: fulgebant sanctorum Martyrum reliquiae in aqua profundo, sicut luminaria: ipsa quaque aqua decurrebat super eas, sicut sub sinu flumii habens eas. Et apud Lipomanum, Reliquias Sanctorum in aqua tamquam stellæ fulgebant. Eas demum in profundissimas aquas jaclatas, sed fenstra, insultatur tyrannis apud Joannem Diaconum num. 19. Similia leguntur in magnis Menais Graecorum, in Martyrologio Bedæ, Rabani, Notheri Adonis aliisque, et Breviariorum supra memoratis.

21 Petrus de Natalibus, qui ante trecentos circiter annos floruit, lib. 3 Catalogi cap. 185 egregium horum Martyrum effidit encionum, ex quin paucâ habeat verba recresco: Missi in stagnum gelidissimum sunt, ut gelu constricta corpora eorum nocte superveniente dirumperentur... Circa horam noctis tertiam resplenduit, velut sol, lumen super eos, et glacies dissoluta est... Clavicularius se Christianum profitos exilivit in stagnum... Ossa in flumine sunt dispersi... Episcopus invenerit Sanctorum reliquias in alveo fluminis subtus aquas, sicut luminaria, splendentes. Monobratus etiam diligens Vitarum Sanctorum ante ducentos annos collector, tom. 2. Acta passionis horum Martyrum habet: in quibus ista leguntur: Circa S. basten erat stagnum habens aquam multam, quod tunc vehementer frigidum erat tempore hyemis. Positi sunt Sancti in medio nudi ad vesperum... Clavicularius exilivit nudus in stagnum... Cineres jactati sunt in amnum, sed in loco præcipiti et vadoso restiterunt et congregati sunt, et nihil eorum immixuit flumus... Valerunt reliquias in aqua fulgentes, tamquam luminaria, super quas aqua decurrebat, illarum nihil secum nihil secum trahens.

22 Gerardus Vossius in scholis ad orationem S. Ephremi varii testimoniis allatus, sub finem ista habet: Ita et in picturis non solum Orientium sed et Occidentalium hi sancti Martyres in stagno nudi depicti visuntur: sicut etiam Romæ in ecclesia xi. Martynæ in regione Transyberia: in ecclesia item S. Stephani in monte Cælio, et in ecclesia S. Vitalis videre licet. Postremo probatur eadem veritas a consensione omnium nationum ac populorum. Ita hictenus tenet ac semper tenerunt non solum Latini, sed et Graeci, Syri, Chaldaei, Maroniti, Armeni et quicunque Orientales alii. Credatur antiquissimum ipsorum Ecclesiasticis Officiis ac libris, Menais, Tropariorum ac Breviariis. Credatur Syrorum et Chaldaeorum monumentis. Credatur Maronitis Chaldaeorum Officium legentibus atque sequentibus. Creditur non solum Armeniæ populus, idem de Sanctis hisce, quod in stagno apud ipsos passi sint, ad severantibus: sed et eorum antiquis Passionibus atque Hymnariis, idem prorsus continentibus. Credatur denique antiquissima in his traditioni Ecclesie, cui contradicere non licet. Haec aliquarum Vossius, aer propagator lectionis in oratione S. Basili de his Martyribus reperte in longe antiquissimo MS. Graeco exemplari

apud S. Ephrem
mut.

in Menais et
Anthologio
Graecorum,

antiquis Bre-
viliaris,

et Martyrolo-
gios.

Frigore omni-
malo:

Circumscrit-
ta aqua:

Cui in aliis
Circumscriptis:

reliquias in
aqua ex-
tracti Mar-
tyres

reliquias in
aqua flavi-
conjector.

Eadem confor-
matur apud
Petronium
Autatibus,

monobratum

et Vossiu-

ex antiquis
picturis,

et tradizione
Orientis et Oc-
cidens.

SUPER LUCINIO
IMP. X MARE.
S. agnus erat
nominis, et
sed proprieatis.

A exemplari Cryptae ferratio Sub littera M. quoniam vere
yūzāz ac germanam arbitratur, atque ita legit :
Ex. 12: 23 γενέθλιος ιανί τοιούτου είναι το στραγ
τή λιμνή περιφύλακας ασθενής. Jussit omnes deum
datos sub domo, in medio stagni congregatos mori,
Quoniam lectum inuenia imperiti alienijus antiquarii
depravatum atque corruptum reddire censet, dum pro
his verbis ex pīgēz zāz līpīz, in medio stagni, postum
est ex pīgēz ex pītāz, in med a civitate : quod meadum
passim adhuc est in codicibus S. Basili hactenus Graece
edita, aut Latine translata. Sed non apud eundem
S. Basiliū describitur stagnum (circa quod rivulus
erat adficiens) in quo haec martyrum certamina Sancti
decorserunt. Graecē θάλασσα την την τάχις χερσόφερτζα,
την τάχις διαθέσεως ή έργων. Ita iam scripta ad Sebastianum,
securi Sebastianum, circa Sebastianum legimus, et
Graeci in Mensis assertur condemnatus. Per nocteare
mudos in medio stagni, quod erat ante civitatem :
από της ιανί, την την τάχις τολμής. Deinceps hic
modus torquenti Martymree in stagni apud Sebastianum
Armenia illuc eodem tempore adhibebatur. Nam S. Blasius
Episcopus Sebastianus eadem hinc, sub eodem
plane Præside et tyranno Agricolao, in lacum missus,
signavit nequam, et mox slett sicut arida. Eo sedente
in medio lacus, ingressi sexaginta quinque
viri mox demersi sunt in profundo aqua... Tunc
urgens B. Blasius ubi aqua et undulans sicut in
arida, egressus est. Utē ea in Eboracum in variis Actis S. Blasii leguntur. Ita Graeci in magis Menos et
Menologio Basili Imperatoris et alia a Cardinale Sav-
leti verso, colunt xxviii Novembris S. Ireneachum sub
Bogolitano Sebastie in lacum conjectum την λίψη
αγαρθίσσα.

B 23 Hactenus dicta plane reveruerere videntur, car-
pora haec Martymree vestibus cinctis deundata, sub du-
fosis aqua frigide stagni imposita, ac glacie incideunte
attrita. Ita S. Basilius infra num. 8 ipsius frigis ac
glaciis inde rethoricitatibus exagerat, ut stagnum
tradat, velut compone aliquem, plenum agendisque
equis neocommodum fuisse effectum, et in contingen-
tium et brimanum quasi terram reductum, liberum atque
securum aeris super tergo eius gradiente viam
probus o. flavios vero n. fluxu cessasse, tenerum
quenquendam in lapidum duritium transmutasse.
Interim num. 12 scribit. Martymree adhuc spirantes,
igni illuscente die traditos esse, et ignis reliquias
in fluvium projectas eosque aquam exceperisse : ubi
ea divinitate virtute adseratas et post traditum elatas
preferit. Siletiam : hora noctis tertia, luce de calo
lapsa instar nostri solis dissoluta penitus nive, gla-
cie ne frigore, aquam membriso. Que tamen antiqua
Acta constanter mendicant. Basiliū verius S. Gau-
dientius, asserti stagnum validissimo gelu durante
ter solidum planctus gementibus neocommodisse,
ac Martymree undatos corporibus, religatos in aperti
neris prouincia duris pepercisse. Interim addit,
emeres existimorum corporum mandato persecutoris
in fluvium jactos. Iesso. Multus etiam est S. Grego-
rius Nyssenus in glacie ne frigore exangratione, atque
ita, inquit, mox eis paullatum ac sensum pregregatiois
protocholoducti tribus diibus durus. At contra una
solam nocte in stagna cenciatos fuisse Martymree. Isto
enim. Pueruit sacra illorum reliquias testis diuersi
in flumen conservatae, quae fons dies ad aliorum crux-
entibus transalit Nyssenus. Ob hanc tamen Patrum
auctoritatem aliqua in hodierno Martymreologie ac Bre-
viarie Romano mutata sunt. Non enim ante tradidenter
in rigens stagnum misso, nec in gelidissimum sta-
gnitu coepit, non legitur, supra stagnum rigens
pernoctare posse. Interim Lectio in etiam non con-
cluduntur. Rorique reliquias propter in prouidentem,
cum mirabiliter unum confluxissent locum, salva et
integre reporte, honorifice sepulchre conditae sunt,

in illud etiam
inj. il S. Ba-
silium.

a. s. trever-
schu.

Supra stagnum
dura abire
construunt,

Martyr ex ea-
coto fuisse

ignem
S. Basilius,

S. u. identitas

x. Gregorio
Nysseno.

23 His ita discussis, prefeti Romani sumus, ubi de
urbe Sebasti, et locu et accusu ægrorum sequens scrip-
tum reperimus, quod hic inservimus.

Die vigesima octava mensis Decembri anno millesimo
secentissimo primo, Reverendissimus Jacobus Episcops Ervan Armenus, etatis octoginta
annorum et amplius, in S. Maria Ægyptiaca, solito
Armenorum loco, Romæ ad tempus residens, hono-
ris ergo fuit visitatus a Reverendo Domino Gerardo
Vossio, et inter alia, me Bartholomeo Abagaro praes-
ente et interprete, interrogatus super variis circum-
stantiis civitatis Sebastianæ minoris Armeniae, et stagni
sive laci, in quo Sancti Quadragesinta Martyres ibi
deinde martyrum gloriosum sunt passi. Sebastianus qualis
est civitas? Respondit Episcopus supradictus, esse
civitatem vetustam et amplam, continentem hoc
ad hunc tempore focos circiter quindecim milie, quæ
sub se habet circa trecenta castella habitata circum-
cirea, et habent unum Vice-regem, sive Bassiam, a
quo reguntur, in eadem civitate Sebastianus residentem.
An Sebastianus sit figura orbicularis, an quadrangu-
laris? Respondit Episcopus, civitatem veterem Se-
bastianem esse figuræ orbicularis, novam autem
(quæ jam amplificata est) esse hoc tempore quadran-
gularem, satis magnam circiter quindecim nullum
separat. An ipse Sebastianus fuerit, et lacum ibi vi-
derit? Respondit Episcopus, se frequenter Sebastianum
transvisse, et lacum, in quo Quadragesinta Martyres
passi sunt, oculis propriis vidisse.

E De situ laci, ejus magnitudine, ac forma, Res-
pondit Episcopus, lacum in quo passi sunt Quadrage-
sinta Martyres, situum esse non in ipsa civitate, sed
extra civitatem veterem, sed prope eam, quantum
distat Roma ecclesiæ sancti Spiritus in Saxonie a Ba-
silica S. Petri, et sicut se habet mons Calvariae in
suo sit ad civitatem Hierusalem veterem, ita et la-
cus enim civitate vetere Sebastianus. Quod formam laci,
sive stagni, dixit Episcopus esse figuræ orbicularis,
sed exire aliquantulum, et brachium omnium in lon-
gum facere. An aliquod signum sit circa lacum, in
quo Martymree sunt passi, et quodnam ibi signum ap-
pareat? Respondit Episcopus, ibi extraro signum
quoddam, seu petram grandem edam ad lacum, quo
in loco Martymree constitutæ, et martyrium in con-
gelatione aquæ affirmant esse passi, et ibidem ex
devotione popularium siepe quadraginta cerasos ac-
cedi, multisque illum lacum frequentantes, variis
langueolis atque infirmatibus liberari, sicut ipse
præcessit videt.

F An etiam Turci infideles ipsum lacum frequentent?
Respondit Episcopus, illum etiam a Turcis, et
infidelibus in suis languoribus et inflammatibus siepe
visitari, et multis ex illis sepe sanari, ac etiam
cerero post sanitatem ibi miraculose recuperatae,
sacrum baptisma suscipere et Christianos fieri; mul-
taque imbus miracula apud eundem lacum meritis
Sanctorum Quadragesinta Martymree videri.

Cæsarea Cappadocia quantum distat a civitate Se-
basti et Armenia? Respondit Episcopus, distare itinero
quatuor hominem dierum. Edessa patriæ sancti
Ephrem quantum distat a Sebastian? Respondit Epis-
copus Edessam Syrie distare inde itinere septem,
vel octo dierum, aut certe.

Ad omnia supradicta interrogata ita per me Bar-
tholomeum Abagaram interpretari Armenum res-
pondit supradictus Episcopus Armenus: ita attestor
ego item Bartholomeus Armenus manu propria d' e
et anno ut supra.

St. I. Long
et studio urbis
Sebastie

et lagoratum.

ut 40 cer-
septuaginta
datur et regi-
sanctus,

F
cetera infideles

tur in Sebas-
tia. Cypri-
ci Eu. a 7

A

COMPENDIUM MARTYRII

*Translatum ex lingua Armena per Bartholomaeum Abagaranum Armenum.**Nomina Martirorum:*
a

Sanctorum gloria quadraginta Martyrum nomina haec sunt, a Donatianus, Cyrius, Ovadens, Iscius, Eunekus, Elanus, Flavius, Smaragdus, Kilandrus, Sisinius, Leontius, Melithon, Severianus, Philothenus, Anceus, Eracius, Euchius, Aldius, Jonnas, Cirion, Alexander, Acatus, Valerius, Nicolans, Euticius, Joannes, Bibianus, Chution, Lysimachus, Cans, Illitus, Athanasius, Priscus, Candilus, Sacerdon, Gorgonius, Theodulus, ac Theophilus. Erant illi ex regione Cappadocia, et omnes impetrabant sub Læmio impio Regem: inquit Agricolaus Judex jussit duci eos ad civitatem Sebasten, et magistris crucebat eos immolare illis, et millio paecto potuit separare eos ab amore Christi, et ejus fide: et sic detracti jussi eos in carcere, et orantibus illis apparuit Salvator, et corroboravit eos. Et post dies octo venit Praetor a Casarea, et sederunt simul, et p. ad am. se jussi duci, et interrogabani eos de Christi fide: au vellent negare, an sacrificium diis offerre: et jussi ora eorum ob-

B tuni lapidibus, et cooperant milites alter in alterum lapides coniiciebant, et occipiens impius Praetor lapidem inierit in Sanctos, sed percussit Judicem, et faciem ejus vulneravit, et posset eis duci in carcerem, et vacabant oratione. Iterum apparuit eis Salvator, et ait: Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet. Confortamini, et nolite timere eorum malos cruciatus, quia adhuc parum superest temporis. Expectate adhuc paululum, et e cœlo vobis venient curiae. Et mane statuerunt eos ante satellitem, cui dixerunt: Quod facturi estis hodie, quia nolamus nos Christum negare. Tunc vinclerunt manus et cervices vinculis, et ad laemum eos duxerunt, et exorto in aquam misserunt hiberno tempore, et ingeniaco lacu, vehementer torquabant corpora eorum in magna glacie, et eorum versabantur sanguis super pedes suos in prima vigilia noctis, et Sancti non cessabant orare. Et ex eis unus non potuit ferre glaciem; qui exiens ex lacu in hibernum se transulit, qui in preparaverant impatiens: et sic ex entore destituitur est glacies: et eorum lacum tertium refluisit sol fessus super eos, et glacies resoluta est, et unus ex militibus, qui custodiebant Sanctos, et solus vigilabat, norabatur, unde eorum lux haberetur: et videlicet super Sanctos coronas descendentes triginta

C novem, et novit quomodo unus ex numero quadraginta in hibernum transferat: et exiens secundum uitia properavit in lacum ingressus in medium Sanctorum, clamans et dicens: Etiam ego Christianus sum. Et summum manu traxerunt eus ad ripam lacus, et ingenti ferro crura et dorsum ad ossa eorum frangerunt vehementer, et tunc simul manus suas ad Deum emiserunt ote nomina Martini. Sed unus, nomine Marthon, adhuc supervivit, et mater eum regans hortabatur, dicens: Iuhesime fili mi, medium sustine, et tu cursum perficies cum Sanctis: noli timere, quia jam Christus in auxilium tuum stat. Et enim durassent vehiculum, et posuissent corpora eorum disciper ad comburendum, Melithonem, quia adhuc vivebat, reliquerunt, et mater teles super humeros filium suum, virili gressu, sequebatur. Is adiudens emisit spiritum: et precepit eum mater Superior Sanctos. Et postquam combusserant corpora eorum, in proximum flumenta profererunt, et per modo dissipata sunt corpora eorum, sed in unum conseruit, et post tres dies apparetur Sancti Petrus Episcopus Schistes, et dixerunt: Corpora nostra conservantur in fluente, i.e. adiu, et abstulales

nos. Exiens Episcopus secreto ab ecclesia, nocte adiutus ripam fluminis, et micabant Reliquia Sanctorum in medio aquarum sicut astri: collegit, et s. aliqd remanebat ex reliquiis, signo lumen inveneratur, et accipiens posuit in arcu. Qui es coroni Sanctorum tuorum, istorum intercessione, Christe, miserere nostri.

a *Desinit duo Martyra nomina, et sunt Euthyches et Xanthias, aut certe Claudius, nam pro alterius Kilandrus hoc legitur. In nouissimis nam sicut dicitur. Ita qui in titulo sunt Bonnus, Euonius, Valens, Ecclitius, Hellas, Actius, Angius, hoc appellantur, Jonnas, Ovadens, Euphilius, Illitus, Aldius, Ancus, Ancus. Reliquia nomina autem eadem sunt, aut via differentia.*

ACTA MARTYRII

Ex MSS. Gladbachensi et Antwerpensi, collata cum aliis codicibus MSS.

CAPUT I.

Martyrum comprehensio, et inter oblatos honores et minas constantia.

In tempore igitur Lacimi Regis erat persecutio magna Christianorum: et omnes, qui pie vivebant in Christo, cogabantur sacrificare diis, Agricola agente in Sebastia præsulatum impium, et crudeliter exercitorem et velorem diabolii administratorem. Milites vero omnes, qui erant in militia, cogabantur sacrificare diis. Erant autem quadraginta milites de Cappadocia regione, in numero uno viventes venerabiliter secundum Denni, invicti et fortissimi in bello. H. Hi comprehenduntur a Præside cogellantur sacrificare diuini bus. Cogit autem Præses dicere illis: consensu vestrum ostendistis in bello omnibus per iniuriamvitatem concordie et victoriam: omnes vos in versus exercitu praefestis: ostendite ergo et nunc consensum vestrum, et consentite legimus Regum, et sacrificare illis ante tormenta. Responderunt Sancti et dixerunt ad Præsalem: pro mortali Rego pugnantes vincemus, sicut et tu nos ti: quanto magis pro immortali certantes, vincemus tuam malignam voluntatem? Agricola dixit: Unum ei duobus preceptum est vobis aut sacrificare diis et honorem taigum habere, aut non sacrificantes amoveti a cœgatione a militia. Cogitate ergo et cogite quid vobis expediat. Sancti responderunt: Quid inde explicat Dominus prouidebit. Præses dixit: Nolite mihi multoquin adducere, sed crastina die accedentes sacrificare diis. Et pressi eos mati in carcere. Intrantes autem Sancti in carcere, fluctentes genita deprecati sunt Domini dicentes: Pripe nos, Domine, a tentacionibus, et ab scandalibus operum iniquitatem.

E 2 Cum ante a sero factum fuisse, eaperant psaltere hunc psalmum. Qui habitat in adjutorio Altissimi, in protectione Dei non commorabitur. Dixit et Dominus: Suscepitor nens es tu, et refugium meum: Deus meus, sperabo in eum ote. Et enim concesserunt psalmum, oraverunt. Et exstantes iterum palloabant, insque in medium metem. Præstante eum erat et S. Quadrus ad responsive autem reddidit in domum erat B. Candilus d. Et apparetis etsi e Salvi dicit: Propter istum vestrum habuum esse, sed qui perseveraverunt usque in finem, hic salvus est. Omnes autem audierunt hunc vocem et facti sunt in timore, et sine sonno per everaverunt usque ad lucem.

F 3 Convenerunt autem Præses omnes amicos suos, jussit adducere Sanctos. Et venientes eones quadraginta steterunt ante Præsidem, et caput e s. d. re. Præses. Que ladeo vobis dicere, dico in facie sicut eritis. Quinque milites sunt sub Imperatore, non sunt leuti v. s. nec s. e. laudati, nec sa. amici sunt nobis. Nolite erga amorem in obram vertere. Hoc enim in vobis est, utrum ves vatis effice, an di. gen. S. Candilus dixit: Adversus more tuos et

II
SUB LIBRARIO
DIP. X MARTII.
EXALVANTUR.

a
In persecutio-
ne Lechi.

b
10 milites
Cappadocios

inter manus
et blanditiam
constantes.

c
corcere nichis-
datur.

E
Psal. 60.

a Clerico
inveniente;

c
d e

e
evocati,
gratiam
prædicti
permane-

f
duci.

IX MSS.
f
g

reducuntur
in carcere:

A nomen Ghi impositum est : Agricolaus, hoc est, aggressus / blanditor. Praeses dixit : Numquid non dixi, in vobis est, utrum vos velitis odio habere an diligere? Candidus dixit : qd in nobis est odire et diligere, te enim odimus et Deum diligimus. Tu ergo aliene a Deo, cum oderis, ne velis diligere, impie, invile nec nominande. Audiens haec autem Praeses rugiens tamquam leo, jussit alibagi eos et tractos duci in carcere. S. Quirion dixit : non accepisti potestatem trucidandi nos, sed interrogandi nos tantum. Tunc timens Praeses jussit eos duci in carcere, praecepit Claviculario, h diligentem custodire eos. Expectabat enim et Dux adventum. Die antea et nocte ducebat eos S. Quirion. Dicebat autem eis : Secundum dispositionem Dei, unicus sum in militia hac temporali : non ergo separarior ab invictis, sed sicut vixi quis invictus et invictus cordes, sic martyrissemur ; et sicut haec optimi sumus, et portamus Regi temporali, sic festinemos inveniri in conspectu Regis Dei.

i
edirendt
antimaustr a
S. Quirione.

R eum transiissent autem dies septem, et Sancti essent in carcere, supervenit Dux a i Caesarea in Sebastiam : Et sedens cum Praesule, octavo die jussit adducti Sanctos. Et cum adhuc ercentur, moneret eos S. Quirion, dicens : Fratres, stenus viriliter et adjuvantes nos invicem. Nonne enim in bello strenuus, invocabamus Dominum, et ipse nobis auxiliū praestabit, et vincemus? Commemoramus quando clamans in maiori bello et omnes lugerunt, et nos soli in media curva inventi sumus, nos tantum quadranguli : et enim lacrymis invocavimus Dominum et dedit nobis virtutem, et quosdam eorum occidimus, quosdam in fugam vertimus, et unus de nobis non est lesus a tanto populo. Et nunc tres adversarios habemus qui non debellant, Sathan et Dux et Praesule, et hi tres unum sunt, et ab his tripli vincit habemus! Absit. Nolite, obsecro vos : invocemus, sicut semper, et nunc Dominum, et non dominandum nobis tormenta, neque peccata, neque vincat. Nonne semper cum tremus ab bellum vel ad pugnam, diebamus hunc psalmum : Deus in nomine tuo salvum me fac, et in virtute tua libera me. Deus exaudi orationem meam, auribus percipe verbum oris mei. Et nunc hunc dicamus psalmum, et exaudiet nos, et adjuvabit nos. Et cum dicerentur ad tyrannum, hunc diebant psalmum.

Prat. 83.

Inclusi inter
ubiq' statu a
Dn e Lpia,
honores et
minus e

G et dona multa plusquam alii; de cetero unum de duabus prepono vobis, aut immediateis duis, dona multa et honores consequenti a me; aut non obedientes movere a cingulo et a militia, et tradi in penitus. B. Candidus dixit : k Suscipe cingulos nostros et corpora, nominem habemus honorabiliorem et dignorem Christo. Tunc jussit Dux fenes eorum lapidem eedi. Candidus dixit : Dux tenebrarum et doctor iniquitatis, inceppe hoc facere, et videlicet passum tuam. Frenemus autem Praeses adversus milites, qui omnib[us] strabunt, dixit : O mali ministri, quare non celermis factis, que videlicet habentur. Tollentes autem lapides ministri seipsos calebant. Cum autem factum fuisse, Sancti Dei libertatem acceperunt in Domino. Commotus autem Dux in furore tuli lapidem, ut percenteret aliquem de Sanctis in faciem : et persecuti maxillae Praesidis Dux, confregit illi faciem. Et aut S. Quirion : Domine, qui expugnat nos minister nostri, ipsi inferni sunt et coegerunt. Vere gladius eorum infret in corda ipsorum, et arcus eorum confringatur. Praeses dixit : l per deos, magnificare proualuit in eis; per impudicos enim phantasmas loquuntur adversus Dominos suos iniquitatem,

et ignominia replevit nos, ut non sentiant tormenta D nostris, sed ad nosmetipsos retroqueant. Respondeunt Sancti : Obscurate diahole, et aliene ab hereditate Christi, reddite commissors scandalorum; caput diaholi tu es Agricolae, cauda est chiliarchus Dux qui tecum est, qui ambo ministri estis sathanae. Si autem non cognovistis ab initio tormentorum, presumite vobis et alia. Ministri autem dixerunt ad Sanctos : Stulti et omni benignitati deorum inimici, quare non sacrificatis diis. Et S. Quirion dixit : Nos unum Domini colimus, et Iesum Christum Filium eius, et Spiritum sanctum, qui potens est os nostrum dirigere ad veritatem : ut accipiamus coronas incorruptibles, vineentes vestram malignam adiunctionem.

a Tu aliis MSS. proponerantur nomina Martyrum, quae sub nomine hic colliguntur, et sic incipiunt : In Sebastia civitate martyrum omnium sunt : quorum nomina haec sunt Domitianus, et omnes simili te passi sunt temporibus Licini Imperatore, et Agriaculo Praeside et Lysia Duce. Quae accida videtur. Primum separabile Temporibus Licini Imperatoris era persecutione magna. Hic dicitur Licinius Regis morte Grecorum. — b tpsa Ipponemus hoc loco inseruit nomina Martyrum. — c Alius Cyrius. — d In aliis MS. additur, et s. Bonitus, et In MS. Glabracens recte amanuensitate legebatur S. Candidus. — e Graec. 1922, tabulari g. s. Ephram hoc illa referit : Neum diligimus te agem odio habemus : nobis vero cum sis odio, noli diligere nos. — f In aliis MSS. vocatur Aglans, Aglulus et Aglarus. — g Caesar a Cappadocie, et in aliis additur, k s. Ephram. Sime zones instras, acipe et corpora : nobis enim nulli opifidius Christo est. — h Qua deu amplificantur.

CAPUT II.

Tormentum stupri congruti toleratum. Miserabilis substitutus custodis in locum unius deficiens.

I une Dux jussit eos duci in carcere ut consilariet quid de ipsis facret. Misit ergo in carcere, Reductum eopti S. Quirion psallere cum commilitibus suis, Ad te levavi nenos meos, qui habitas in celis. Ecce sicut oculi servorum in manus Dominorum suorum, et sicut oculi ancilla in manus Domine sue; et que regnunt exequentes, psalmum per ordinem psallebant. Et vox facta est ad eos, et manifestavist se eiis Christus Salvator, et dixit : o Qui credit in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, si mortuus fuerit, vivet. Confidite et nolite timere poenas eorum; temporales sunt enim. Patientes estote modicū, ut coronemini. Agebant autem ipsam noctem in exultatione et delectatione Christi.

7 Mane autem h[ab]o to jussit eos Dux educi de carcere. Et adducti stantes ante tyrannum dixerunt ei : Que habes facere, fac. Apparuit autem et diabolus, in dextera manu tenens gladium, in sinistra autem draconem. Dabebant autem ad aurem Agriacui : Meus es tu, viriliter certa. Tunc jubet Praeses alligari eos, et lumen mitti in cervicibus singulorum, et adduci omnes simul in stagnum habentem aquam multam. Tempore autem illo quando Sancti martyrizabantur, habebat glaciem magnam. Adhucentes autem eos statuerunt in b medio stagno nulos in glacie. Erat autem et ventus frigidus, et hora noctis proxima, ad vesperam enim erat. Et constituerant super eos custodes milites, et Clavicularium juxta stagnum, erat autem et lavaerunt de quo calefierent; ut si quis eorum volunset preevaricari, refugeret ad lavaerum calor, et calefaceret se.

8 Hora autem noctis prima constringebat glacies Sanctos, et intumescentes carnes eorum disimplicabantur. Unus autem de numero ipsorum deficiens unum, dubitavit, et refugiens ad lavaerum cum attigit esset calorem, statim dissoluta sunt membra ejus, et confusus reddidit spiritum. Sancti autem videntes illum, quia defecit, dixerunt tamquam ex uno ore, una voce : Non in fluminibus irasceris nobis, Domine, aut in fluminibus furor tuus, aut in mari impetus tuus. Quia qui separatus est a nobis, sic erit

Lapidibus in
tot foras res-
tallibus illo
hacit:

Ps. 30, 3.
Ps. 30, 14.

t

nudicantibus
in stagnum
congelatum i

b

non dericeat
et mox in-
veniente,

*alii ardenter
operi dei
imperiorum:*

A cut aqua effusus est, et dispersa sunt omnia ossa ejus: nos autem non discedimus a te, donec vivifices nos, et nomen tuum invocabimus: quia te, Domine, laudat omnis creatura, dracones et omnes abyssi, ignis, grande, nix, glacies, spiritus procellarum, quae faciunt verbum tuum: qui ambulas super mare sicut per arula, et ejus ferocitatem spiritu manus tuae mitigas: et nunc tu es, Domine, qui exaudisti Jacob orantem te cum fugeret minas Esau: qui cum Joseph venundato fuisti et salvasti eum: qui exaudisti Moysem, cum daret signa et prodigia in Pharaone et in omni populo ejus, et disrupti mare, et in deserto transulisti populum tuum: qui exaudisti sanctos Apostolorum tuos, Domine exaudi nos, ut non nos demergat tempesetas aquae, neque absorbeat nos profundum, quia pauperes facti sumus. Aduxa nos, Salvator noster, quia astinuisti sumus in profundum maris, et tincti sunt pedes nostri in sanguine nostro. Releva gravitudinem et acerbitatem hujus frigoris, Domine Ibens noster: ut cognoscant omnes, quia ad te clamavimus: et salvi facti sumus, quia in te speravimus, et non sumus confusi.

B 9 Et cum facta esset hora tertia noctis, sol illuxit super eos sicut in iestate calidus, et soluta est glacies, et facta est aqua calida. Omnes autem, qui eos custodiebant, a somno tenebantur: sedns autem clavicularius erat vigilans, et auscultabat omnia cum orearent, et cogitabat in semetipso, quemadmodum ille qui refugierat ad lavacrum statim mortuus est in calore, et illi qui in glacie orabantur viverent. Et videns lucem circa eos, respexit in celum, ut videret unde lumen luceret: et vidit coronas descendentes de celo numero triginta novem, et cogitabat intra se dicens: Quomodo cum sint quadraginta, una nimis est corona? Et cognovit quia ille, qui refugierat ad lavacrum, reprobatus est, et non est ammumeratus cum quadraginta. Et suscitans custodes, qui se numerabant; proiecit eis res suas, salivitque introiens in stagnum clamans. Et ego Christianus sum. Et vadens in medio eorum stetit et dixit: Domine Deus, credo in te, in quo et hi credant; et me annumeram cum ipsis, et dignum me fac, ut propter te patiar tormenta et tentationes; ut ego inveniar in te.

a ta alia MSS et apud Metaphrasten. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet. — b S. Ephraem. Martyres intra aquas, quasi in thalamo suo diversantes non sunt submersi.

CAPUT III.

Martyrum exdes, corpora combusta, Reliquie reperte, nomina.

C **S**atanus autem virtus convertens se in hominem alligavit genua sua, et venit clamans et dicens ante omnes: Vae milii miserabilis, vietus sum a Sanctis et factus sum derisor, qui non habui utiles ministros: num non fuisset vietus si fuissent utiles ministri. Et nunc convertam eorū auditis, ut combatat corpora Sanctorum, et in flumine projiciantur: vel hoc faciam, ut ne reliquie eorum inventantur. Sanctus Quirion dixit: Quid Deus siest Deus noster? aut quis Dominus siest Dominus noster? aut quis Deus preter Deum nostrum? Tu vero Deus qui facis mirabilia magna solus, et adversarios nostros deduxisti ad nihilum, et Satanam confundisti. Et coripi psallere, Salve me fac, Domine, quoniam defecit sanctus etc.

11 Mane autem facto venerunt impii tyranni, et viderunt Clavicularem in medio eorum stantem, et conquirebant a milibus, dicentes: Quid videt, quia hoc fecit? Dicunt milites: Nos velut mortui oppressi sumus a somno, ille autem per totam noctem vigilabat, et subito suscitavit nos, et vidimus lumen magnum circa eum. Ille autem statim projiciens vestimenta sua, introivit ad eos in stagnum clamans: Et ego Christianus sum. Jussit autem Praeses Agricola tristes eos deduci ad littus, et crura eorum constringi. Unius autem eorum mater astabat juxta eos: erat autem filius ejus omnium junior, nomine Militon, et timebat de eo, ne forte trepidaret, et ad eum jugiter manus suas expandens tenebat, dicens: Fili dulcissime, adhuc pusillum sustine, ut perfectus sis: noli timere, ecce Christus adstans adjuvat te. Cum autem confringenter crura eorum et animas redderent, dicebant: Anima nostra sicut passer erecta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, et nos liberati sumus; adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit celum et terram. Et omnes simul dicebentes, Amen, reddideront animas Deo.

12 Junior autem, qui movebatur a matre sua, nomine Militon, adhuc respirabat. Et iussus est ut adducerentur vehicula, et impeditos corpora Sanctorum attulerunt, et posuerunt juxta fluvium. Relinquentes autem juniorum sperantes valere eum: mater autem ejus videns eum derelictum solum, projectens mulierem infirmatorem, et accipiens virilem sexum et virtutem, tollens filium suum super humeros suos viriliter, sequebatur vehicula, ubi erant corpora Sanctorum. Et incendentes flamam ministri conlusserunt corpora Sanctorum.

13 Et consiliarii sunt ad invicem dicentes: Has reliquias si dimiserimus, tollent eas Christiani, et totum mundum replebunt. Venite ergo, propiciamus in flumine. Et radentes pavimentum scopos, tulerunt Reliquias Sanctorum, et proiecerunt in flumine. Collectas sunt autem Reliquias Sanctorum ad gurgitem unum fluminis, et nihil eorum perdidit fluvius. Post dies autem b sex, revelatum est Episcopo civitatis illis: Veniens ad flumini, salvas invenies Reliquias nostras in tali loco. Nocte ergo eisdem nos de flumine. Et accipiens quosdam ex Clericis suis, et viros reliquios, venit nocte super flumine: et ecce brebant Reliquiae in aqua fluminis, sicut luminaria in celo. Et ubacunque reliquiū aliquid Requiarum fuisse, splendoris magnitudine manifestabatur. Et sic eluentes Reliquias beatissimorum Martyrum, posuerunt in loculis. Sicque certantes consummati lucent, sicut luminaria in mundo, credentes in Patrem et Filio et Spiritu sancto. Compleverunt autem martyrum sumum in Iudeo Martii, regnante Domino nostro Iesu Christo, qui vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

14 Nomina autem eorum haec sunt: Candidus, Domitius, Dianus, Quirion, Valens, Vimerandus, Alexander, Esicius, Sisimus, Valerius, Melchior, Eutius, Uloctemonius, Bibianus, Brachus, Lymachus, Claudius, Flyins, Joannes, Hebus, Sanctimannus, Calonius, Dionnus, Leontius, Cavinus, Athanasius, Severianus, Candidus, Quirulus, Ethus, Sacerdotius, Eutychius, Achacus, Gorgonius, Ennachus, Nichalus, Theodorus, Theophilus, Milton.

a S. Ephraem. Tunc amare flexit iusta palastrum herbam... deliquescente gerbens. Tunc corde dissolvatur, quod accedere nequaerit et funditus gloriosum fluminum exercitum succendere. Tunc stridet in conflitu oppressus... holar passus dilatus a seruo dei. Stridulat draconis sed ne confundatur Martyris Christi summitur, angelus spatiuum agniti custodiendum rite — b illa infra Post dies tres et hic evoluta finis fuisse sunt antea dominus valde incorecte a posteris subjuncta, de quibus supra actum

VITA ALIA

auctore forsitan Evodio Episcopo Carsareo, interprete Joanne Diacono Neapolitano, ex MS. Capuano et editione Gerardii Vossii.

PROLOGUS.

Martyrium quadraginta Sanctorum scripturus,

31 adiutorem

*luce magna
exorta.*

*et rotanti
80 de cetero
sobrinibus.*

*transversa
clavicularius,
magnum
missus,*

*a
venerabile
morio*

*laudent Deum
Martyres;*

ts 11, 2

Martini T. II.

ex mss.

*crucibus
fervens mo-
ritur;*

*Mater filium
apportante,*

*corpora
comburuntur:*

E

*Reliquiae in
flamen dejec-
tae; contu-*

b

*et luce reporta-
effuntur.*

F

*Nomina 40
Martyrum.*

AUCTORE
EXODIO,
INTERPRETE
JOANNE
DIACONO.

Petente
Abbate
S. Severini,

*hunc Actum
Graecis trans-
lata sunt.*

Exod. 35, 30.

c

a

b

A adjutorem invoco Spiritum sanctum, (qui a Patre procedens, et a Filio accipiens, ubi vult spirat, et vocem ejus nemo audit) quatenus ille, qui eorum corda virtute constantiae in passione roboravit, ipse aciditatem mei pectoris stillicidii sue irriget gratiae: ut hoc quod humili simplicitate melioravi, digno percurram sermonem, decentique sine concludam. **S**ane operae prestitum reor studiosius insinuare lectoribus, cuius id auctoritate fieri compertum sit, ut insolentium latratus facillime concludamus. Dominus enim Joannes spiritualis noster Pater, Abbas quoque monasterii S. Severini, cum me infelicissimum Joannem Diaconum, servum S. Januarii Martyris, non meritis, unice diligeret, et erederet suis jussis in nulla me ire sinistrum: cospit saepissime coram me devotionem referre, quam erga predictos Iherot Martires, et mea plene praecipiens, nec plene imitans, modius incobebat. Tamen hilariter, sed reverenter mihi praecepit, ut passionem eorum Latinis transferre sermonibus minime recensarem. Cui cum ego respondessem, esse illum satis Latinitate celebratam, illico Pater providus tali me responsione conclusit: Nec me intel, sed non sedet animo meu, Unde oham volo, ut non te pigate ad fontem recurrere, id est ad Argophyllum styrum, et nobis purissimum a exanthare liquorem. Hujuscemodi responso accepto content, et h' accito Graeco perfissimo, affectum tanti Patris implore curavit parvipendens eorum vesanum, qui solitum est eum nihil ipsi facere scibit, studium habent illos ecarere, qui in tibernaculo Domini si nequeant profusum monile, tamen pro vili parte villosum texere cilicium subagunt. Ergo qui e supercilium tunica, hujus martyris sorori displaceret sibi assernere: sciat non euilibet alii, nisi predicto seru Dei id me scriptissa. Ob enjus amorem, cum me Hieronymo, Syllevo ennes surda nura transibit.

*a Aliquod MS. apud Corinum, exantham. — b Ita MS. Ca-
pitanum, alia apud Corinum, vixi Graecis peritissimum, aut de-
cepit Graecis purissimum. — c Aliud MS. supercello tenuido.*

CAPUT I.

*Ocasio persecutionis. Martyrum umima.
Questio sub Agricolao Praside.*

Temporibus Licinii Imperatoris ferebat ingens persecutio Christianorum, et omnes, qui sub Christum religionem vivebant, sacrificium adols compellabantur, a Sei quia non ab ea relatastrarunt disserere, qualiter hujusmodi morerit procillum; ex historiis et chronicis Graecis et Latinis breviter evropsimus, breviterque digerore studemus. Cum autem Diocletianus et Maximianus Hereruleus deposita purpura, privatum elegissent vitam, et b Maximianus Galerus, qui cum eis regnaverat, tenens Italiam, duas Casas resisset, Maximianum in Oriente, et in Italia Severum; tunc Constantinus in Britannia, invitato Eloceti: patre e mortuo, factus est Imperator; Romae vera a Praetorianis milibus Maxentius, predicti Maximiani Hererulei filius, Augustus appellatus est, contra quem Severus Caesar adveniens, militum predictione d Ruvenio peremptus est. Oh enjus interitum predictus Galerus Iacobinus regni fecit consortio: qui in ipso imperio sui primordiis, variis predictis et robustis usibus provocatus, et Constantiam Constantini sororem duxit uxorem, ne per hoc omnino se predictis et Christiani dogmatis sectorema adeo simulabat, ut etiam plurimos eisdem religiosis quasi amissimus secum habaret.

3 Postquam vero Constantinus in congressione Pontis Milvi peremuit Maxentium, et Romanos a nefandis ejus liberavit clades, predictum Iacobum ultimorum sumi a Quintilis / Cesarem appellari fecit,

et ei Orientales commisit regiones. Sed ubi a prodicto Galero Carnuti est Imperator constitutas, fas tonne abrupit, ei y contra Constantium tumultuari cupit: et astimans posse illum contristari, si calamitatem inferret Christianis, illicemones de suo palatio propellens Christianos, plurimos Sacerdotum afflixit, multos quidem et aliorum, praecepit tamen de collegio militari. Sed hujus rabidi canis vesanum citro divina compescuit ultio. Nam in bello Bithynico facto, tanto suffragatus est coelesti Constantinus adiutorio; ut per terram et mare vinceret: Lici-nius vero reveritus a facie ejus, semetipsum in Nicomedia tradidit, et privatus decore Regio, aliquanto tempore Thessalonicae permanens, ibidem crudeli morte diem h clausit extreum. His hac clausula terminatis, convertamur nunc ad narrationis seriem.

4 Agricolao denique callidissimo, et omni crudelitate Christianis infesto, in amentiae sua Praesidatura revector, illico Christicola enueti, qui sub lege militari vivebant, sacrificare compellebantur. Qua severitate, minimum niminunque inter schiolas alas grassantes, quodraginta milites Cappadociae, compellebantur sacrificare, quorum vocabula sunt: Dio-metianus, Theophilus, Entychius, Lysimachus, Gordianus, Xanthius, Cyrus, Helianus, Flavianus, Chindius, Herclius, Eumenius, Alexander, Angias, Bivianus, Esychius, Smaragdus, Filoctimus, Athanasius, Dominus, Joannes, Eius, seu † Quirianus, Meander, Candidus, Heba, Acacius, Valerius Claudio, Enticus, Leontius, Sisinius, † Nicallianus, Priscus, † Sacerdos, Eudicius, Theodosius, Melittus, Gaius, Valerianus. Hi sub titulo Christianitatis et una caritatis vinculo ita insolubiliter conglutinati erant, ut etiam in praelitis cruro sua constantia adipiscerentur victoriam. Qui cum a predicto Agricolao essent arreati ad immolandum, omnimodo compellebantur. Sed cum omni misu resisterent, sic callidus Praeses ad eos auspicatus est loqui: Sicut vestre niminutissimi vires in proemeta exerentes, siue victoriam militibus prestabatis, ita nunc unitam vestre mentis constantiam pandite, ut quantocum Imperiali obediens decreto immoletis ante suppria. Cui Sancti tale dedere responsum: Et si pro Rege mortali ideo pugnabamus, sicut te ipse nosti, ut prostratis inimicis, victoriam nostris commilitibus ministraremus, multo magis conditum nobis est, ut pro immortalis Rege, superborum vineamur tyrannidem.

5 Quibus praeceps: Ad eligendum unum e duobus, in votis prout dubio manet, aut inuidantes, eminenter gradu eritis digni, aut consentire nolentes, perahumini communis vita presenti. Et idereo vos cogitare conuenit, ut commodum elgatis vestrum. Cui Sancti et contra, Bonitus, inquit, gratuato providit commodum nostrum. Et Praeses: Non pluribus abutiamur verbis: accedite, et sacrificato. Nec plura his statim possit eis refredi. Qui cum ingressi fuissent carecerent, continuo flexis poplitibus Deum postulabant inimicorum, direentes: Libera nos, Domine Deus noster ab omnibus tentatione et a scandalis operantibus iniquitatibus. Ubi autem vespertinalis hora diem claudere festinaret, eoperiunt omnes consona psallere voce: Qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei omnia salutem. Dicit Dominus: Susceptor meus es tu, et refugium meum: Deus meus, sperabo in eum. Quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium, et a verbo a pero. Completo itaque psalmum, suppletus orationem fuderunt. Deinde singulatim psallobant usque ad medium noctem. Et cum prelatis predicatione S. Cyrus vellet imponere finem

Ipsa cum in psalms, et orationibus utebantur auctor, ad loquendum vero i S. Donato et S. Cattaldo

*Qua occasio-
In regni
convenit
assumptus
Licinius.*

*c
ducta Constan-
tia, utrere,
in christianos
stuprata;*

*e
c*

*ca
ci
f*

*ca
ci*

f

D
i Imperator
factus;
per regnum
Christianos;

9
Thessalonica
per metu-

sub Agricolao
Praside

ht 40 miles
Cappadociae:
frometianus
c. E

t al. Quirinus,
† al. Nicander,
† al. Sacerdos,
Ediclus, etc.

urctis ad
sacrifican-
dam,

animoso
responso
renunt:

inter Blandi-
tis et in mas-
culines,

patres indu-
positum:

*a Christo
invituntur :*
A dido) tunc apparuit eis Salvator, dicens ad eos : Bonum est initium vestrum; sed qui perseveraverit usque in finem, hic salvis erit. Hac itaque voce audita, tanto sunt parvore perculti, ut pervigiles usque ad diluculum reliquam noctis transigerent partem.

6 Lucentem vero die, Praeses matutinum agens, accessit Magnatibus suis, jussit eos presentari suo conspectui. Quibus astantibus, taliter vultu in terram demisso, eloqui cepit : Hoc, quod dicturn sum, testor me nullius dicere gratia, sed tantummodo sicut se veritas habet. Quantum enim milites sub Imperiali degunt pote-tate, non sapientiores, vel pulchriores, neque vobis sunt electiores : Et ideo vos recordari volueram, ut nullatenus melleam vestri amoris dilectionem in felicem communitatem iracundiam. Quippe in vobis est, ut aut diligi, aut abominari beatiss. Sie Praeses. Et Praesidi contra, sic Candidus orsus : Merito secundum mentis tuę nigredinem a tuis genitoribus praesagatum habuisti vocabulum : Agricolans enim agrestis illector interpretatur. Mox Praeses : Numquid non dixi esse in vobis, ut vel diligi, vel abominari debeatis ? Et Sancti : Quia in nobis est, inquit, ideo te odiimus : Dominum autem Deum nostrum diligimus : tu autem exose, et omnium nequitiarum tenebris coopte, nullo modo nos amare te dicas. Auditis Praeses injuriis suis, illico fremens ut leo, praecepit eos arctius vinciri, et praecepites omnes in carcere trahi. Quod duin fieret S. Cyrius Praesidi dixit. Non ad puniendum, sed ad interrogandum scimus tibi collatam esse potestatem. Hoc dicto, Praeses extinxit, continuoque commutata sententia, jussit euidam Aglaio Claviculário relevatis eorum nexibus, diligenter eos custodiri, usquequo Lysias reverteretur : qui Ducatum partis Caesaris illo agebat tempore. Careeralibus itaque mancipati ergastulis, quotidie a S. Cyrio his monachantur sermonibus : Viri fratres, quantum spectat ad seculum, nullus nos exterios amhigit esse : sed tamen sub hoc militiae collegio ita spiritualiter conjugebamus, ut germana crederetur nostra concordia. Ille circa prece instantis, et iterum iterumque monere, ut illo quo semper conglutinati amore fuimus eo nitamus perpetuum Martyrii capere diadema. Numquam ignavia nostris suppeditet viribus ; se stet hunc mortalii Regi temporaliter serviendo placobamus ; ita Regi retrono aeternaliter contendamus plave.

*S. Cyrius moni-
tus amictantur*

*reducuntur
ad carcereum.*

C a Hoc ubi Joanne Iacobus usque ad num. 4 invertit videtur. — b Inno. Maximinus Galerus, qui et Armentarius cognovit, — c Diocletianus gravis, dicta Valerius ipius filia in uxorem, cum Constantio Chloro et Cesar dereliquerat est anno 291, et Augustus renuntiatus anno 301. c Inno. Christi 306, a quo anni Constantini inveneruntur, hec sequuntur statim Augustus decretus. d Zosimus, cum Ravenna Romam ubiq. ad Tres-Iheribus interemptum referat. Quod factum ann. 307. — e Anno 313, cum Constantinus annum precedente 312 Maxentium superasset. f Inno. Liviulus a Galero Maximiano Cesar constitutus est anno 307, ac deinde Cornutus, quod Gallus oppidum est, sed Curiensis in Patavium, anno 308 Iulianus Novemus Imperator exercitus. — g. Anno 315, at pax deu. reconstituta, iterum fracta est anno 323. — h. Anno 325. — i. Hu. MS. nostrum real editor excusavit, et Candide sanctis.

CAPUT II. Quæstio sub Lysia Duce. Inter Lapidandum Martyres illasi.

*I*nterea quasi diebus septem exactis, Dux Lysias a Selestium supervenit. Cum cum fuisse de eis suggestum, alteradiecum Praeside sedens pro tribunali, Sanctos exhiberi sibi præcepit. Hoe auditio, S. Cyrius mox in hanc præcepit pectora vocem : Eia nunc fratres, dimicemus viriliter, neminem pavemus, neminem formidemus : memores estote, quia quando ad pugnam properabamus, invocabamus Altissimum, et ipse auxiliabatur nobis : eoque opitulante nostro proternebamus inimicos : et nunc consuetis misericordiam illius petamus precibus, et nulla nos per-

cellet tentatio. Numquidnam excidit menti, qualiter in maximo illo confictu dudum commisso tatus fugit populus; et nos tautum quadraginta inter medios hostium cuneos sumus dereficii ! Et si tunc invocato Christi adjutorio ita exauditi sumus, ut fugatis alii aliisque peremptis, tanto extolleretur tripudio, quod nec unus saltus de nobis a tanta multitudine vulneratus fuisset : quare modo formidandi sunt nobis hi tres : qui dimicant contra nos; hostis videlicet antiquus, Dux, et Praeses ? Sed tamen hi tres qui dimicant contra nos, unus esse probatur solus invisibilis inimicus. Ergo fratres mei, nolite, obseruo, nolite tergiversari ut ab uno vincamini, qui non superabamur a multis. Cantemus socii, cantemus Dominum illum Psalmum, quem in omni congressione cantabamus, et pro nihil ducemus ferociis impetum inimici. His exhortationibus corroborati, cœperunt mentis devotione vocisque exultatione canere : Deus in nomine tuo saluos nos fac, et in virtute tua libera nos. Deus exaudi orationem nostram, auribus percipe verba oris nostri.

8 Needum psalmum compleverant, et coram Dux Praesideque sunt perdacti. Quos oblique Dux intueri se simulans, ait : Ideo isti aliquantulum patiuntur affligi, ut in potiorem dignitatem promoveantur; revera enim et digni sunt. Dixit, et in dicto se totum convertens ad illos : Non, inquit, vestri quilibet gratia, sed veritate hoc quod dicturus sum, provocar fari. Cuncti procul dubio milites, qui Regalibus subduntur imperiis, non vobis pulchriores, neque sapientiores, neque expeditiores existunt. Et ideo, quia vestrum est, ut aut odio, aut amore digni habeamini; utrumque et duobus convenit vobis eligere optimum; ut sacrificantes, magnis donis, magnisque sublimemini honoribus; aut aluentes, cingulis privati, tantis addicamini supplicis, ut quantocius hujus vitae luce careatis. Mox Candidus Sanctus, præcunctissim breviter respondit solus : Ecce et cingulis; ecce et corpora nostra : nos vero nihil præponimus Christo.

9 Tone Dux illico furibondus mandavit eorum vultus vehementer lapidibus credi : Cui Candidus : Incipe, inquit, arbiter tenebraram, et totius iniquitatis Index, exercere versatias tuas, ut cernas primam tuam. At haec Dux infrennit, superque ministros hac intonat voce : Desiles et maligni, quare non celeriter impletis, que vobis jugentur ? At illi perterriti, sumentes lapides, dum vellet persecutore Sanctos, quanuscio resultante, someti ipsos persecutiebant. Ille quantum milites Christi ad ignorantium confortabantur, tanto magis Dux atrocis furebat; adeo ut manu sua saxum arriperet, atque ut quemlibet vulneraret Sanctorum, toto connexus corpore, in illos rurum convertit aciem : sed resiliens lapis, faciem ipsius perennis. Confestim S. Cyrius canere coepit : Qui tribulant nos inimici nostri, ipsi infirmati sunt, et ceciderunt. Gladius eorum pervenit in corda ipsorum, et arepa eorum contritus est.

ulam argenteam pro ænea S. Vindiciani monu-
mento appendit. Unde liquet, Deum hisce signis pro
sua clementia bonos admonere, ut amicos suos jam
culo donatis debito obsequio et honore in terra pro-
sequantur; malos vero detergere, ne quid simile cum
Normannis imposterum audeant; usque adeo ut a
S. Vindiciano, flagellum iugisemodi sacrilegis mi-
naciter intentante, illud merito posse usurpari vide-
retur.

Discite justitionem moniti, et non temnere Divos.
Quatnō ista, que iam recensuimus stipenda mura-
cula fuse a Waltero, primo sancti Sepulchri apud
Cameracum Albate, compendiosius autem a Baldi-
rico Historico referuntur. Is erat a secretis g G
eardo, et Lieberto Atrebatiū et Cameracensium
Episcopis. Porro iterumque, puta Abbas ille et Baldi-
ricus, abunde scriptis suis testantur, quantoq[ue] in-
dignarentur, quod pæclarā Pontificis Vimberiani
Acta indigno involverent silentio, sive istud so-
cordi scriptorum illius iætatis negligētio, sive vas-
tationi civitatum injus provincie per Normannos et
Danos non semel editio, sive denique damnosis bel-
lorum nostrorum civilium injuriis adscribi de-
buerit.

22 Id etiam memoratu dignum videtur, quod vir
quidam prius et eruditus circiter annua millesimum
ducemēsimū quadragesimum (velut ex manuscrip-
tis Breviaris colligitur) hymnum in Patronū nostri
laudem conscriperit, enīs est initium: Dux nos-
tū VINDICANE, etc. In eo autem hymno, per verba
huc, quæ subsequuntur, Ut in uno momentū facta
TERA MIRACULA, anctor iste videbit innere
Deum quondam voluisse Confessorem suum insigni-
bus novem illustrem fieri miraculis. Hinc est for-
tasse, quod Bulletus Abbas Eligianus ejus capsa
argentea, quam fieri curaverat, effigiem hominis
claudicantis insculpi jussérat, qui luxata coxendee,

invocatoque Vindiciano domum sanus reverterat. D

23 Quam vero foret passim ejus nomen celebra,
vel hunc etiam appareret, quod decimoquinto Calendas
Novembri anno millesimo trigesimo Gerardus Epi-
scopus ejus nominis primus, Cathedralē ecclesiā
Cameracensem, quam ipse a fundamentis excute-
rat, consecrare parans, eo inter complures Sancto-
rum Reliquias, S. Vindiciani feretrum deportari, et
illud in sede Episcopali honorifice colloqui curave-
rit, in memoriam scilicet Ecclesie ab eo quondam
prudentissime et sanctissime administratricē. Legimus
etiam eamē capsam, ad similes actus solenniores
condecorandas, ad diversa loca fuisse conportata, ut patet ex donatione mansi de Insulis nobis facta a
Baldinno Pio Comite.

24 Labentibus continuo fluxu seculis, tandem ad

ea tempora deventum, in quæ Joannis Burgundie
Ducis a Carolo Dolphino ex insidiis inhumaniter &
trucidati miseranda caedes incidit. Ob quam inter

Burgundios et Aurelianos Principes, civile dissidium
longe luctuosissimum exarsit, quod universam Gal-
liam et hanc provincias funditus evertit. Et quo-

niam Angi in hujus belli societatem venerant, diu-
turnum fuit, et in roulto annos protractum. Quapropter Michael Dalennes Abbas, qui tunc monaste-
rio Eligiano præcerat, pretiosiorem domus sua^E su-
pellecilem in loca tutâ munitione deferri jussit. At

inter præcipua Ecclesie sua decora, cum nullum
foret capsam S. Vindiciani excellentius, nullum sanc-
tum, statuit, ut ea Duacum devecta, ad asylum

Eligianum deponeretur: quo in loco triginta qua-
tuor annorum spatio postea emansit. Tamen post

istud tempus evolutum, Joannes Bullotus Michaelis
successor, quo frequentibus a ceterum snorum in-
terpellationibus solliciteret, sacram hoc depositum

ex urbe Duacensi accessitum, antiquo domo redi-
dere decrevit; sed fabricata prius eximiū operis nova

capsa, argento, auro gemmisque insigni artificio dis-
tinguit. Post huc conventum est inter Bollotum Abbatem,
et Hugonem de Cayen Atrebatum Episcopum,

ut sacre ejus pignoris Relatio sive Translatio ad Cath-
edralē Deipara Virginis ecclesiam fieret ipsi Nomis

mensis Iuli anno millesimo quadringentesimo quin-
quagesimo tertio. Eadies ubi advenit Hugo coram Le-

gato Apostolico, qui tum Atrebati aderat, et Abbatē
Vedastino, et Martelano, alioquin Praefatis, univer-
soque cœtu Eligiano, et maxima populi cypriœcumque

ordinis turba, Sancti nostri Vindiciani Reliquias ex
vetere capsā exemit, omnique adhuc honoris et de-
bita reverentia puro puto serio panno involutas, in

recens feretrum transtulit, et rite composuit. Inter-
rea modulante choro, organa veteraque nubila sua-
vissime personalant. Hic videri licet flagrantissimam

ascetarum nostrorum totiusque populi pieta-
tem, qui osculando feretro, fuis etiam pro lacertia

lacrymis, sattari vix poterant; immo communuto veteris

capsæ ligneo tegumento, certabant omnes frus-
trum ahqd religiosus ergo dominum restringere: Episco-

pus vero, ne ceteris tanto Pontifice honorando cedere
videretur, Cupsam solenniter cum omni Clero, ad

suburbana usque pomaria deduxit, campanis omni-
bus tum ecclie in Cathedralis, tum Vedastini mons-
terii keto sonitu perstrepentibus. Hinc pompa magno

apparatu Eligianum montem versus procedere co-
pit. Proceedebat urbana ordinarii Babistariorum

cohors tua cum suo Rege, et Constabili, explica-
ti vexillis, signisque voluntibus non sine grato hi-
tuorum auris et aures demulecentium elongare. S-

equabantur congruo ordine ascetæ omne, canica
et hymnos decantantes, una cum suo Aribitate, qui

instar quondam Davidi Aream Domini præcedentis,
spiritalem latitudinem, quæ in sinu agitabatur, volu-

gestusque abunde prolebat. Postremo agmen claus-
debat

misere
punctum:

Iustu Ducis
militum:

delicata
campanulam:

igne sacro
affigunt:

fauces culpam
liberatur:

rehquis
deportat
Cameracum,

et ad alia
loca:

et tempore
belli

ad refugium
Duacense:

trebati
Imponunt
anno 1433

placent
processione
referuntur
volumen
Eligianum.

A debat, calo admodum sereno, tanta populi multitudine, ut via militaris tota hominibus constrata et coperta consiperetur. Postquam autem ad ecclesiam Eligianam ventum est, sacra Capsa in egregio tabernaculo ad id nuper preparato, reverenter admodum fuit edicata. Et quo tanti Pontificis memoria apud posteros foret augustior, statutum est ab Abate et Capitulo, ut huius translationis ferme anniversaria Nonis Julii, in posterum celebrarentur, suppresso sedice Elevationis die, que quotannis etiam ad septimum Calendas Julias recolebatur.

*ze Transla-
tio celebra 7
Jul.*

^a Continentur hoc duo miracula apud Baillericum cap. 31 et 32, et Wallerum Abbalem. ^b Holdereius, divinitus commonebatur — c. Melchior regentum Holdereius cap. 33 et 33 — d. Harbutius cognominatus, alias Arnoldi Januarius, ac pater Baillericus Insulensis. — e. Valentinius Comitis, alio e. Comitis Montium, qui Hannanum solent Comites appellari. Intra num. 27 dicitur hoc ubique facta anno 1006, alia aut unum 1003 refertur. Comitis Baillericorum lib. 1 Historie Valentiniensis cap. 15. — f. Henricus caput 13 Julii — g. Gerardo priuus anno 1049 mortuo, successit Hetherius vita factus 1076. — h. Anno 1412.

Ibi mox populus magno concursu studioque copit illud certatum deosculari, pieve de venerari. Porro Baillariorum Atrebateus a Monteliganis efflagitaverant, ut hieret ipsis feretrum hoc in ea supplicatione humeris deferre. Sed Praesul et ascetis alter visum, ne forte in tanta inconditi vulgi turba, jurgium aut tumultus suboriretur. Illi tametsi repulsam passi, tadiis militum dominus accensis, variisque luminaribus prolati, palam eo die ostenderunt, quanto honore et cultu S. Vindicianum, veterem sodalitii sui Patronum, prosequerentur. Ceterum Verviniano ferebatur sublato belli metu, et securitate huic Provinciae redditu, actum est inter Eligianos de capsula S. Vindiciani, clam et sine ullo strepitum, ex Channeyis Asylo domum reducenda, constituto etiam die ad duodecimnam Calendas Julias anno millesimo sexcentesimo primo. At consilium hoc Baillariorum secreto indicavit Magister Joannes le Rieque, qui tunc Monasteri erat Baillivus. Itaque hi illo die egregiam rhedam nostris obtulere, cui sacrum hoc pignus fuit impositum : adeoque omnes militariter instructi, cum signis et vexillis, illud ad Montem Eligianum deduxerunt. Postea quoniam vero ventum est ad vicum De le Warde, adfuit cum omnibus Ascetis Abbas Eligianus Pontificale veste induitus : ibique feretrum duorum acetarum humeris fuit exceptum, qui inter ceteros erant honoratores. Et mox chorus non sine laetacis, in Psalmos et in convenientia Responsoria effusus, ecclesianus versus coepit progredi, rursusque exoptata haec tantopere capsula ad aram principem fuit deposita, eodemque momento S. Ambrosii et Angustum hymnus, praeante Praesule, cum incredibili exultatione spirituali, modulantibus organis est decantatus. Interea incole Montani non minori gaudio et pietate impulsi, eam impressis osculis, fuisse votis sunt venerati, sibi in trito udis etiam gemis gratulantes de sanctis Divi Tutelaris ossibus domum rursus postulum reportatis. Baillariorum autem in opere navatae praeatum lauto epulo fuere excepti, et ab Antistite honorario munere donati. Hinc eodem apparatu domum reversi, Eligianorum humilitatem et munificentiam apud suos cives, non sine applausu prædicaverent.

ⁱ 27 Prusquam vero huic narrationi finem imponam, illud subiungo nequoniam praeterendum videtur, quod scilicet S. Vindicianus monasterium hoc in sua peculiari tutela perpetuo habuerit : quandoquidem a compluribus seculis Eligianam domum in eo statu et splendore, quo etiam hodie clarere conspiciatur, haec tenus conservari : ejusque sacra profanaque hora, non modo adversus veteres, tum helorum tum Procerum nobis infestantium contumelias, sed et nuper adversus recentes inferioris nocte hominum injurias et sacrilegia, non sine mox subsequenti atrocis vindicta, egregie defenderit. Quod hic paucis, facta utrinque comparatione, memorare hanc abs re fuerit. Nam veluti anno millesimo sexto, haec ecclesia pretiosis donariis referta, ob cerebra, que ad monumentum S. Vindiciani fiebant miracula, a Normannis violenter irruentibus, non sine multa caede, penitus eo consilio fuit expoliata, ut praedam scilicet comparationem inter se partirentur ; sic et nostri temporibus, anno videlicet millesimo sexcentesimo vigesimo septimo, simile quippam contigisse videntur. Siquidem scelerata quoddam deploratorum caterva, ex Mareolo et contermino Squaviensi vice adunata, certior facta, aram nostram principem, ^f ^{tunc anno 1627,} omni sacra superfectile, tum argentea, tum deaurata esse exornata, ad celebrandas postridie Deiparae Virginis in celum assumptas ferias, andax et impium facinus jampridem decretum, et sepius animo recoctum, tandem aggreditor, observato etiam constituta noctis idoneo momento, cum post decantatas

*soleni purpa
rebus anno
1604*

CAPUT V.

Varius S. Vindiciani cultus. Fures puniti.

B <sup>Strigula hib-
dominum cre-
tum Officium</sup>

Prioreca fuit constitutum, ut semel singulis septimanis fieret simplex trimm lectionum officium, si nullum aliud occurserit impedimentum. Id quod deinceps fuit perpetuo observatum, donec hac actate receptum est a nostro Breviariorum Romanum sub Reverendo Abate D. Adriano du Quesnoy. Tunc enim praeceptum fuit, ut semel in hebdomada post Primam Missam S. Vindiciani decantaretur, si mense per alias occupationes fieret. Porro Legatus Apostolicus, cuius mentionem supra fecimus, centum dierum indulgentias iis concessit, qui anni hujusmodi translationis recurrentibus feriis, aut aliquoquin quibusdammodo totius anni solemnioribus Festis S. Vindiciani Reliquias veneraturi, haec loca adirent. Item hinc postea Nisus datus Cardinalis titulo S. Crucis in Hierusalem, qui tunc Atrebati ad pacis foderam inter Cardum septimum Francie Regem et Philippum Burgundie Iacobem confluenda occupabatur, quo populi zelus et studium excitaret augeretque, pares conditiones impetravit omnibus, qui facta contrito animo exomologesi, aut elemosyna egenis erogata, ad ecclesiam Eligianam, intra Translationis octavas Superius et Patronum suo supplicaturi accederent, iamdudum vero anteua Innocuentis quartus sui Pontificatus anno, et Incarnati Verbi anno plus minus millesimo ducentesimo quinqagesimo secundo, quadragesima diem Indulgencias ab his pariter percipiendas promulgavit, qui festum eius religiose colnissent.

C <sup>et ultro ab
tempore 4</sup>

26 Tempore nostris post bellum inter Philip-
pum secundum Hispanie et Henricum quartum
Francie Reges exortum, quod fato quadrienni in
hunc potissimum datus gestum est, non sine singulari et Artesiae et monasterii nostri detimento, tandem apud Verymum, sublato dissidio, in pacis conditiones ab utraque parte descepsum est, postridie Calendas Maiis anno millesimo quingentesimo nonagesimo octavo : quae denum Atrebati proclamata fuit septimo Idus Junias. Quo die instituta est maxime apparatus publica supplicatio, cui intererat infinita hominum multitudo. Inter sacra reliquias primi S. Vedasti caput, hinc ipsudem Divi item S. Vindiciani et S. Bertilia corpora, cum sacra Atrebateni core, in cumbrebantur. A Vindiciani Capsa in sox asceti nostri, indutis pretiosioribus suis dalmaticis, gestabatur, equitibus ministris domesticis cum splendidis faciulis et finalibus. Hos proxime sequebatur D. Adrianus du Quesnoy Abbas Eligianus, tiara et Pontificali annulo venerabilis. Ulo vero ad angustum Deiparae Virginis sanum pompa substitut, feretrum S. Vindiciani fuit a se impositum,

*Bellum Ares-
ti in Progre-
ssione del 14
anno 1608*

A tatas ab ascetis preeces matutinas, templum hominibus esset omnino vacuum. Itaque sub amioram adfuere pro foribus cum ferramentis rustici isti praedones, quibus trium portarum seras, cunctaque repagula perfregerunt. Hinc scalis tribus muris superatis, clatum ferrem etiam communuerunt, quo in cryptam sive sumum inferius pateret desensus. Inde superioris chori ostia cum reperissent aperta, recta ad altare contendunt, atque sacrosanctam Eucharistiam ex theca deaurata detractam, nefariis manibus indignae attrahant. Item crucem argenteam, cui Spina Dominica includebatur, una cum imaginibus et sex candelabris ex argento conflatis, rapiunt, atque sub effosam in nemore Squaviensi et Gondofrido scrobem recondere trepidanter festinant. Certe si olim Normanni in convasando hujus Ecclesie thesauro, multa impie et inamittere perpetraverint; non videntur iis cessisse Squavienses et Mareolanenses sacrilegi. Etenim non modo imagines et cetera spolia argentea in varia frusta dissecerent, sed etiam divino humanoque jure preculato, execranda, infandaque flagiti erga venerabilem Eucharistiam, et Spinam dominice Crucem admiserunt. Retert fama Normannos post sacrae rerum expiationem, divina quadam, oculataque vi agitatos,

B neque satis mentis compotes e vestigio ex templo, quid profanaverant, compulsos finisse excedere. Non secus nostratibus usuvenerit, qui more furum ad quemlibet strepitum vel levissimum tremendum, perpetuo vicini horologii motu exterriti, et timore quodam panico correpti, relictis prie nimia formidine supra et infra altare iconibus aliquot argenteis, mox sese ex eo loco, perturbatis proculdulce sensibus, certatum ejecerunt.

28 Rursus Normanni, veluti post admissum saeculum a malis genitis omni tormentorum genere exercitati, statim coacti sunt, ea, quae rapuerant, ad sacrum monumentum referre: sic et nostri, mente divinitus obsecata, dum existimant se esse asportata vasa arcana tutoque loco defodisse; ecce contigit ut illa eodem die, diligentissima indagatione, sint ab ascetis et incolis Eligianis reprehensa, et atra sua, eur dicata erant, redita. Normanni quidem justo Dei iudicio absque ultra mora atroce sue temeritatis poenas dedere. At nostri, tametsi ad tempus domi impune remanserint, falso arbitrati factum suum celari posse; ipsi interea nihilominus tantorum sceleurum sibi consciit, intrinsecus perpetuo metu lancingabantur, atque re ipsa experiebantur nullum gravius esse furorosis hominibus tormentum, quam nocte dieque suum gestare in pectore testem. Porro Nor-

mannis immania fuere a cacoëdemonibus irrigata supplicia: pariter nostris, tum Atrebati, tum Burburgi a publicis lictoribus fances laqueo elise, sed prius et equine, et infami carcere pœnlore pene examinati. Ad huc Normannorum nonnulli furi-bundi et ad insaniam redacti, linguis subi et poplites ferro dissecuisse memorantur: idem vero uni ex isto grege contingisse videtur, cui nomen erat Morontius Durashel. Huic enim lictor, prinsquam in malam crux ageretur, manum securi præcidiit. Præterea Normannorum quidam, propter sollatum ex loco sacro tutum alium a corporis totius stivissimis, quibus divinitus affligebatur, doloribus, prius liberari, quam illud restituisse, nequaquam potuit: eadem passus est et iste, cujus supra membra, qui aliquot candelabra igne fusa in luminas argenteas transmutarat, quas deinde in Montredio Picardie oppido venales cum exponeret, in vincula conjectus est, et postea Atrelatum transmissus, teste lat, nec nisi post ejus supplicium, argentea haec lammate, Eligianis fuere restitutæ. Ferunt Richardum Normannorum Comitem, audita magni numinis toni rigida in suis animadversione, serio edixisse, ut res omnes ablatae ex nobis prorsus reponerentur. Quod Richardi factum imitata videtur Serenissima Hispanie infans, Isabella Austrica, Belgicarum Provinciarum Governatrix. Etenim intellecto tam enormi sacrilegio, non modo suum Audientiarium ex urbe Bruxellana hue transmisit, ut diligenter de tota re gesta inquireret: verum etiam Amplissimis Cameræ Artesiensis Senatoribus per litteras sedulo injunxit, ut maius in reos istius criminis convictos lege agerent, atque severa statuerent exempla. Postremo quemadmodum etiam pars Normannorum somor, qua a modicio abstinerat, in patriam posteri redux, attomis popularibus suis exarravit, quanta mala furacibus sociis ad Montem Eligianum ex manifesta S. Vindiciani vindicta ohvenerunt; sic et bac attate, simul atque sparsa fuit per Artesiam et remotiores provincias imperii sacrilegi fama, vix dici potest, quanta hominum animos incesserit religio, qui unis S. Vindiciani secundum Denim meritis acceptam ferobant, quod et sacrae reliquie essent recuperata, et rustici latrones tam cito capti puniri. Certe hinc iopudo constat Eligianam domum ab Titelani suo Patrono, adversus quorundam libet adversarios sed præcipue sacrilegorum impios conatus et rapinas, fuisse quovis tempore prodigiouse vindicatum; usque adeo ut a nostris Distichon istud hunc abs re iam usurpetur:

Discat posteritas: en Vindicianus ab avo

Predonum vindicat ut fuit, est et erit.

*prescripta
executione ab
seruativa
tabella.*

E

DE S. BENEDICTO ARCHEPISCOPO MEDIOLANENSI.

Mississe Mediolanense, ad uorem suætissimi Domini et Pontificis Ambrosii anno millesimo excusum, referi in Kalendariu præfato ad XI diem Martii memoriam S. Benedicti Episcopi et Confessoris, quem postmodum Martyrologio suo inscripsit Galesinus his verbis, Mediolani S. Benedicti Episcopi, qui Ecclesia Mediolanensi ad Dei voluntatem p[ro] administrata, miraculis clarus, et virtutum lande in omni Italia florens, quievit in Domino. In Martyrologio Germani Canisii secunda editione, S. Benedicti Episcopi Mediolanensis cultus notatur: quod etiam fit in Martyrologio Romano. Illustrè testimonium de eo præbet Paulus Diaconus lib. 6 de Gestis Longibardorum cap. 29. Tunc quoque, scilicet tempore Regis Ariperti, venit Benedictus Archiepiscopus Media-

lanensis Romano et caussam egit pro Ecclesia Ticinensi. Sed vix est, eo quod a prius temporibus Ticinenses Episcopi a Romana fuerant Ecclesia consecrati. Fuit autem isdem venerabilis Benedictus Archiepiscopus, vir egregia sanctitatis, de quo per universam Italiam bone opinionis lama flagravit.

2 Decessor ejus in Sede Mediolanensi fuit S. Melchiorius, mortuus post annum octoxx, die xix Februario, gestis suis, aliis de eorum. Post Mansuetum, inquit Ughellus, tomo 4 Italicæ sacrae, promotus est S. Benedictus Crispus Mediolanensis, tum doctrina suo sapienti monachus clarus. Hunc suæ jurisdictionis acerbumq[ue] defensorem gravis lis coram Pontifice Romano excepit. Cum enim contenderet Ticinensisq[ue] Episcopatus Mediolanensi throno subesse; ille p[ro]p[ter]ea interretur,

*scripta cycli
g[ra]m[m]a[m] in p[re]lectu[m]*

*B esterni fugi-
unt:*

*recepta super-
teat*

*Capit. marie
p[ro]positi*

*Inventarium
Pauli Diaconi*

*CINQ AN
DCCCLXXV
XI MARTII*

*Nomen in
Martyrologio.*

alter res

*scripta
cycli
g[ra]m[m]a[m] in p[re]lectu[m]*

A retur, se ad arbitrium Romani Pontificis ex antiquo iure immediate spectare, felicior litis eventus a Ticiensi stetit. Benedictus vero cum causa cecidisset, revertitur Mediolanum, ubi S. Benedicti cōnchoniu aedificavit, quod hoc tempore paucitentius mulierculis est pro domicilio ac sepimento pudoris... Codoaldi Anglo-Saxonum Regis epitaphium ipse composuit, qui aljurata idololatria, ad Christum se converterat, sacerdote fonte a Sergio Pontifice ablatus fuerat, defunctusque paulo post, apud S. Petrum ejusmodi cum epitaphio est inveniatur. Ceterum Benedictus e vivis exemptus est anno sui Pontificatus xiiii, vel, ut alii volunt xiii, quinto Idus Martii anno ccclxxv, sepultusque est in basilica Ambrosiana et in numerum Sanctorum relatus. *De Rege Cadoaldo me Ceadwalla late omnia discutit Alfordus in Annali*

bus Anglo-Saxonum od omnium Christi 687, quo mortuus est xx Aprilis, et ad illum diem inscriptus Martyrologio Anglicano. Interim epitaphium, quod huic Regi composuit S. Benedictus Episcopus Mediolanensis, apud eundem Alfordum, Boronium et plurimos olos legi potest De S. Benedicto eadem, quo deditus, fere habent Tabulae Archiepiscoporum Ecclesiarum Mediolanensis ex decreto Concilii Provincialis iv sub S. Carolo Borronio habiti, Franciscus Besutius, Joannes de Deis atque scriptores Historie Pontificalis urbis Mediolanensis, et cum us Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiae, qui annotat Benedictum Officio Ecclesiastico non celebrari. Brautius Episcopus Sororius in Martyrologio Poetico cum elogio isto reveratur :

Hic Benedictus erat factis et nomine Praesul,
Maxima qui cessit post benefacta senex.

DE B. AENGUSSIO KELEDEO ABBATE ET EPISCOPO IN IIBERNIA.

CIRCA AN.
DCCXXIV
XII MARCHI

B **A**EGUSSUM, ab insigni in Deum pectate Kelodemus cognominatum, titula Abbatis orunt antiquus ipsius scholastes : Episcopum autem Martyrologia tam Moriani Germani quam ipsum Tamlaetense : auctum videlicet Sanctorum aliquot junctorum accessione post auctoriam sua, id est, ipsius Aengussi mortem. Hunc Colganus Hagiographum non numerito tota, scrispsit curia de Sanctis Hibernie opuscula varia : quorum praecipuum majorisque in rem nostrum auctoritas Festilogum metrum est; in quod nobis persuaderemus praeceptus omnes, et quibus singularis aliisque cultus deservitor, esse relativos: cum in aliis opusculis et Hibernus martyrologus Sancti appellatio latius accepta videatur fasce quam usus, non hodiernatulum, sed etiam antiqua temporis fideliter per Ecclesiam reliquum. Haque locus et inter Sanctos dandus, tum quia corum tenet in Hibernie Martyrologiis, tunc gaudia egregia suo circa honorem Sanctorum studio ea adjunxit extirparum virtutum, presertim humilitatis exercitor, et auctor clarius miracula, quo persuadet talen verum, in natione ad constitendum Sanctorum suorum cultum minime rigida, obtinuisse post mortem eos honores, qui soli ab Ecclesia canonizatis Sanctis nonne permittuntur. Et quoniam, qui de extat Hibernus hymnus perantiquus, neclum Latine redditus est, satis habebit lector Fita a Colgano conscriptam videre; donec ille Hymnus, cum ipso quid promittatur Festilogi, publice aliquando juris fiat

sancto Abate Mal-athgenio circa annum septingentesimum sexagesimum septimum e vivis ereto, insignes fecit proiectus : quibus tandem tantum sibi sanctimonie et doctrinae comparavit nomen, ut nequinius suo aeo in patre solo haberit omnigenae eruditissimae hunc parem, nequinem sanctitatis opinione superiorum. Licet enim integra acta, dubio procul olim extantia, et luce dignissima ad nostram notitiam non venerint; tamen quidam alius priscus scriptor, ipsi quantum colligimus synchronus et homonymus, (Aengussim enim se nuncupari indicat) qui ejus landes vetusto metro descripsit; et alius veteris auctor, qui praelectionem sive argumentum ejus operibus praefixit; talia de eo posteriatis reliquerunt virtutum signorumque testimonia ne doctrinae emendatione, quae cum virum suis raro tum sui tum etiam mundi contemptu mirabilem magis quam imitabilem; celestium insuper visionum gratia illustratum; exinde zelo singularis sapientiae dono praeeditum; nec non signis et virtutibus clarum abunde demonstrant.

2 Ab ineunte aetate summa adductus austeritatibus propriis carnis sensum continuis castigationibus reprimebat Non procul a Monasterio de Cluanedneach edidit eremum, ex ejus nomine Desert Aengus, id est, Desertum Aengussii appellatum: ubi divinis laudibus, et continuis cum carne et satbana conflectutionibus ita intentus erat, ut dilibus singulis totum psalterium decantarit, et trecentas genuflexiones inter alias divinas precationes plique exercitia fecerit. Psalterium in tres partebatur quinqagenas, ex quibus primam in oratorio, secundam sub dia juxta proceram arborem oratorio adjacentem, tertium didic aquae gelidae immersus, et fane seu reti ad collum cinctus atque ad palum affligatus persolvebat. Et cum ejus sanctitas his aliisque coelestis vita arditis exercitationibus curpisset vulgo propalari, et in ore omnium cum admiratione et laude versari; concepit popularis aura et mundi spretor eximius modum, quo mundo ignotus populi acclimationes et omnem vanae glorie ventum declinaret. Audiens nempe S. Moelruani Abbatis nonnen, monasticis instituti rigore, et eximia vita sanctissima eo tempore inter Hibernos longe celebra, iter suscepit versus Tamlaetensem Monasterium tertii milliaris a Dublinio urbe, ubi magnum monachorum custos S. Moelruanus, regularis discipline eximius restaurator et pietatis promoter, sanctissime regolat.

3 Dum conceptum iter suscepisset, divertit in Angelicæ via ad Ecclesiam de Bull-benachvir in regione Hisalgæ

Aengus, nobili genere natus,

ac primum in Eblain-
ednach monach.

nre austeri-
tatis studia-
clarescens,

et clam
Tamlaetum
profugiens,

F lorum in Hibernum, secundo octavo ad exitum des-
ciliante, vir antiqui generis nobilitate, et virtutum splendoris clarus, patro sermone Aengus, Latine Aeneas, et Aengussius appellatus, qui sanctus operibus et scriptis aeternam sua comparavit memoriam, et patriam egregio nobilitavit. Aengus pater erat Aengavamus, avus Hoblenius, Edlirao matris, ex regio Dal-madidiorum in Ultonia sanguine oriundus, generis quiescerem per avos atavosque viros principes ad Coelbadium, ultimum e sua familia Hibernia Regem, referens. Hic ab ipsa pueritia chartissima amulatus meliora, militiae Christi summiscripsit notum, Monachum professus in nobili monasterio de Cluanedneach in regione Ligenie, Hisalgæ appellata: ubi in studiis virtutum pariter ac litterarum sub-

A Hisagiæ ; ubi circa ejusdam recens defuncti tumulum conspicatus ingentem Angelorum multitudinem ad celos usque diffusam, et divinam mehdiam ac celestia cantica concinente; petit a loci præfecto Presbytero qui vel qualis esset, qui in isto recentum jaceret sepultus. Respondet Presbyter esse quendam Conversum, qui ex seculi milite miles Christi factus, in poenitentia et landabili conversatione perseverans, finea poenitentiali vite paullo ante posnisset. Et cum inquireret amplius, qualia fuerint ejus opera et quibus deditus exercitiis; respondit præter consueta poenitentium exercitia, se nihil aliud in ejus operibus notanter observasse, præterquam quod in more habuerit, dum se ad quem ten componeret, omnes Sanctos, quorum memoria oceurebat, ut sibi sint intercessores propitiæ, per nomina invocare : quam consuetudinem et vesperi et mane quotidie iterabat. His auditis, cogitavit secum vir Dei, quanta mercede repremarietur, qui panegyrico eorum in laudem composito, singulis diebus imploraret opem et intercessionem præcipuum hæresiæ Sanctorum : et cogitatum suum postea opere exequutus est, juxta mox dicenda.

ed quotidianam Sanctorum invocacionem exercita

B 4 Inter ea susceptum iter prosecutus, habitumque ementitus, venit ad S. Moelruanum : ab eoque, non men alias ex fama notum et clericale institutum occultans, petiit et obtinuit, ut inter Conversos in monasterio admitteretur. Veteranus ergo Christi miles, tamquam novitus tyro, probationis causa, deputatur ad quævis viliora et difficultiora monasterii opera . que ille munera lubens et sedulus obibat. Applicatur impræmis horre et granari durioribus et vilioribus operibus : que mundi rarus contempitor et sui persecutor spatio septennii ita executus est ut servus Dei electus, reconditæ sapientiae arca, et summus coelestium inter agrestia opera contemplator, ad nihil aliud quam ad vilis mancipiæ munia obvulsa idoneus videretur. Nunc maturam messem in sudore vultus metebat, nunc collectos manipulos dorso vectos, ad horreum adportabat, nunc spicis tribulario flagello obtusis, grana exprimebat . expressa denum evenitulatione a paleis segregabat, segregata triturazione repurgabat, repurgata saccis inclusa, velut osium, hodie ad granarium, cras ad molendinum, dorso vehebat. In his omnibus laboribus semiindus, sudans, sordibus et cineribus perfusus, nulla corporalis cultus vel exterioris compositionis habita ratione, perseverabat adeo, ut prolixis pilis impexo promissisque capillamento (quo membra dilatio squalore horrentia potissimum obtegebant) implexa grana paleasque non prius abs se excuteret, aut extricare satageret, quam vel ex se decidarent, vel (quod nonnumquam contigisse animadversum est) carni jam coalita germinascere viderentur : ratus vir sanctus, præclarum monastri speenien instituti, tum se promeritis honoratum cum ab omnibus non jani vilis aljectusque hominio, sed horridum birsutumque monstrum haberetur.

laboriosissima

et rigorissima

ampullatum

brachium

ipsæ subi

restituit

C 5 In nostra ansteritatis studia sapientissimum virum adegit, qua interius restuabat, divini amoris flamma ; quam probe norat in mortificata carne et spiritu humiliato ardore felicius, et lucere gloriosius. Et hinc merito cognomentum illud adeptus est, quo vulgo Kels-Da indigetatur : qua vox Latineredita, Dercolum seu Anadeum designat. Nec dominus, cuius amore tanta humilitatis et abdicationis fieri argumenta, permisit ea præteriri sine evidenteribus approbationis testimoniosis. Quadam enim vice dum hic vir sanctus in vicina sylva in usum monasterii ligna cedebat, casu contigit, ut, dum ramum truncò abscindere vellet, non ramo, quem manu sinistra abscindendum tenebat, sed proprio brachio securis

Martin T. II.

ictum incautus inferret, illudque plane dissectum a reliqua compage abscinderet. Res dupli miraculo miranda subsequitur. Aves istius sylve viro Angelice innocentie et puritatis ante (ut appareat) familiares, inopinatum illum casum et miseriam, auctore naturæ earum naturalem instinctum immutante, quasi miserantes et ingeniosentes accurrunt; strioribus et sonoris vociferationibus se, qua lieuit, compati indicant et constristari. Vir autem sanctus, cogitatum suum in creatura omnis Conditorem mirificum et piissimum reparatorem sine beatitudine conjiciens, altera manu abscissum brachium suo loco adaptat, et mox plene coaduuatum et redintegratum, quasi unquam avulsum, reperit; et in mirifice creatoris et reparatoris omnium lades resolvit.

D 6 Contigit et ibidem alius casus, et subsequens prodigium, quod lucernam illam sub medio adiuc positam, super candelabrum posuit, virtutemque eximiam, quam occultare tam operose studuerat, omnibus patefactam reliquit. Erat inter Moelruani discipulos quidam puer, qui, quod diurnum lectioñis a magistro præfixa pensum addiscere vel neglexerit vel non valuerit, severi magistri animadversionem pertimescens aufugit, et in granario, in quo S. Angussius manuali operi insistebat, se abscondit. Vir sanctus ab eo petit sui recessus vel fugæ causam : quam ut puer, prout erat, aperuit : vir Dei blande illum consolatus, jussit accedere, somnoque in sinu suo parumper indulgere. Acquievit puer : et postea a sonno excitatum jubet Sanctus, ut præfixum recitat pensum. Pare ille, et fideliter recitat prælectionem; additque sibi videri se jam plene instructum in omnibus, quæ a magistro ediscenda possunt proponi. Mandat vir sanctus, ut puer scholam frequenter, et nulli aperiat, quæ circa ipsam divina bonitatis indulgentia dignata est operari. Scholam igitur frequentans, inventus est non solu suum pensum optime calluisse, sed et raro infusæ scientiæ dono illustratus. Quod cum minimus admirans S. Moelruanus adverteret, petiit ab eo, ut enarraret, quid sibi contigerit, que sit tanto in mutationis causa. Et cum conaretur aliquamdiu occultare rei, ut contigit, circumstantias, magistri nimis coactus, totam rei gestæ seriem enarravit.

E 7 Ad hec omnium stupefactus, et aliquamdiu præ admiratione hærens S. Moelruanus; divinitus illuminatus, tandem exclauavit dicens : Ecce filius promissionis, et vas electionis Angussius est, quem tandem mancipiæ loco et granari custodem habemus ! Et cum uno tantum esset induitus calero, nou remoratus est intonum, ut alterum indueret; sed illiso surgens euenerit ad granarium, et irruens in amplexum Angussii ait : O electe Dei, quomodo nos ita decepisti ? qualiter nobis imposuisti ? nonne justitia et iniquitas magis erat consentaneum nos humiles et pusilios venerabilis tue paternitati, quam te magnum et electum Christi servum nostre parviti et abjectioni inservire ? Et cum vir Dei sic detectus, præ verecundia et confusione nihil valeret loqui, S. Moelruanus adiicit et aliud, quo magis adhuc confundelatur. Coram illo enim prostravit se in genua provolutus, et humiliter veniam erroris deprecatus est. Post hac erubescente, et reluctante peralxit secum ad monasterium, et in summa de cetero habuit veneratione ac respectu : ictuque eam eo spiritualis necessitudinis fidelere, intima deinceps coluit amicitia. Liceat S. Angussius, ut jam vidimus, summo studio contenderit, omnes mundi effugere honores; fugiente tamen virtutis semper omnes secuti sunt. Legitur enim et multorum monachorum Pater et Abbas extitisse, et ad Episcopalis dignitatis apicem insuper evectus. Mu-

et hinc notus a
S. Moelruano

A nus Abbatis in monasterio de Clainedneach vel saltem in cœnobio de Dïsert Ængus, videtur exercuisse : et hie Martyrologiorum auctores, qui enim appellant Episcopum, non exprimit eojus Sedis fuerit Antistes, existimo ipsum dignitatem illam eodem loca, in quo et manus obiit Abbas, sustinuisse.

CAPUT II.

Varia a S. Eugessio exarata monumenta.

*scriptum Festi-
logium metri-
cum*

Scripsit hic sanctissimus vir varia opuscula, quibus non minus quam meritis et virtutibus patrum illustravit, et nomen suum apud posteritatem, de qua bene meritus est, longe famosum reliquit. Inter haec notissimum, et apud conrives in somno semper prelio habuitum est, illud Martyrologium, sive, ut ipse vocat, Festilogium, vetusto patru idiomatis metro conscriptum, quod non continet ad singulos dies nisi aliquot ex praecipuis Sanctis, sive, ut ipse loquitur, aliquot Sanctorum Principes. Brevitatis autem tanta causa fuit, quod per modum diurnae precatiōnēs intenderet, et consecuerit ipse illud singulis rectare dubius admittitatem viri Sancti, cuius supra fecimus mentionem. Si enim omnes illo concluderet Santos, es et ei impossibile cum toto psalterio aliisque quotidiani exercitus iam memoratis, totum illud Festilogium diebus singulis recitare. Addidit postea aliquis vetus scholastes glossemata ad hoc Festilogium; in quibus aliquando aliquas memoriales virtutes, aliquando plenora gesta eorumdem Sanctorum compendiose referit.

D 9 Se no vir sanctus alius Sanctis, quos in iam memorato Festilogio metrico omiserat, videretur injurias, eorumque sanctitatem in dubium vocare, usus opera S. Moelruani, compilavit soluta oratione aliud Martyrologium longe copiosius, pluresque complectens Santos omnis gentis et etatis quam ullum aliud, quod vidimus nunquam prodisse. In eo enim longa verba prima recenset ad singulos dies nomina Sanctorum inflarum gentium, et postea seorsum adjungit nomina Sanctorum Hibernie, ut hinc merito licet conjiceret, quod prior ejus pars continere innumeros Santos in Martyrologio Ronanum et aliis omissois, sit Martyrologium illud Hieronymi vel Ru-sabin, a multis veteris scriptoribus saepe laudatum, et a modernis dum desideratum; vel saltem ex eodem compilatum. Ængussius enim in secunda prefatione

G vel appendice sui Festilogii metrici, citat et Eusebii et Hieronymi Martyrologium. Et in duobus invi-jus Martyrologii exemplariis, in que motilis, que nullus superiourum, solum nulla Sanctorum nomina plenaria leguntur.

10 Nostri non sub nomine Martyrologii Tam-lactensis diximus etiandum, quod tamen organum. Primum, quod in Monasterio Tam-lactensi, in quo hi duo viri sancti (ut supra vidimus) simul habebant, sit compilatum. Secundum, quod sine Fothadio et etiam confusione (quandoquidem aliud Ængussii Martyrologium ab ipso solo compilatum, sive ipsius etiam) non posset sub intrinseco nomine coniuncti citari. Tertium, quod arbitramur illud a praeceis scriptoribus eodem nomine appellatum esse. nam Marianus Gormanus (qui ante quingentos annos vixit) in prefatione ad sommum Martyrologium scribat. S. Ængussius compilasse suum metricum Festilogium ex Martyrologio Tam-lactensi ante composite; ex quo perpanguis desumpsit, et ad quem lectorem remittit, illud autem Tam-lactensem non aliud a praesenti arbitramur; cum hoc fuerit, ut diximus, Tam-lacti compilatum, et nonnullam partem extet hodie Martyrologium, quod Tam-lactense appellatur, vel potuerit extitisse, quod potiori jure Tam-lactense appellari

posset. Quartum quod hoc Martyrologium con-tineat natales ipsorum Sanctorum Moelruani et Ængusii, et aliquot aliorum Sanctorum, qui eodem se-culo cum ipsis vixerunt, quos et constat post ipsos obiresse: hanc autem additionem factam arbitramur ab aliquo Tam-lactensi monacho, qui sub finem se-coli noni vixit, et sub initium decimi decessisse vi-detur. Meminimus enim sancti Corprei Episcopi Clua-tensis, qui anno octingentesimo nonagesimo quarto obiit, non tamen S. Corbinaci Regis et Episcopi anno nonagesimo tertio mortui, vel ullius Sancti, quem constat vixisse post seculum nonum.

11 Quid vero quidam tradunt non solum hoc Martyrologium solita oratione compilatum, sed et aliud metricum, de quo primo loco diximus, fuisse a S. Ængusso Tam-lacti, dum ibi caram granari sub S. Moelruano ageret; compositum: triplici nobis argumento improbatur. Primo, quia in eo tradit na-talem S. Moelruani, (quem lucidum Hibernie solem appellat) celebrati die vii Julii: non igitur existens sub S. Moelruano, sed post ejus mortem illud scripsi-t. Secundo, quia S. Ængussius in primo prologo sui Festilogi scribit Dunchadum Donnaldi filium, Hibernie Regem iam mortem obiisse, quando ipse compositus vel absolvit illud opus: Dunchadus au-tem, juxtamostros Annales, et alios historicos, obiit anno septingentesimo nonagesimo secundo, et S. Moelruanus septingentesimo octogesimo septimo. Post mortem igitur S. Moelruani opus illud fuit compo-situm, vel saltem absolutum. Tertio, quia ipse Scho-kastus Festilogi Ængussiam, qui primus asserunt illud opus fuisse compositum Tam-lacti tempore S. Moelruani, tradit idem opus fuisse ab olutum et evulgatum in anno, quo Aulus Sextus, cognomento Odornilhe, Hibernie Rex, suscepit expeditionem versus fines Ligurie, Commachio Archiepiscopo Ad-machano, B. Fothadio, moltisque aliis Cleri et po-puli proceribus Regem ad illam expeditionem co-mitantibus.

12 Refert enim tunc illud Festilogium fuisse a S. Ængusso primo presentatione B. Fothadio viro ob summam sanctitatis et doctrinae opinionem inter Hibernos suo tempore clarissimo, et Fothadi metuenda S. Ængussio exhibuisse aliud opusculum, quod eoden tempore ad eundem Regem pro Cleri defensio-ne et immunitate conscripsit; et ipso meruit Cleram, quem intensiva quadam conscientiâ solebant Reges ad bellicos expeditiones in magnum Ecclesiasticae immunitatis prejudicium trahere, a tali joco impos-terum liberari. Illam autem expeditionem Clerique exemptionem in annum septingentesimum nonage-simum nonum referunt nostri Annales. Ex his ergo relinquitur illud metricum Martyrologium fuisse post mortem S. Moelruani primo absolutum et evulgatum. Secus est de illo alio opere S. Ængusso, quod Mart-yrologium Tam-lactense vocamus; nam illud, hiec postea ab aliquo, qui seculos sequentes vixit fuerit auchtum aliquot Sanctorum adjectione, fuit compositum ab Ængusso, vivente et cooperante S. Moelruano, ante annum septingentesimum octogesimum septimum, quo S. Moelruanum decessisse domestier tradunt Annales, et colligitur ex titulo operi praefixo, qui talis est: Incipit Martyrologium Ængusso, filii Hu-o-olenni et Moelruani, hic. Unde Marianus Gor-manus in prefatione sui Martyrologii recte obser-vavit S. Ængussium desumptissime Sanctos in suo metrico Festilogio recensitos ex Martyrologio Tam-lactensi prius composito.

13 Nec solis iam memoratis Martyrologiis, de par-tia, et Dei Ecclesia beneficitus est S. Ængussius, sed et pluribus aliis egregiis opusculis, etiamnam extantibus, et luce perditis publica, qua Nomini laxante gratia brevi domabantur. Scriptis enim de

*Moelruano
non per jam
mortuo;*

*et B. Fothadio
illud exhibet*

anno 702

*Ita a torris de
San m. istellor*

*poquiam quo
cum S. Mori-
ruano compli-
bret,*

*Martyrologium
Tam-lactense*

Sanctis

A Sanctis Hibernie quinque libellos, innumeræ multitudinis Sanctorum illius regni, et nominis Insulae Sanctorum justissime etimpositi indices et testes complettissimos. Primus libellus tribus capitulis recentet Sanctos diversorum ordinum sive Classem. Primo Episcopos numero circiter trecentos quadraginta quinque; secundo Presbyteros et Abbates ducentos nonaginta novem; tertio Diaconos septuaginta octo sanctitatis lante conspicenos. Secundus libellus Homonymorum dirtus, complectetur Sanctos inter se homonymos sive cognomines in duas divisus partes; prima pars per capita quinquaginta recentet Sanctos homonymos, secunda vero per duodecim capita sexaginta duo Sanctas homonymas. Et hic liber, (quod fidem pene superat) licet contineat diversa Sanctorum nomina, recentet in universum Sanctos octingentos quinquaginta quinque, quorum nullus sit qui habeat plures alios homonymos ibidem recentitos.

14 Tertius liberorum sive filiorum appellatur, in tres classes distinctus: classe prima continet plures filios Sanctos eodem parente progenitos, secunda unicos sui parentis filios, quorum quisque proprio nomine suppresso non aliter quam talis determinati parentis filius consuevit appellari; tertia plures fi-

Bhas eodem parente natus, et sanctitatis opinione celebres. Et licet numerus Sanctorum, de quibus in hoc libello agitur, sit incertus: parentum, quin unum vel plures Sanctos generunt, nomina nonaginta quatuor exprimuntur, omissis aliquot aliis, que prae nimis ex eius codicis vetustate legi non possunt. Quartus libellus continet maternam dicentorum decem circiter Sanctorum Hiberniae genealogiam: quod indicio est paternam Sanctorum genealogiam vel ab eodem, vel ab aliquo antiquiore auctore fuisse ante contextam. Quintus libellus est litaniarum, in quo longa serie per modum diurnuarum precacionum, invocantur aliquot Sanctorum cohortes, qui fuerunt vel condiscipulatus sub eodem magistro, vel societas causa fidei inter gentes propagandæ sub eodem ducere, vel sepulturæ in eodem monasterio, vel Ecclesia communione, aliove simili titulo inter sesé conjuncti. Et hinc aliquot millenni sub tahibus titulis Sancti invocatur.

15 Opus ex iam memoratis opusculis confidatum
in quibusdam antiquis patriæ membranis patro ser-
mone intitulatur Saltuir-na-rann : que vox latina
reddita, nunc Psalterium metricum, nunc Psalterium
mult-partitum denotat. Et in utroque sensu, diversa
S. Aengnissi opera recte sic inseribi poterant. Prae-
ter enim iam memorata scribit hic vir devotissimus

metrio et elegantis stylis historiam veteris testamenti; quam, omnia Dei opera in Creatoris laudem finaliter referendo, mentenique legentis et recitantis in ejus laudem et amorem accendendo, ita in formam orationis efformavit, et in partes distribuit; ut appetissime in utroque sensu Saltu[n]a rann vocari posset; uti et de facto in alterutro vel utroque sensu nuncupari et intitulari consuevit. Aliud etiam opus ex quinque jam memoratis opusculis confusatim, et in formam orationis quasi Sanctos ipsis invocando, succincte redactum ob varias partes in quas divisum est, recte in posteriori sensu Psalterium multipartitum inscribi potuit: et sic inscriptum, et a S. Eusebio compositum esse, et auctoritas testatur, et ratio persuadet.

ancoridate
16 Auctoritas est vetusti codicis membranei, ex
quo libellus homonymorum descriptus, nobis nuper
ex patria missus est, cum tali inscriptione: Homo-
nymi Hiberniae Sancti ex Saltuir-na-raun, id est
(ut ego interpretor) ex Psalterio multipartito; quod
compositus, Euggusius Keledeus. Ratio etiam suadet
Ængussium esse hujus confatalis operis auctorem: *et ratione*
nam nullus in aliqua ejus parte recensetur *Sanctus,*
qui non decesserit *ante tempora Euggussii,* vel sal-
teat eodem cum ipso tempore floruerit, ut ex diligentí
totius operis collatione cum nostris Annalibus aliisque
domesticis monumentis probavimus. De nullo
enim Sancto in his libellis recensito, quem post annum
octingentesimum constat vixisse, agunt Annales
vel alia monumenta domestica, præter solim S. Ti-
gernachum Doire, Mellensis monasterii fundatorem,
quem tradunt anno octingentesimo quinto obiisse:
quo tempore S. Ængussium supervixisse, non est
cur ambigamus. Liceat enim referant S. Moeldite-
rium decessisse anno octingentesimo quadragesimo;
incertum tamen est, an is sit, cuius mentio sit in
lendato opere fibello secundo cap. xi..

17 Ex hac tenuis dictis constat hunc clarissimum viruni de patria et posteritate, cui tot innumerabilium Sanctorum, alias ex magna forte parte peritum, reservavit memoriam, optime meritum, prouideque aeterna memoria dignissimum; ad veterae felicitatis praemia vocatum, migrasse post seculi non initium. Et sicut mortis ejus annum observamus non reperiamus, ex eo tamen quod natalis ejus celebratur die xi Martii, et Feria sexta decesserit secundum alterum Angliensem, qui addit quod in Monasterio de Cluin-edlneach sepultus jacet; possumus conjectare quod anno MDCCXIX, XXIV vel XXX decesserit; cum illis annis dies xi Martii in feriam sextam inciditerit.

DE S. EULOGIO

PRESBYTERO, MARTYRE CORDUBÆ IN IISPAÑIA.

Commentarius praevious.

§ 1. *Tempus vitæ et martyrii. Vita scripta.* *Cultus sacerdotum.*

Canticum Sacrum.
Ocupata ab Saracenis Hispania, sedes regum,
que Hispani paucis annis constiterat, Cordu-
num per Abdulaziz translatu fuit, quam bar-
bari sublimi undique magnitudine et maiestate
attollere sual conati, relieto etiam Christianis sur R-
eligious cultu, et templis plerisque ac monastreis intulisi.
Pauillatim tamen prevalentius impis Saracenis, opres-
sa et afflita Christianorum libertas est, et exinde Martyr-
ium irrigata Corduba, potissimum ultimas annis regnum
Hultharmani, ejusque filii Mahomadi. Qua ha tunc
fuerint Cordubae Martyrum certamina et trophyae, de-
clarat S. Eulogius libris tribus Memorialis Sanctorum,
in quibus ab Era pccclxxxviii, sive anno Christi dccc,

regni *Habdarrahgnum* xxix usque ad . Erat neccxv,
sive unum Christi pccclvi, singulorum Martyrum ^{ub anno 850}
Acta describit, a nobis toto hoc opere ad diem unius eus ius-^{ad 857}
que natalem prouferenda. Scipit etiam *Eulogius* Apo-
logeticum sanctorum *Martyrum*, quicq; inseruit marty-
rium 88. Ruderici Presbyteri et Soloniani, qui passi
sunt . Era neccxv, sive anno Christi pccclvi, d^r xiiii
Marti, uti taciturnus explicamus. Quo adhuc anna, sed
ultimo die mensis Decemberis *Wistrenius* Episcopus
Toletanus, uti ex ejus epitaphio constat, e vita disces-
sit: in cuius locum anno neccxv electus est S. *Eulo-
gius*, sed ut in *Vita* num. 12 dicitur, dispositio divi-
na, que eum sili ad martyrium reservabat, quibus
dam repugnali obviavit. Anno ergo proximo neccxix, ^{anno 859}
gloriosam martyris palmarum assecutus est, et quidem occiditur i
quinto Idus Martii, die Sabbato, hora nona, ut infra
num.

A num. 20 in *Actis observatur*; et recte: nam eo anno cy-
ela Solis xxviii et littera Dominicali A, dies xi Martii
incident in Sabatum.

2 *Vitam et martyrium S. Eulogii composit Alvarus*
Cordubensis, intimus et auxiliaris ejus a juventute amicus,
et omnibus gestorum ejus consensu. Videlut in aliqua
dignitate Ecclesiastica constituta fuisse, ut qui scribit
num. 90 Vita, se cuidam Diacono preservasse, ut le-
geret epistolam aliquam S. Epiphani. Hinc misit
S. Eulogius Documentum martyriale, quod Virginibus
Flora et Maria scripsit, e carcere epistola missa:
quia propterea, inquit, quod milites Christi
viriliter ianico justicie restiterunt, crudelitas nos
tyranni carceralibus mancipavit verumvis, nostris
deputando hortamentis, quod in eos divinitus inspi-
ratum est. Eadem Alvara misit Martyrum Flora et
Maria passuum, cum tum e corcere liberaretur. Eudem
in carcere misit presbiteri Memorialis Sanctorum librum
primum, censuram et limam epus exposens. Estatecum
his epistolis duplex Alvara ad S. Eulogium responsum,
affectu singulari rega illumplenum, quo etiam ipso Vita
mox danda abudat. Scriptus idem Alvarus præterea
librum Scintillarium, collectum de sententiis sancto-
rum Patronum per locos communes de virtutibus et
vitiis: ejus triplum exemplar manuscipum servisse

B testatur Ambrosius Morales in suis *Observationibus* ad
opera S. Eulogii; ut etiam excusum Basilex, sed mul-
tum, et sine nomine auctor. Eadem etiam Alvaro
tribuitur opus egregium Cordubae onundatissimam scriptum,
cum mentione variorum Martyrum ibidem ob fidem
Christi tunc occisorum. Titulus huc operi est Indicetus
Luminosus, quem Gothicis litteris cordubae in bibliotheca
Eoni majoris, sed sine auctoris nomine adseri-
vare seriat idem Morales. Haec de Alvaro scripture
Vita S. Eulogii, ejusdus habuit Morales exemplaria:
alterum in vobismissimo codice Ovetensi, alius S. Eulogii
operibus absque ultra titulo annexum: alterum illi
communi Michael Rutilius Acagri, Serenissimorum
Principum Bohemiae Rodulphi, postea Imperatoris, et
venit ad nos Fratrem et Coepiscopum nostrum Paschastum, ita desidem negligentemque in euntes existere, ut in nullo quia est Episcopus agnoscatur: adeo ut neque Ecclesia ipsius, neque monasteria, sive filii vel oppressi pauperes, ejus erga se dilectionis studium sentiant, nec aliquam supplicantibus sibi, in quibus justum est, opem defensionis accommodet: et, quod adhuc dici est gravius, consilia sapientium et recta suadentium nulla patiatur ratione suspicere: ut, quod ipse per se nequit attendere, ab alio saltem possit addiscere: sed rebus, quae ad Pastoris euram pertinent, prætermis, ad fabricandam navem tota se studio innititur occupet. Unde, sicut fortur, contigit quadringentos aut eo amplius illum jama solidos perdidisse. Hoc quoque ejus culpis adiungitur, quod ita quotidie despctus, cum uno aut duobus Clericis dicitur ad mare descendere, ut apud eos in fulula sit, et extraneis sie vilis ac despiciens videatur, ut nihil habeat Episcopalis vel ingenii, vel reverentie judicetur. Quid si ita est, non sine culpa tua esse cognoscas, qui cum ohurgare atque coereere, ut dignum est, distulisti. Quia ergo hoc totum non solum ipsum reprobat, sed etiam ad Sacerdotialis officii pertinere probatur (opprobriu); volumus, ut eum eorum aliis Sacerdotibus, vel quibusdam filiis suis nobilibus contestari debet ac horari, ut vicio torporis exusso, deses esse non debet; sed in Ecclesie sua ac monasteriorum cura F sit vigilans, paternum filii suis caritatem exhibeat, in defensione pauperum sit alacer cum discretione, in quibus justitia susicerit, sit erectus consilia sapientium libenter suscipiat: quatenus et civitas illa ejus queat sollicitudine consolari, et ipse desidiae sua endipeat operire. Si vero, quod non credimus, post hanc adhortationem nostram solito adhuc more negligentis esse tentaverit, ad nos est modis omnibus transmittendus: ut hic positus discere possit, quid vel quater secundum Dei timorem agere conveniat Sacerdotem.

42 Item eidem: Quoties illade Fratribus Coepiscopique nostris audimus, que et illos reprehensibilis ostendere, et nobis tristitiam valeant generare, de eorum nos commendatione non mediocriter cogit necessitas cogitare. Quia ergo munitum nobis est, Campania Episcopos ita negligentias existere, ut immemores honoris sui, neque erga Ecclesias neque erga filios suos paternae vigilante curam exhibent, vel monasteriorum sollicitudinem gerant, seu in oppressorum se pauperum tuitionem impendant. Ideo hac tibi amicitate præcipimus, ut eis ad te convocatis, ex nostro illos mandato districte commoneas, quatenus

A quatenus desides ulterius esse non debeant, sed Sacerdotalem se hahere zelum et sollicitudinem opere doceant. Atque ita in his, quo eos juste secundum Deum agere convenient, vigilantes existant, ut nullum nos de eis denuo murmur exasperet. Si quem vero eorum post haec negligenter cognoveris, ad nos eum sine aliqua excusatione transmiseris: ut quam sit grave nolle ab his, que reprehensibilia et valde vitiuperanda sunt, corrigi, regulari in se valeat distinctione sentire. Item c. Victori Episcopo Panormitano post aliquip: Cujus, inquit, jam culpe sis intelligis, ut ego tam longe positus, que in civitate tu agitur, agnoscam; et tot curis occupatus, que fieri debeant, disponam.

c
et Panormi-
tanum
lib. 4 ep. 4

Tarentinus
ob concubinam
djudicatur.
lib. 2 ep. 4;
Ind. 11

43 Notandum sane, quia sicut manifesta crimina discretissimus Praesul Gregorius aut vix antnumquam sine vindicta laxabat; ita nimurum in rebus dubitis numquam aliquando certam sententiam proferebat. Quapropter Andreæ Tarentino Episcopo script, dicens: Tribunal Judicis aeterni securus adspiciet, quisquis reatus sui conscius, digna cum modo placare paenitentia contendit. Habuisse te siquidem concubinam, manifesta veritate comperimus. De qua etiam contraria est quibusdam nata suspicio: sed quia in rebus ambiguis absolutum non debet esse iudicium, hoc tua conscientia eligimus committendum. Quia de re si in sacro Ordine constitutus, ejus te perimitio esse recolis nascillatum. Sacerdotii honore deposito, ad ministrandum nullo modo presumas accedere, scitus in anima tua periculum ministrare, et Deo nostro te sine dubio reindere rationem, si hujus sceleris conscius, in eo, quo es, Ordine, celum veritatem, permanuere volueris.

^a De SS. Tharsilla et. Emilia, et S. Felice Pape supra ac-
tum. — b De Sponto uice Apollinis jam reversa actum 7 Februario
ad Vitum S. Laurentii Ep. Siquonou Memori huius Vitaliani
Ugolini. — c Victor Ep. Panormitano scripta. etiam ep. 31
hb. 3. ep. 94 hb. 7 et 32 Bb. 10. De eius primatu agit Rocheus
Purus

ad consilium vestre sanctitatis debet dirigi, non autem vestra sanctitas ab verba illius inflecti. Si enim illum audit, scio quia pacem cum suis Fratribus habere non poterit. Item Joannio Carditanio Episcopo: Eos, inquit, quorum consilii mes- en alterius exarasti, et eradicare terminos minime timisti, in duobus mensibus excommunicatos esse determinis: ita ut si quid eis intra diuinum mensum spatum humanitatis evenierit, benedictione vincit non priventur. Deinceps autem ab eorum consilii cautos existe, teque sollicite custodi, ne si eis in malo discipulus fueris, quibus magister in bono esse debuisti, nec simplicitas tua nec ulterius selectuti pareamus. Item a Callinico Exarcho Italie post noua-
nulla: Illud vero cognoscete, quia me non modice contristavit, quod Major-dominus, qui petitorem Episcopi, volentis a schismate reverti, suscepit, cum se perdidisse professus est, et postmodum ab adversariis Ecclesie temebatur. Quod ego non negligenter, sed venalitate ejus factum arbitror. Unus mutor, quia in eo culpam hanc minime vestra excellentia viudicavimus: sed tamen quia hoc miratus sum, mecum ipsum citius reprehendi. Nam ubi Dominus. Justimus consilium praebet, qui pacem cum catholicis Ecclesia non habet, ibi non possunt haeretici addici. Praterea S. Petri Apostolorum Principis natalitium diem in Romana civitate vos facere velle perhibetis. Et oramus omnipotentem Dominum, ut sua vos misericordia protegat, et vota vestra vos implore concedat. Sed praedictus vir eloquentissimus peto ut simul veniat. Qui si non veneri, a vestris obsequiis recedat: vel certe si vestra excellentia fortasse emer-
titus caussis venire nequiverit, ipse tamen sanctae Ecclesiae unitati communicet. Bonum enim virum audio, si pessimi non esset erroris.

45 Item Sereno Massiliano Episcopo post multa
Pervenit ad nos, quod dilectio tua liberiter malos
homines in sanctitate vel consilio suo recipiat, adeo
ut Presbyterum quedam, qui, postquam lapsus est,
in sue adhuc dicitur impietas pollutione versari,
famiharem habeat. Quod quidem nos ex toto non
credimus, quia qui tales recipit, seculera non corri-
git, sed magis alii talia perpeccandi videtur dare
licitiam. Sed ne forte aliqui tibi subceptione vel
dissimulatione, ut a te recuperetur atque adhuc ha-
beretur gratus, suaserit; non solum hunc a te longius expellere, verum etiam excessus ipsum. Sacer-
dotali te zelo modis omnibus convenient resarcere:
alius vero, qui pravi esse memorantur, paterna ad-
hortatione a sua pravitate compescere, et ad viam

ub. 9 ep. 9
lavorer
criminos
ab Episcopo-
rum
famiharie
remunerando

CAPUT VII.

*Præcepta S. Gregorii de malis Consiliariis,
pruvirum familiaritatem cum Episcopis, ira
Præpositorum et protectione liberorum ho-
minum.*

Censet a
pravis
consularis
abutendum,
lib. 1 ep. 33

lib. 2 ep. 33
Ind. 11

O hoc sollicitissimus Ecclesie Dux custos Gregorius uniuscujusque Consiliarios arguens, quantum in se erat, omnes omnino salvare certabat. Unde Venantius ex monacho Patricio, post aliquip scribens, ait: Scio quia cum epistola mea suscipitur, protinus amici convenient, literati clientes vocantur, et de causa vita consilium a fanticibus mortis queritur. Qui dum non te, sed res tuas diligunt, nulla tibi, nisi que ad tempus placeant, loquantur. Tales etiam fuere, sicut ipse remanseris dudum Consiliarii, qui te ad tanti facinus periluxere delici. Et ut tibi ali-
quid secularis auctoris loquar, cum amicis omnia transtendisunt, sed prius de ipsis: si vero in causa tua hominem Consiliarium queris, Consiliarium me rogo, suscipe. Nullus tibi fidelior esse ad consilium potest, quam qui non tua, sed te diligit. Item Joanni Constantinopolitanæ Ecclesie Episcopo post noua-
nulla: Ego beatissimo viro Domino Joanni rescri-
seram: sed credo, quia nubi familiaris vester ille ju-
venulus rescripsit, qui adhuc de Deo nihil didicit, qui viscera caritatis nescit, qui in ecclesiis rebus ab omnibus accusatur, qui insidiari quotidie diversorum mortibus per occulta testamenta nec Deum mutavit, nec homines præbescit. Mili credo. Frater reverendissime, si zelum veritatis perfecte habes, ipsum prius debes corriger: ut ex his, qui vobis vicini sunt, etiam hi, qui vicini non sunt, exemplo melius emendentur. Illius lingua noli recipere. Ille

Judeo Gregorius minime permittebat. Ideoque Godescaleo Duci Campanie scribens, ait. Illa Priope-
sitionum sollicitudo utilis, illa est cantela laudabilis,
in qua totum ratio agit, et furor sibi vel vindicat.
Restrinxenda ergo sollicitatione pro te has est, nec quidquam agendum, prorsusquam concita ad tranquillitatem mens redeat. Nam commota at tempore justum
omne putat ira, quod fecerit. Pervenit itaque ad nos,
magistrum tuum, usque ad hoc ut se impetu furo-
ris

ub. 8 ep. 12
restis ageribus
præpositorum
rum et unus
cupiam atq
me edere
et e necnam;

ALTORE
JOANNE
DIACONO

Aris impulsam, ut non solum frangi jannas monasterii sancti Archangeli, verum etiam diripi exinde, quod ibi inventum est, feceris. Insuper autem sic contra Abbatem ejusdem monasterii diceris exarsisse, ut, nisi occultans se, iracundiae tue tempore latuisset, non leue discrimen incurret. Denique ut metu tuo perterritus, dedomo, in qua olin se reeperat, exire nuncusque non audeat. Quod ne frustra ferocie forsitan videreris, fugato monachi ipsius, qui ad hostes abiit, ad ejus, quantum ad nos perlatum est, crimen impingis, asserens quod illius voluntate fugerit. Quod si ita est, contristatur, et valde vestram sapientiam miranur. Nam si licitum putatis, ut aliorum culpa alii sit nociva, multi huic possunt crimini subiacere. Diversorum enim nobilium servi, multarum Ecclesiastiarum Clericorum, diversorum monasteriorum monachorum, multorum iudicium homines, saepe se hostibus tradidérunt. Ergo si hoc creditur, servorum utique domini, Clericorum Episcopi, monachorum Abbates, diversorum fungacium judices, omnes sub culpa sunt et crimine constituti. Numquid et diebus magnitudinis tuae multi de civitate, in qua consistis, ad Longobardorum milites fuga non lapsi sunt? Et quis tanto indiscrētione, tantaque possit stultitiae reperiri, ut eorum iniuriam tibi vestimenta applicant?

B. dam?

47 Libertatem uniuscujusque hominis Gregorius contra iudicium insolentias, liberis vocibus nihilominus simillimer defendebat. Unde Leontius Exconsuli post aliquia scribens, ait: Si Libertum in ista causa embrio culpabilis invenitur, de aliis causis quid pro se alleget, nescio. Unum tamen hoc bene atque constanter novi, quia et, si quam rebus publicis scandala fecit, substantia ejus cadi debuit, non libertas. Num in hoc, quod liberi homines ceduntur vel includuntur, ut faciem, quod omnipotens Deus offenditur, ut faciam, quod vestra opinio vehementer gravator; paucissimi tamen Imperatoris nostri omnino tempora suscuntur. Hoc enim inter Reges Gentium, et Imperatores Romanorum distat, quia Reges Gentium domini servorum sunt; Imperator vero Romanorum, dominus liberorum. Unde et vos quidquid agitis, primum quidem servatu justitia, deinde custodiuta per omnia libertate agere debetis. Scriptum est enim: Quod tibi non vis fieri, vnde ne alteri facias. Et per semetipsam veritas dicit: Quae vultis, ut faciam vobis homines, et vos eadem facile illis. In libertate ergo eorum, qui vobis in discussione commissi sunt, vestrum specialiter attendere debetis: et si ipsi a Majoribus vestris injuriari libertatem vestram non vultis, subiectorum vestrorum libertatem honorando custodie. Sumus enim qui dixit: Caelum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Cuius quin verba non transibunt, sed per omnia implentur, metimus quod iterum dicit: In qua mensura mensi fueritis, in ea remejetur vobis. Quid autem gloria vestra existimat, quia si superbe, si crudeliter agimus, despicio Deo, nolis hominem placamus? Nullo modo. Nam ipse, qui despiciunt, eum contra nos, quem despicio Deo placare volumus irritat. Curremus ergo per omnia placare Deum, qui potens est et iratos homines ad mansuetudinem reducere: nam, sicut dixi, etiam mansueti homines, indignante Deo, ad iracundiam provocantur. Si autem dicitur, quia sine verbisribus atque terroribus fraudes publicae inventari non possunt: hoc admittere poteram, si in ratione omorum emissa Dominus Leontius non venisset: nam verum etiam est, quia illi solent manibus excedere, qui in sensu et lingua declinant.

tib 8 ep. 51
liberos
homines non
includendo
et verberando:

Tob 4
Matth. 7

Con vestram non vultis, subiectorum vestrorum libertatem honorando custodie. Sumus enim qui dixit: Caelum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Cuius quin verba non transibunt, sed per omnia implentur, metimus quod iterum dicit: In qua mensura mensi fueritis, in ea remejetur vobis. Quid autem gloria vestra existimat, quia si superbe, si crudeliter agimus, despicio Deo, nolis hominem placamus? Nullo modo. Nam ipse, qui despiciunt, eum contra nos, quem despicio Deo placare volumus irritat. Curremus ergo per omnia placare Deum, qui potens est et iratos homines ad mansuetudinem reducere: nam, sicut dixi, etiam mansueti homines, indignante Deo, ad iracundiam provocantur. Si autem dicitur, quia sine verbisribus atque terroribus fraudes publicae inventari non possunt: hoc admittere poteram, si in ratione omorum emissa Dominus Leontius non venisset: nam verum etiam est, quia illi solent manibus excedere, qui in sensu et lingua declinant.

Collinus
Exarchus.

a. Romano Exarcho anno 598 successus Collinus, Surio Galilaeus, s. Gregorio longe magis quam Romanus, obsequuntur, mortuus anno 602. De eo pl. mentio infra lib. 4 num. 12

CAPUT VIII.

Solicitude S. Gregorii in apostatis ad monasteria reducendis, et exactiōibus minuendis. Protectio vitæ monasticæ contra edictum Imperatoris.

Conctorum Judicium cupitatem vel sceleram Gregorius, quasi camo frenoque, pontifici sui validissimis auctoritatibus restringet: et si quos dulete a pravitate corrigit non valebat, scriptorum suorum redargutione publicabat. Unde a Romano Exarcho Italicæ residenti Ravenne serbit, inquit: Apud excellentiam vestram pravorum andaria correptionis debet aculeos magis, quam defensionis invenire solatum. Nam satis grave est, illuc habere pravam ut contingat actionem refugium, unde discipline decet prodire censuram. Perenit itaque ad nos, Speciosum quendam Presbyterum, qui causa poscente in monasterio u. b. Joanne Pratre et Coepiscopo nostro fuerat deputatus, contra sui Pastoris exinde voluntatem exisse, et Ecclesiastice constitutionis vigore despecto, antedicto Episcopo, vestra fretum tuitione, E resistere. Quod quia excellentia vestre sine dubio pulsat invidiam, necesse est, ut ab ejus vos, habita discretione, debeatis tuitione suspendere: ne, si hominis vestri occasione Pastori suo inobedientis vel contumax fuerit, ad tempus ei vestros contra vos iudices defensare, atque excellentiam vestram hac ex re cogatur offendere, et nos pariter de vestra discordia contristari. Comperimus etiam, quod dici nefas est, quasdam mulieres, que nunc usque in Religioso atque monachico habitu permanescent, religiosam vestem depromere, et conjungitis, quod siue gravi referre dolore non possumus, sociari. Sed hoc quidem ut dicere vel attentare presumant, favoris vestri patrocino fulciri dicuntur: quod nos credere, perversitatis ipsius acerbitas non permittit. Petimus ergo, ut in tanto vos peccato miscere nullatenus debeat. Nam huiusmodi iniuriam impunitam propter beum nullo modo patiunur remanere. Unde iterum quiescamus, ut excellentia vestra in talium causarum se defensione non misceat: ne et Deus suum defendat injuriam, et inter nos aliorum pariat culpa discordiam. Item Venantio ex monacho Patricio: Multi homines stulti patiavere, quod, si ad Ordinem episcopatus evenerer, te alloqui ac per epistolam frequenter recusat: sed non ita est. Quia ipsa iam loci mei necessitate compellor, ut facere non debeam. Et post pauca: Hac igitur consideratio compulsa, velis nolis, loquentur sum. Quia omni virtute, aut te empo salvari, aut de tua morte me eripi. In quo enim habitu tueris, reculis, et supernae distinctionis animadversione postposita, ad quid sis delapsus, agnosceris. Culpat ergo tuum pensa dum vacat, distinctionem futuri Iudicis dum vales, exhorte: ne time illam inmarcas sentias, cum eam jam nullis fluctuas evadas. Et infra: Te te Evangelio seis, quia divina severitas de obtuso sermone nos anguit, et de verbo inutili rationes subtiliter exquirit. Pensa ergo, quid factura e. t. de perverso opere, si quosdam in iudicio suo reprobat de sermone. Anima Deo precium voverat, quas post, diabolica vicius persuasione, substrinxit: sed qua morte multatus est, sapi. Si ille igitur mortis pericolo dignus fuit, qui eos, quos dederat, nummos Deo abstulit; considera quanto pericolo in divino iudicio dignus eris, qui non nummos, sed temelipsum omnipotenti Deo, cui te sub monachico habitu devoveras, substraxisti. Quapropter si correctionis meæ verba secuturus audieris, quam sint blanda et dulcia, in fine cognoscet. Ecce fateor, mox loquor, et facti tui tristitia ad-

Monet
Exarchus;
Italæ, ne
apostolam a
monasterio,
a
hb. 6 ep. 18

aut
sonetimonalis
nubentes,
protegat:

tib 1 ep. 33
adnum
apostolam
graviter ad
reditum in
monasterio
auctoratur.
F

Mat. 12
Act. 5

ductus

A ductus, edere verba vix valeo : et tamen animus tuis actionis suae conscens, vix sufficit ferre, quod audit; erubescit, confunditur, aversatur. Si ergo ferre non valet verba pulveris, quid facturus est ad judicium Conditoris? Fateor tamen, qui superne gratiae esse misericordiam maximam credo, quod te effugere vitam conspicit, et tamen adhuc ad vitam reservat : quod superbientem te videt et tolerat. Cumque Venantius, in eadem apostasia permanens, oboitis quibusdam similitudinibus, orationes suas a Joanne Syracusano Episcopo execratae cognosceret, contra Episcopum hostili more commotus est, enique non timuit Gregorio accuseret. Cui ipse describit, dicens : Multum nos ea, quam direxisti, jani nos contristatos invenit epistola, quod inter vos et Joannem Fratrem et Coepiscopum nostrum, de quorum desiderabamus gaudere concordia, scandali prodiisse cognovimus. Quaevis enim caussa fuisse, non usque ad hoc debuit furor erumpere, ut armati homines vestri, sicut audivimus, in Episcopum irruerent, et diversa hostili more mala committerent, atque vos hac res a paterna interim caritate dividere. Numquid non poterat, si quelibet contentio fuit, tranquille disponi, ut nec partium utilitas detrimetur, nec sentiret gratia lesionem? Cujus autem gravitas, ejus sanitatis, ejus mansuetudinis superscriptus Frater noster sit, non habemus incognitum. Ex qua recolligimus, quia, nisi vis eum doloris nimia coegisset, ad hanc rem, de qua vos contristatos asseritus, ejus Fraternitas nullo modo pervenisset. Nos tamen, ubi hoc eo scribente conperimus, illico ei scriptissim, admonentes, ut et orationes vestras, sicut ante, susiceret, et Missas in domo vestra non solum celebrari permitteret, sed si velitis, etiam ipse perageret, etc. Verum Venantius cum Episcopo in concordiam rediens, cum per undecim annos a Gregorio multiplicibus litteris exhortatus, redire ad monachicum propositum detrectaret, in gravissinam aegritudinem cecidit. Quod a Joanne Syracusano Episcopo Gregorius audiens, scripsit, dicens : Fraternitas vestra scripta suscepit, que mihi de dilectissimi filii mei Domini Venantii aegritudine loquuntur, et cuncta erga eum qualiter acta sunt, enarrabant. Sed uno tempore auditis, et illum desperare ac graviter agrofare, et in rebus orphanorum, filiorum scribat ejus, homines iniquos insistere, vix se in corde meo dolor capere poterat. Seil in hoc solatum fuit, quod lacryme mihi per gemitus erumpentes. Vestra igitur sanctitas primam, quam decet, curam negligere non debet, ut de anima ejus cogitare debeat, exhortando, rogando, Dei terrible judicium proponendo, ineffabilem ejus misericordiam promittendo, ut ad habitum stutum redire vel in extremis debeat, ne ei reatus tantu[m] enip in eterno iudicio obstat. Si quos tamen iudicem a suis pravitatis inconvertibilis Gregorius advertebat, eos scriptis propriis penes Principes denotabat. Unde et Constantine Augustus queritur, dicens : Dum in Sardinia insula multos esse Gentilium cognovissem, eosque adhuc pravia gentilitatis more idolorum sacrificis deservire, et ejusdem insule Sacerdotes ad praedicandum Redemptorem nostrum torpentes existarent, unum illuc ex Italie Episcopum misi, qui multos Gentilium ad fidem, Domino cooperante, perduxit. Sed quendam rem mihi sacrilegam narravit, quia hi, qui in ea indolis immolant, iudicem peccatum persolvunt, ut hoc eis facere hecat. Quorum dum baptizati essent, et immolare jam idols ab deservirent, adhuc ab eodem insulae iudice ; etiam post baptismum, illud peccatum exigitur, quod dari prius pro idolorum immolatione consueverat. Quem cum predictus Episcopus increparet, tantum se susfragium promisso responderet, ut nisi de cassis etiam tahthus impleri non pos-

sit. Corsica vero insula tanta nimietate exigentum; D et gravanne premitur exactionum, ut ipsi, qui in ^{ACTORE} illa sunt, eadem, quae exigitur, completere vix filios ^{JOANNE} suos vendendo sufficient. Unde fit, ut derelicta pia ^{DIACONO} republica, possessores ejusdem insulae ad nefandissiman Longobardorum gentem cogantur effugere. Quid enim gravius, quod crudelius pati possunt a barbaris, quam ut constricti atque compressi suos vendere filios compellantur? In Sicilia autem insula Stephanus quidam marinorum partium chartularius ^{Corsica} tanta praejudicia, tantasque oppressiones operari dicitur, invadendo loca singulorum, atque sine dictione caussarum per possessiones ac domos titulos ponendo, ut si velim acta ejus singula, que ad me pervenire, dicere, magno volumine haec explore non possim. Quae omnia serenissima Domina soliter adspiciat, et oppressorum gemitus compescat. Et post pauca : Quae enim mentes, qualia viscera parentum esse possunt, perpendite, quando filios suos distrahabunt, ne torqueantur : qualiter autem miserendum sit filii aliorum, hoc bene sciunt, qui habent proprios. Unde minime haec breviter suggestisse sufficiat, ne si ea, que in his partibus aguntur, piezas vestra non cognosceret, me apud districtum Ju- E dicem silenti mei culpa mularet.

B 49 Hinc est, quod hujus Gregorii tempore tot ^{incurrit odium} Sacerdotes et laici per diversas regiones miraculis ^{Judicium} coruscasse, Dialogo teste, probantur, quod nunquam sub posterioribus Pontificibus inveniri postea potuerunt. Tantis igitur Ecclesie Dei felicitatibus hostis humani generis invidens, nonnullos Pontifices, simulque secularium iudicium ad ejus invidiam conflagavit. Super quorum afflictione Joanni Ravennati Episcopo inter cetera queritur, dicens : Peccatis hoc mei reputo, quia iste, qui nunc interest (hand dubium, quin Romanus Exarchus) et pugnare contra inimicos nostros dissimulat, et nos facere pacem vetat. Quamvis iam modo, etiam si velit, facere omnino non possumus : quia et Ariulfus exercitum / Antarith et Nodulfi habens, sibi dari precario desiderat, ut nobiscum loqui aliquid de pace dignetur. Item Sebastiano Episcopo Rhizimensi post aliquia : Que sanctissimum Frater de amici vestri Domini Romani persona in hac terra patitur, loqui nunc valens. Breviter tamen dico, quia ejus in nos malitia gladios Longobardorum vincit. Ita ut benigniores videantur hostes, qui nos intertridunt, quam reipublicae Judices, qui nos malitia sua, rapinis atque fallacieis in cogitatione consumunt. et uno tempore curam Episcoporum atque Clericorum, monasteriorum quoque et populi gerere, contra hostium insidias sollicitum ^P vigilare contra Ducam fallacias atque malitias suspectum semper existere, ejus laboris sit, ejus doloris sit, vestra Fraternitas tanto verius pensat, quanto me, qui haec patior, pars amat. Item Anna- sta io Patriarche post multa : Quae mala a barbarorum gladiis, quae a perversitate iudicium patimur, beatitudini vestrae narrare refugio : ne ejus geminus angeam, quem minuere consolidando dehincem. Item Palladio Presbytero de monte Sina post plurima : ib. 4 ep. 3 Peto ut pro me orare debeas, quatenus omnipotens Deus, et a malis me spiritibus, et a perversis hominibus custodire dignetur. Quia in hac vita mea peregrinatione mala me simul et multa circumducent : ita ut cum Psalmista iure dicam : In me transferunt irae tuae et terrores tui conturbaverunt me. Circumduederunt me sicut aqua tota die, circumlederunt me simul.

C 50 Porro Mauritio, tunc avarissimo simulque rapacissimo Principi, suggestionibus inimicorum suorum funestissimam legem ferenti, ut nulli militum, qui videlicet, in manu signatus fuisset, converti licaret, inter cetera sic respondit : Ad hoc potes- ^{ib. 7 ep. 3} tas ^{ib. 8 ep. 45} sit. Martin T. II.

lib. 3 ep. 42

per undecim annos,

lib. 9. ep. 31.

etiam agroiantem, ne vereat;

c deprecatur apud Augustinum nimium tractionem in Sardinia,

d

lib. 2 ep. 3 Ind. 10,

ef

ib. 7 ep. 3 Ind. 1

ib. 8 ep. 45

Prat. 87

ACTORE
JOANNE
DIACONO
contradicit
Mauritio
Imperatori
probobenti
mamibus
vtilia
monasticam,
lib. 3 ep. 02
Ind. II.

g
ibid. ep. 03

B primum, sicut hi dicunt, qui leges veteres novere, h
Julianus protulit. De quo scimus omnes, quantum
Deo adversus fuerit.

a Romanus unno 687 creatus est Exarchus, mortuus an. 598.
— b hic est Joannes I.p. Ravennatum, de quo ejusque obitu
pluribus agitur infra lib. 3 cap. 1 — c Constantinus filius Tiberii
Imperatoris, nuptia Mauritio post Imperatorum declarato, u Phoca
anno 606 cum Irba plumbum gladio occisa. Surus Constantium
appellat. De en infra ageris agitur. — d Surius et MS. Corseid
descripsit. — e Attilius duus Spacelanus 2, successor Farooldi,
mortuus anno 601. De eis contra Romanos bello agit Paulus
Diacoonus lib. 3 secundum Langobard. cap. 17 Pro Attilio lib. 6 altius
Arrianophilus legitur. — f Regis Langobard. sed pro ultra annum
etiam fuit, quem Nonius Septembris unno 590 mortuum esse diximus.
Post hanc fonsus Nodulfus exercitus praefuerit. — g Per
hunc Medicum, non per suum Apocryphum, curabat relationem
epistolam tradi in manus Imperatoris. Hoc uero sunt anno
593. h Julianus impensis apudit, qui in ea perfida
sequitano iurester viri, octonus 26 Junii anno 365.

Constantina
filla Imperato-
ris

Aurilfus Dux

Autarit Rex

Resili et
Joanul
Patriarcha
semper fuisse
generositem
assumenti

a
b

lib. 4 ep. 34

CAPUT IX.

Fortitudo S. Gregorii in rediugendo Patriarcha CP. assumente titulum Universalis Episcopi.

C confortabat insomniam judicium sivo favebat Joannes, tunc ex monacho regie urbis Antistes, qui eo tempore, quo Gregorius a Pelagio Praesule destinatus Aperiarius, pone Constantinopolim moratur, fugere se summissi Sacerdotium quasi humiliter flinxit. Sed eo a suscepto, usque adeo in superbum dolosae mentis excruiit, ut ex crassa alia occasione quievens, b Synodum ficeret, in qua se Universalem appellare conatus est. Quod mox Papa Pelagius ut agnoverit, directis epistolis ex auctoritate S. Petri Apostoli, ejusdem Synodi acta cassavit: Diaconum vero, qui iuxta morem, pro responsis Ecclesiastici faciens, Imperitoribus adserebat, cum eo Missarum solemnia celebrare prohibuit. Cujus sententiam Beatus quoque Gregorius sequens, predictum Joannem saepe communitum, acquiescere differentem, contentus pari muletaverat, omnibusque Pontificibus sub intermissione proprii honoris mandaverat, ne unquam Universalis profanum voculum aut scriberent, aut scriptum susciperent, aut ubi foissat scriptum, subscriberent. Quapropter Joannes, multis fallaciis ad suam hyperisim consensum avarissimi Imperatoris redimens, obtinuit, ut Imperator Gregorio scriberet, quod sibi pueilleus existeter. Quapropter ipso Imperatrici Constantino inter alia scripsit, dicens: Sabiniano Diacono responsali meo seribente cognovi, in caussis B. Petri Apostolorum Princeps contra quosdam superbo hamiles, fieri blandos, quanta se

justitia vestra Serenitas impendat. Unde adhuc peto, D ut nullius pravalere contra veritatem hypocrisis permittatis. Quia sunt quidam, qui juxta egregii Preicatoris vocem, per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium. Qui ueste quidem despiciunt, sed corde tunent: et quasi in hoc mundo cuncta despiciunt, sed tamen ea quæ mundi sunt, cuncta simul adipisci querunt. Qui indignos se omnibus hominibus fatentur, sed privatis vocalibus contenti esse non possunt: quia illud appetunt, unde omnibus digniores esse videantur. Et post pauca:

32 Præterea indico, quia piissimi Domini scripta suscepit, ut Fratri et Consacerdoti meo Joanni debean esse pacificus. Et quidem sic religiosum Dominum decevit, ut Sacerdoti ista præciperet. Sed cum se nova presumptione atque superbia idem

Augustiflittera
pro eo
supplicantis,
rediuguit:

Frater meus Universalem Episcopum appelle, ita ut sanctæ memorie decessoris mei tempore adscribitur in Synodo tali hoc superbo vocabulo faceret, quoniam cuncti illius Synodi. Sede Apostolica contradicente, soluti sint: triste mihi aliquid serenissimus Dominus innuit, quod non eum corripuit, qui superbuit; sed ine potius ab intentione mea declinare voluit, qui in hac causa Evangeliorum et Canonum statuta humilitatis atque rectitudinis virtute defendeo. Quia in re a predicto Fratre et Consacerdote meo, contra Evangelicam sententiam, contra Beatum quoque Petrum Apostolum, et contra omnes Ecclesias canonumque statuta agitur. Sed est omnipotens Deus in cojus manu sunt omnia, de quo scriptum est: Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum. Et quidem sapientia sancti. Prover 21

simus Frater serenissimo Domino multa suadere conatur; sed bene novi, quia tante illæ orationis ejus lacrymae, sed ei a quoquā contra rationem aut animam suam subripit permittunt. Triste tamen valde est, ut patienter feratur, quatenus despexit omnibus, prædictus Frater et Coepiscopus meus, solus vonetur appellari Episcopus. Sed in hac ejus superbia quid aliud, nisi propinquajam Antichristi esse tempora designantur? Quia illum videlicet imitatur, qui spretis in sociali gaudio Angelorum legionibus, ad culmen conatus est singularitatis erumpere, dicens: Super astra cœli exaltabo solium meum: sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis: F Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo! Undo per omnipotentem Dominum rogo, ne pietatis vestre tempora permittatis unius hominis elatione maculari, neque tam perverso vocabulo ultimi quoquo modo præbeatis assensem. Atque in hac causa nequaquam me pietas vestra despiciat: Quia etsi peccata Gregori tanta sunt, ut pati talia debent, Petri Apostoli peccata nulla sunt, ut vestris temporibus pati talia mereatur. Unde iterum atque iterum per omnipotentem Dominum rogo, ut sicut priores Principes S. Petri Apostoli gratiam quiescerint, vos quoque hanc vobis et quarero et servare curetis: et proter peccata nostra, qui ei indigne servimus, ejus apud vos honor nullatenus minuatur: qui et modo vobis adjutor esse in omnibus, et postmodum vestra valet peccata dimittere. c Viginti autem iam et septem amicos ducimus, quod in hac Urbe inter Longobardorum gladius vivimus: quibus quam multa ab hac Ecclesia quotidiam diebus erogantur, ut inter eos vivere possimus, suggesta non sunt. Sed breviter indico, quia sicut in Ravenne partibus Dommorum pietas apud primam exercitum Italæ sacellarium habet, qui caassis supervenientibus quotidianas expensas faciat: ita et in hac Urbe in caassis talibus eorum sacellarium ego sum. Et tamen haec Ecclesia, que uno eodemque tempore Clerics, monasteris, pauperibus, populo atque in-

Sedem
Apostolicam
semper fuisse
generositem
Imperatoribus
extendit:

super

A super Longobardis tam multa indesinenter expedit, ecce adhuc ex omnium Ecclesiarum afflictione premitur: quia de unius hominis superbia multum gemunt, et si dicere nil presumunt.

53 Avarissimo quoque Principi Gregorius voce libera contradicit, post aliqua scribens: Ecce claves regni coelestis haud dubium, quin Petrus accepit. Potestas ei ligandi atque solvendi tribuitur, cura ei totius Ecclesiae et principatus committitur, et tamen Universalis Apostolus non vocatur: et vir sanctissimus, Consacerdos meus Joannes, vocari Universalis Episcopus conatur. Exclamare compellor et dicere: O tempora, o mores! Ecce cuncta in Europa partibus barbarorum juri sunt tradita, destructae urbes, eversa castra, depopulatae provinciae. Nullus terra cultor inhabitat, scivit et dominantur quotidie in necem fidelium cultores idolorum: et tamen Sacerdotes, qui in pavimento et cinere flentes jaceret debuerunt, vanitatis sibi nomina expetunt, et novis ac profanis vocabulis gloriantur. Numquid ego in hac re, piissime Domine, caussam propriam defendeo? Numquid speciem injuriam viudico? Causam omnipotentis Dei ago, causam universalis Ecclesiae quero. Quis iste est, qui contra statuta Evangelica, contra Canonum decreta novum sibi nomen usurpare presunxit? Utinam vel sine imminutione unus sit, qui esse appetit universus. Et certe multos Constantinopolitanarum Ecclesiarum in baereses voraginem cecidisse novimus Sacerdotes, et non solum haereticos, sed etiam baeresarchas factos. Inde quippe Nestorius, qui mediatores Dei et hominum Christum Iesum duas esse personas existimans, quia Deum hominem fieri potuisse non creditit, usque ad Judicium perfidium erupit. Inde Macedonius, qui consumstantiam Patri et filio Spiritum sanctum Deum esse denegavit. Si igitur illud nomen in ea Ecclesia sibi quisquam arripit, unde tot baeresarchae prodiisse noscuntur, universa ergo Ecclesia, quod absit, a statu suo corruit, quando is, qui appellatur Universalis, cadit. Sed absit a Christianis cordibus nomen istud blasphemiae, in quo omnium Sacerdotum honor adiunxit, dum ab uno sibi dementer arrogatur. Certe pro B. Petri Apostolorum Principis honore, per venerandam Chalcedonensem Synodum Romano Pontifici oblatum est: sed nullus eorum unquam hoc singularitatis nomine uti consensit, ne, dum privatum aliquid daretur uni, honore debito Sacerdotes privarentur universi. Quid est ergo, quod nos hujus vocabuli gloriam et oblatam non querimus, et alteri sibi banc arripere etiam non oblatam praesumus?

C Ille ergo magis est piissimorum Dominorum preceptione flectendus, qui praecptis Canonicis obedientiam præbere contemnit. Ille coercendus est, qui sanctarum universalium Ecclesiarum injuriam facit, qui corde tumet, qui gaudere de nomine singularitatis appetit, qui honori quoque Imperii vestri se per privatum vocabulum superponit. Ecce omnes hac de re scandalum patimur. Ad viam igitur rectam revertatur auctor scandali, et omnia Sacerdotum jurgia cessabunt. Ego enim cunctorum Sacerdotum servus sum, in quantum ipsis sacerdotaliter vivunt. Nam qui contra omnipotentem Deum per inanis gloriae tumorem, atque contra statuta Patrum suam cervicem erigit, in omnipotente Domino confido, quia mea sibi nec cum gladiis flectet. Quid autem nuper in hac urbe ex hujus vocalibus auditu gestuna sit, Sabiniano Diacono ac Responsu meo subtilius indicavi.

54 Item Joanni Episcopo Constantinopolitano: Eo tempore, quo Fraternitas vestra in Sacerdotali honore projecta est, quantum Ecclesiarum pacem atque concordiam invenerit, recolit. Sed quo ausu, quove tumore nescio, novum sibi conata est arripere nomen, unde omnium Fratrum corda potuissent ad

scandalum pervenire. Quia in re vehementer admittor, quia, ne ad Episcopatum venire potuisses, fugisse te velle memini; quem tamen adeptum ita exercere desideras, aesi ad eum ambitioso desiderio decurrisses. Qui enim indignuu te esse fatebaris, ut Episcopus dici debusses, ad hoc quandoque perductus es, ut despctus Fratribus, Episcopus appetas solus vocari. Et paulo post: Vera enim flens dico,

atque ex intimoviscerum dolore peccatis meis reputo, quod ille meus Frater nunc usque reduci ad humilitatem non valuit, qui ad hoc in Episcopatus gradu constitutus est, ut aliorum auimas ad humilitatem reducat: quod ille, qui veritatem docet alios, semet ipsum docere, nec me quoque deprecante, consentit. Item post aliqui: Quis, rogo, in hoc tamen per verso vocabulo nisi ille ad imitandum proponitur, qui despctus Angelorum legionibus, secum socialiter constitutis, ad culmen conatus est singularitatis erumpere, ut nulli subesse, et solus praesesse omnibus videretur? Qui etiam dixit: In celum consequam, super astra coeli exaltabo solium meum, sedeho in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Quid enim Fratres tu, omnes Ecclesiae universalis Episcopi, nisi astra coeli sunt, quorum vita simul et lingua, inter peccata erroresque hominum, quasi inter noctis tenebras lucent? Quibus dum cupis semet ipsum vocabulo elato præponere, eorumque nomen tui comparatione calcare, quid aliud dicas, nisi in celum consequam, super astra coeli exaltabo solium meum? An non universi Episcopi nubes sunt, qui et verbis pluunt, et bonorum operum luce coruscant? Quos dum vestra Fraternitas despiciens, sub se premere conatur, quid aliud dicit, nisi hoc, quod ab antiquo hoste dicitur, Ascendam super altitudinem nubium? Que cuncta ego cum flens conspicio, et occulta Dei iudicia pertimesco, augmentur lacrymae, gemitus se in corde meo non capiunt; quod vir ille sanctissimus, Dominus Joannes, tanta abstinentia atque humilitatis, familiarium seductione lingnarum, ad tantam superbiam erupit, ut in appetitu perversi nominis illi esse conetur similis, qui dum superbe esse Deo similis voluit, etiam donatae similitudinis gratiam amisi, et veram beatitudinem perdidit, quia falsam gloriam quassavit. Certe Petrus Princeps Apostolorum, primum membrum sanctae et universalis Ecclesiae est. Paulus, Andreas, Joannes quid aliud, quam singularium sunt plumbum capit? Et tamen sub uno capite omnes membra, atque ut cuncta brevi cingulo locutionis adstringant, sancti F ante legem, sancti sub lege, sancti sub gratia, omnes hi perficientes corpus Domini sunt in membris Ecclesiae constituti, et nemo se unquam Universalem vocari voluit. Vestra ergo sanctitas agnoscat, quantum apud se temeat, quia illo nomine vocari appetit, quo vocari nullus presumpserit, qui veraciter sanctus fuit. Item post pauca: Certo olim clamatur ^{1 Joan. 2.} per Apostolum: Filioli, novissima hora est: et, ^{Luc. 21.} secundum quod Veritas prædictit. Pestilenta et gladius per mundum saevit, gentes insurgunt gentibus, terra concutitur, orbis cum habitatoribus suis, terra delincente, sorbetur, omnia quae predicta sunt, fiant. Rex superbie prope est: et quod dicti nefas est, Sacerdotum ei præparatur exercitus: quia servi militanti elationis, qui positi fuerant ut ducatuma præberent humilitatis. Sed bac in re etiam nostra lingua minime contradicat, illius virtus contra elationem in ultionem erigitur, qui superbie vita per semet ipsum specialiter adversatur. Et infra: Considerare nos convenit, ne qua radix amaritudinis sursum germinans impedit, et per illam conquirantur multi. Quod tamen si nos considerare negligimus, contra tantæ elationis tumorem iudicia

supererna

AUCTORE
JOANNE
DIACONO
lib. 2 ep. 52
Ind. II.

2 Tim. 4

lib. 4 ep. 30
constantis pro
veritate et
fide,

A superna vigilabunt. Item eidem in alia epistola post multa : Sed etiam nunc dico : aut ea-dem personas, videlicet Joannem Chalcedonensem, et Athanasium Isaurem Presbyteros, in suis Ordinibus suscipe, eisque quietem praebet; aut si hoc fortasse nolueris, omni altercatione postposita, de eorum causa statuta majorum aut Canonum terminos custodi : si vero neutrum feceris, nos quidem rixam inferre nolumus, sed tamen venientem a vobis non devitamus. Quid autem de Episcopis, qui verberibus timeri volunt, Canones dicant, bene Fraternitas vestra novit. Postores etenim facti sumus, non percussores. Et egregius predictor dicit : Argue, obsecra, incipa, cum omni patientia et doctrina. Nova vero atque inaudita est ista prædictio, quæ verberibus exigit fidem.

B Huius Item Aniano Diaconi Constantinopolitano : De causa Fratris nostri, viri reverendissimi Joannis Episcopi Constantinopolitanus, duas epistolas facere nolui : sed una breviter facta est, quæ utrumque hahere videbatur adiuxtum, id est, et rectitudinem et blandimentum. Tua itaque dilectione eam epistolam, quam nunc dixi pro voluntate Imperatoris, ei dare studeat : nam de subsequenti talis alia transmittetur, de qua ejus superbia non fastetur. Ad hoc enim usque pervenit, ut sub occasione Presby-

teri Joannis gesta huc transmitteret, in quibus se pene per omnen versum oecumenicum Patriarcham nominaret. Sed spero in omnipotentem Deum, quia hypercritum illius superbae iugestas dissolvet. Miror autem, quod dilectionem tuam fallere potuit, ut permitteres Domino Imperatori persuaderi, quatenus ad me sua scripta de hac causa transmitteret, in quibus adiunxeret, ut cum eo pacem habere debuisse. Qui si justitium tenore vult, illum debuit adiunxere, ut se a superbo vocalculo compesceret, et profinus inter nos fieret pax. Tamen quia calliditate a predicto Fratre nostro Joanne factum sit, ut suspicor, minime pensasti. Idecirco enim hoc ille fecit, ut aut audiatur Dominus Imperator, et ille in sua vanitate confirmatus esse videretur; aut non a me audiatur, et ejus animus contra me irritaretur. Sed nos rectam viam tendemus, nihil in hac causa aliud, nisi omnipotentem Dominum invenientes. Unde tua dilectio in millo trepidet, omnia, quæ in hoc seculo videt alta osse contra veritatem, pro veritate despiciat, et omnipotens Dei gratia atque B. Petri Apostoli adjutorio confidat, vocem veritatis recolat dicens : Major est, qui in vobis est, quam qui in hoc mundo : et in hac causa quidquid agendum est,

C cum omnina auctoritate agat. Postquam enim defudi ab inimicorum gladiis nullo modo possumus, postquam pro amore reipublicae argenteum, aurum, municipia vestesque perdidimus, nimis ignominiosum est, ut per eos utram fidelem perdamus. In isto enim cœlesto vocibulo consentire, nihil est aliud, quam fidem perdere. Unde sicut iam transactis epistolis scripsi, cum eo numquam procedure presumam.

a Consecratus 12 Aprilis anni 582. - b Habitu ex Synodus anno 587, a quo clavis octo annos ascerit S. Gregorius epistola 30, libro 4, Indictione 13, id est anno 595 quo epistola adiutoriarum Patriarchas Antiochenum et Alessandrinum, ut perhuius hujus insertentur ob nomen Universalis assumptionis.

- c Ab anno 588 quo postissimum Italiam invaserunt, id 595.

CAPUT X.

Corpora SS. Petri et Pauli clara miraculis : curum brandea, et catena in veneratione, uti tunica Pontificia S. Joannis Evangeliste, S. Gregorii modestia in titulo Universalis Episcopi non usurpando.

At vero Joannes, nova presumptionis invento, ubi Mauritium Deo adversum, Gregorio cum suis complicibus fecit infensum, cernens Constantiam

Imperatricem totis conatibus Romanæ Ecclesiæ servanda privilegia suadere, quantis valuit artibus incitavit, ut propter eam, quam in honorem S. Pauli Apostoli in Palatio ædificat Ecclesiam, a Gregorio caput episodem Apostoli aut aliud quid de ipsis corpore sibi dirigi postularet. Quare calliditatem beatissimum Papa cognoscens, Imperatricis animo taliter satisfecit : Dum illa miliu desiderarem imperari, de quibus facillimam obedientiam exhibens, vestram erga me potuisse gratiam amplius provocare; major me incertitatem tenuit, quod illa præcipitis, quæ facere nec possum nee audeo. Nam corpora SS. Petri et Pauli Apostolorum, tantis in Ecclesiæ suis coruscant miraculis atque terroribus, ut neque ad orandum sine magno illico timore possit accedi. Denique dum beatæ recordationis decessor mens, quia argentum, quod supra sacratissimum corpus S. Petri Apostoli erat, longe tamen ab eodem corpore fere quindecim pedibus, mutare voluit, signum ei non parvi terroris apparuit. Sed et ego aliquid similiter ad sacerdotissimum corpus S. Pauli Apostoli meliorare volui : et quia necesse erat, ut juxta sepulcrum ejusmodi effodi altius debuisset. Præpositus loci illius ossa aliqua, non quidem eidem sepulcro conjuncta, reperit. Quæ quoniam levare præsumpsit, atque in album locum transponere, apparentibus quibusdam tristibus signis, subito morte defunctus est. Praeter haec autem sancte memorie decessor mens idem ad corpus S. Laurentii Martyris quædam meliorare desiderans, dum nescitur ubi corpus esset venerabile collocatum, effudit exquirendo, et subito sepulcrum ipsius ignoranter apertum est. Et hi qui presentes erant atque laborabant monachi et mansionari, quia corpus ejusdem Martyris viderunt, quod quidem tangere minime præsumperunt, omnes intra decem dies defuncti sunt, ita ut nullus vita superesse potuisset, qui seniustum corpus illius viderat. Cognoscat autem tranquillissima Domina, quia Romanis consuetudo non est, quando Sanctorum reliquias dant, ut quidquam tangere præsumant de corpore, sed tantummodo in pyxide brandeum mittuntur, atque ad sacratissima Sanctorum corpora ponuntur. Quod levatum in Ecclesia, que est dedicata, debita cum veneratione reconditur. Et tandem per hoc ibidem virtutes sunt, ac si illi specialiter eorum corpora deferantur. Unde contigit, ut beatæ recordationis a Leonis Papæ tempore, sicut a maioribus tradidit, dum quidam Graci de talibus reliquiis dubitarent, predictus Pontifex hoc ipsum F brandeum allatis forcibus incidit, et ex ipsa incisione sanguis effluxit. In Romanis namque vel totius Occidentis partibus omnino intolerabile est utique sacilegium, si Sanctorum corpora quisquam tangere fortasse vulneret : quod si præsumperit, certum est, quia haec temeritas impunita nullo modo remanebit. Pro qua re de Graciis consuetudine, qui ossa levare Sanctorum se assunt, vehementer mirantur, et vix credimus : nam quidam Graci monachii hinc ante biennium venientes, nocturno silentio juxta Ecclesiam S. Pauli, corpora mortuorum in campo jacientia effodiebant, atque eorum ossa reconclitant, servantes sibi dum recederent. Qui eum tenui, et cum hoc facerent, diligenter fuissent discussi, confessi sunt, quod illi ossa ad Graciæ essent tamquam Sanctorum reliquias portatui. Ex quorum exemplo, sicut predictum est, major nobis dubietas nata est, utrum verum sit, quod levari ossa Sanctorum dicuntur. De corporibus vero beatorum Apostolorum quid ego dicturus sum, dura constet, quia eo tempore, qua passi sunt, ex Oriente fideles venerunt, qui eorum corpora sicut civium suorum repeterent. Quæ ducta usque ad secundum Urbis milliarium, in loco, qui dicitur Cataeumbas, collo-

lib. 4 ep 30

ut et
S. Laurentii.tangit aut
alio transfecri
nequeunt;sed eorum
brandea,
miraculis
etiam clara:

1. Joann.
peritura
et alias
inducuntur
primatas.

Corpora
SS. Petri et
Pauli
miraculis
obirent i-

Acata sunt. Sed dum ea exiude levare omnis eorum multitudo conveniens niteretur, ita eos vis tonitrii atque fulgoris terruit ac dispersit, ut talia denno nullatenus tentare presumerent. Tunc autem exeuntes Romani, eorum corpora, qui hoc ex Domini pietate meruerunt, levavere, et in locis, quibus nunc sunt condita, posuerunt. Quis ergo, serenissima Domina, tam temerarius possit existere, ut haec sciens, eorum corpora non dico tangere, sed vel aliquatenus presumat inspicere? Dum igitur talia mihi a vobis praecepta sunt, de quibus parere nullatenus potuisse, quantum invenio, non vestrum est, sed quidam homines contra me pietatem vestram excitare voluerunt, ut mihi, quod absit voluntatis vestrae gratiam subtraherent: et propterea quiesciverunt capitulum, de quo vobis quasi inobedienti invenirentur. Sed in omnipotenti Domino confido, quia nullo modo benignissimae voluntati subripitur, et sanctorum Apostolorum virtutem, quos toto corde et mente diligitis, non ex corporali presentia, sed ex protectione semper habebitis. Subiunxi vero, quod simili transmitti jussisti, cum corpore ejus est: quod ita tangi non potest, sicut nec ad corpus illius accedi. Sed quia Serenissimae Dominae tam religiosum desiderium vacuum esse non debet, de catenis, quas

Bipse sanctus Apostolus Paulus in collo et in manibus gestavit, ex quibus multa miracula in populo demonstrantur, partem vobis aliquam transmittere festinabo; si tamen hanc tollere limabile valero. Quia dum frequenter ex catenis eisdem multi veniunt, et benedictionem petunt, ut parum quid ex limatura percipiunt, assistit Sacerdos cum lira, et aliquibus petentibus ita concite aliquid de catenis executitur, ut mera nulla sit. Quilondam vero petentibus, dum per catenas ipsas lira dueatur, et tamen ut aliquid inde exeat, non oblinetur.

37 In quibus Gregorii, veracibus utique, verbis apparet, quia usque ad illa tempora pro Reliquis beatoe Iulie Romanus Pontifex conservat, cum posteriori tempore de vestibus, que sub altari S. Joannis in basilica Constantiana servantur, particulas ceperunt pro sacris Reliquis petentibus dari.

Quante humilitatis Gregorius fuerit, cum ex multis, tunc ex his manifestissimo poterit deprehendi, quod omnes quidem Sacerdotes, Fratres, et Communarios, Clericos autem diversi Ordinis, dilectissimos Filios: ut vero laicos viros, dominos, et feminas, dominas in suis litteris nominaliter, neque ab aliquo se Summum Pontificem, aut Universalem sive Dominum vocari coquimenter permittebat. Nam ut ea, quae super hujusmodi comprehensa sunt, perteinimat, Rusticiam Patriae scribens, ut: Excellentiae vestre scripta suscepit, quia me in gravissima aggritio line possum, de salute, de devotione, ne de dulcedine sua omnino revelarentur. Unum vero agro suscepit, quia in eiusdem scriptis ad me, quod semel esse poterat, sepius dicebatur, Auctilla vestra et Auctilla vestra. Ego enim, qui per Episcopatum opera servis sum omnium factus, per ratione tu mihi unctum dicte, cupus ante suscepimus Episcopatum proprium fori! Et ubi rego per omnipotentem Deum, ne hoc verbum aliquid quod ad me in scriptis vestris inveniam.

lib. 9. ep. 38

a
lib. 2 ep. 10
ibid. 11
Dee. deinde
Regnum re
Subducere
satisfactio in
causa fidei

C 39 Huius humilitatis manusstudingem Gregorius non solum a Theodosiidae Regiae Longobardorum pro tribus Capitolis, verum etiam inter alios Savio quinque sic Subducere satisfacere mihi fecerit, dicens: Exeunte magis homines, turbavero animos vestros, non intelligentes neque quae loquuntur neque de quibus affirmant: idstrentes, quod aliquid de sancta Chaledonensi Synodo per memorie distinctione temporibus sit immutatum, quam nos omni filio omnique devotione veneramus, et sic quatuor Synodus sancte universalis Ecclesie, sicut quatuor libros sancti Evangelii, recipimus, de personis vero, de quibus post terminum Synodi aliquid actum fuerat, ejusdem per memorie Justiniani temporibus est ventilatum, ita tamen, ut nec filios in aliquo violetur, nec de eiusdem persona aliud aliquid agatur, quam apud eandem sanctam Chaledonensem Synodum fuerat constitutum. Anathematizamus autem, si quis ex definitione fidei, que in eadem Synodo prolata est, aliquod immutare presumit, vel

quasi corrigo ejus sensum mutare: sed sicut illic D prolata est, per omnium custodimus. Te argo, Fili carissime, decet ad unitatem fidei remeare, ut finem tuum valeas in pace concludere, ne malignus spiritus, qui contra te per alia opera prævalere non potest, ex hac causa inveniat, unde tibi in die exitus tui in aditu regni colestis absistat.

60 Item Gregorius cubicularie Augustum post cetera: Quod dulcedine tua in suis epistolis subjunxit, importunam se mihi existere, quonsque scribam mihi esse revealatum, quia peccata tua dimissa sint, rem et difficultem et inutiliem postulasti: difficilem quidem, quia ego indignus sum, cui revelatio fieri debet: inutili vero, quia secura de peccatis tuis fieri non debes, nisi cum juu in die vite tua ultro plangere eadem peccata minime vatebis. Que dies quoque veniat, semper suspecta, semper trepida, metuere culpos debes, atque eis quotidiamus fessibus lavare.

lib. 6 ep. 22
indignum se
revelatione
diuina
judicata

61 Item Anastasio Presbytero Isanrie post aliqua: Tua itaque Fraternitas quantum in caritate perfecta sit, scio. Et quia omnipotens Deum multum diligat, oportet ut de proximo multum praescient. Non enim loca vel ordines Creaturi nostro nos proximos faciunt: sed ei nos aut merita bona conjugunt, aut mala disjungunt. Quia ergo adhuc invertum est, quis intermis quals sit, cur non audias scribere, dum inter me et te quis sit superior, ignoras? Et quidem bene te vivere scio, me autem multis oneratum peccatis cognosco: sed etsi ipse peccator es, me tamen mihi es melius: quia tua tantummodo: ego vero et erram, qui mihi commissi sunt, peccata porto. In hoc ego te altum, in hoc magnum adspicio, quia ante hominum oculos in magnis atque in alto locis minime proferisti: in quo saepe dom exterritus ab hominibus honor trahitur, ad inanis animus mergitur, quia eum discerpentes gravatur. Tibi autem omnipotens Deus, juxta hoc quod scriptum est: Ascensus in corde dispositus in convalle lacrymarum. Multo namque mihi altior, multo sublimior videri poteras, si neque ducatum monasterii, quod Neas dicitur, suscepisses.

lib. 6 ep. 29
te magis om
peccatum
anno est et
peccata
sanctorum
portans.

62 Item Stephano Episcopo inter alia: Multum mihi et ultra, quam indignus audire debui, favorem in vestris epistolis demonstratus. Et scriptum est: Ne landes boninum, quandam vivit. Tamen etsi audiatur talis dignus non fu, orationibus vestris peto, ut dignus efficiar: ut si bona in me non ideo dixistis, quia sunt: ideo sunt, quia dixistis.

bondit
renuit in vita:
lib. 6 ep. 8
Eccl. 11

63 Sed ne solis verbis tanti Presulis humilitas inculcat credatur, superest, ut Gracorum relatives ad me super interpretatis, eadem Patris humilitas vivis operibus demonstretur: in quibus videbet ita reflectur: b Exarravit nobis Aldeas Joannes Pervia, sanctus et reverendus vir existens, de magno Gregorio beatissimo Papa Romano, duens: Quoniam ivi Romanum ad adorandum loculos sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et una dierum cum starem in medio civitatis, video Papam Gregorium per me transitorem, et cogitavi me nottere ante eum. Cum ergo appropinquasset mihi Papa, videns, quia pergerem et notterem me ante eum, sicut coram Deo dico, Fratres, primus misit se ante me super terram, et non ante surrexit, quam ego prior surgerem: et amplexatus me cum multa humilitate, tribuit mihi per in amictum numismata, et jussit dari mihi easum et necessitatis meas omnes. Glorificavi ergo Deum, quidem et talem humilitatem circa omnes, et eleemosynam, et caritatem.

F
fletat cum
fletale
Abbate:

64 Huc est, quod patientissimus Pastor Gregorius penes Imperatorem Mauritium sibi prorsus infensum, dum accusat, quod Malchium Episcopum, sui patrimonii provisorem, pro retentis pensionibus tandem in custodis affixisset, quousque spiritum

innocens a
extre
enique:
lib. 7 ep. 1

A spiritum exhalare, Sabiniano suo Constantinopolitano Diacono scribens, ait: *Unum est, quod breviter suggeras serenissimis Dominis nostris, quia, si ego servus eorum in mortem Longobardorum me misere v. duissem, hodie Longobardorum gens nec Regem, nec Duces, nec Comites haberet, atque in summa confusione divisa esset. Sed quia Deum timeo, in mortem eiuslibet hominis me misere formido. Malchus autem idem Episcopus neque in custodia fuit, neque in aliqua afflictione; sed die, qua caussam dixit, et adductus est, nesciente me, a Bonifacio notario in dominum ejus ductus est, ibique prandit, honoratus est ab eo, et nocte subito mortuus est inventus.*

a Thendelinda filia Garibaldi Regis Bagoariorum, primo nupta Anthari Regi, tunc hucus successora Agilulphi. Paulus Diaconus de Gestis Longobardorum lib. 4 cap. 2 scribit. S. Gregorius liberus Diatologum hunc Regine miseric. — b Hac plane eadem leguntur apud Joachinem Moschum in Prato spirituali seu libro 10 de litis Patrum cap. 151.

CAPUT XII.

Clades et ruinæ Imperii Romani, et Urbis Romanae a S. Gregorio indicantur ut praenuntiae extremi iudicij.

Bigitur in omnibus suis dictis vel operibus Gregorius imminentem futuræ retributionis diem ultimum perpendebat, tantoq[ue] canticis euneta cunctorum negotia ponderabat, quanto propinquius finem mundi insistere, ruinis ejus crebrescentibus, advertebat. Quapropter in Homiliis Evangelicis perhibet, dicens: *Exurget gens contra gentem, et regnum adversus regnum, et erunt terra-mortus magni per loca, et pestilentie, et fames. Et quibusdam interpositis, adjunxit. Et erunt signa in sole et luna et stellis, et in terris pressura gentium pre confusionem sonitus maris et fluctuum. Ex quibus profecto omnibus alia jam facta cernimus, alia et proximo ventura formidamus. Nam gentem super gentem exurgere, eamunque pressuram terris insistere, plus jam in nostris tribulationibus invenimus quam in codicibus legimus. Quod terræ-motus urbes innumeratas subruat, ex aliis mundi portibus, scitis, quam frequenter audivimus. Pestilentias sine cessatione patimur. Signa vero in sole et luna et stellis adhuc aperte minime vidimus: sed quia haec non longe sint, ex ipsa jam aeris immunitatione colligimus. Quomodo prius, quam Italiz gentilis gladio ferienda traderetur, igneas in celo acies vidimus, ipsum, qui postea humani generis fuisse est, sanguinem coruscantes. Confusio autem maris et fluctuum needum nova exorta est. Sed cum multa iam prænuntiata completa sint, dubium non est, quin sequantur etiam panca, que restant: Quia sequentium rerum certitudo, est præteritarum exhibitor. Et paulo post: *Ecce Fratres mei iam cernimus, quod andiebamus. Novis quotidie et crebrescentibus malis mundus urgetur. Ex illa plebe innumeris quanti remanseritis, asperitis: et tamen quotidie flagella urgent, repentina casus opprimunt, novis nos et improvisis clades affligunt. Sicut enim in juventute virgines corporis, forte et incolumis manet pectus, torosa cervix, plena sunt brachia; in annis autem senilibus statura enrvatur, cervix exsiccata deponitur, frequentibus suspicis pectus urget, virtus deficit, loquentis verba ardentibus intercedit (nam si languor desit, plerumque senilis ipsa salus, regritudo est) ita mundus in annis prioribus velut in juventute viguit, ad propagandam humani generis prolem robustus fuit, salute corporum viridis, opulentia rerum pinguis; at nunc ipsa sua senectute deprimitur, et quasi ad vicinam mortem molestias crebrescentibus urgetur. Et iterum: Eantes predicate, dicentes: Quia appropinquavit**

Martii T. II.

regnum cœlorum. *Hoc jam Fratres dilectissimi, D etiamsi Evangelium taceat, mundus clamat. Ruine namque illius, voces ejus sunt: qui enim tot attritus percussionibus a gloria sua cededit, quasi jum nobis e proximo regnumaludi, quod sequatur, ostendit. Ipsæ enim ejus ruinæ predican, quod amandus non est. Si enim ruinam sui donum quarsuta minaretur, quisquis in illa habitaret, fugeret: et qui stan tem dilexerat, recedere quantocytus a cadente festinaret. Si igitur mundus cadit, et nos eum amando amplectimur: opprimi volumus potius, quam habitate. Quia nulla nos ratio a ruina illius separat, quos in ejus passionibus amor ligat. Facile est ergo nunc jam cum destricta omnia cernimus, animum nostrum ab ejus dilectione disjungere. Sed hoc illo in tempore difficillimum fuit, quo tunc Apostoli predicare coeleste regnum invisibile mittebantur, cum longe lateque omnia cernerent florere regna terrarum.*

C6 Quæ autem de istius Urbis Gregorius incommoditate descripscerit, indicabo, quatenus hi, qui nunc in ruinis ejus habitantes, eam ordinatiorem, ac per hoc valentiem fuisse non autunant, contemniscant. Ait enim in expositione Ezechielis Homilia decima octava sic: *Quid est iam, rogo, quod in hoc mundo libeat: ubique luctus aspicimus, undique genitus audiimus. Destrueta urbis, eversa sunt castra, depopulati sunt agri, in solitudinem terra redacta est. Nullus in agris incola, pene nullus in urbibus habitator remansit. Et tamen ipsa pars generis humani reliquie, adhuc quotidie et sine cessatione feriuntur, et finem non habent flagella celestis justitiae, quia nec inter flagella correcte sunt actionis culpe. Alios in captivitatem duci, alios detruncari, alios interfici videimus. Quid est ergo, quod in hac vita libeat. Fratres mei? Si talem mundum adhuc diligimus, non iam gaudia, sed vulnera arcamus. Ipsi autem, quie aliquando mundi domina esse videbatur, qualis remanserit Roma, conspiciatis. Intraensis doloribus multipliciter attrita, desolatione ciuium, impressione hostium, frequentia ruinarum, ita ut in ea completum esse videamus, quod contra Samariam per Ezechielum Prophetam presulatum est: Pone ollam, pone, inquam, et mette in ea aquam, et congere frusta ejus in ea. Et ponilo post. Efflerbit coctio ejus, et decocta sunt ossa illius in medio ejus. Atque iterum: *Congere ossa, que igne succendam. Consumetur carnes, et coquetur universa compositio, et ossa talescent. Pone quoque eam super prunis vacuum, ut incalescat, et liquefiat aë ejus. Tunc enim nobis olla posita est, cum haec est civitas constituta. Tunc in ea aqua missa est, et frusta ejus congesta sunt, quando ad eam undique populi confluebant, qui velut aqua calens actionibus mundi fervescerent, et quasi frusta carnium in ipso suo fervore hincarentur. De qua bene dicitur: Efflerbit coctio ejus, et decocta sunt ossa illius in medio ejus. Quia prius quidem in ea vehementer inceduit actio gloriae secularis, sed postmodum ipsa gloria cum suis sequacibus defecit. Per ossa etenim, potentes seculi: per carnes vero, populi designantur. Quia sicut carnes portantur ossibus, ita per potentes seculi infirmitas regitur populorum. Sed ecce iam de illi omnes hujus seculi potentes ablati sunt. Ossa ergo excocta sunt. Ecce populi defecerunt: carnes ejus liquefacta sunt. Dicatur itaque: Congere ossa, que igne succendam. Consumentur carnes, et coquetur universa compositio, et ossa talescent. Ubi enim senatus? Ubi iam populus? Contabuerunt ossa, consumptæ sunt carnes. Omnia in ea seculorum dignitatum ordo extinctus est: excocta ergo est universa compositio ejus. Et tamen ipsos non panco, qui realissimus, adhuc quotidie gladii, adhuc quo-**

Theudelinda.

^a
Hom. 1. in
Evang.

Indeal signa
prævenientia
extremi
iudicis variis
orbis ruinæ
esse,

*et generales
eversiones.*

*nec lumen
cessari a
seculibus.*

Ezech. 24

*et clavis urbis
Romæ
enumerat*i**

ACTORE
JOANNE
DIACONO

Nahum. 2

A fidelie innumeræ tribulationes premunt. Dicatur ergo: Pone quoque eam super prius vacua. Quia enim senatus deest, populus interiri, et tamquam in paucis, qui sunt, dolores et gemitus quotulie multiplicantur, jam ergo vacua ardet Roma. Quid autem ista de hominibus dicimus, cum ruinis ciboscentibus, ipsa quoque ejus destrui aedificia videmus? Unde apte de civitate jam vacua substitut: Incalens et liquefatus es ejus. Jam enim et ipsa olla consumitur, in qua prius carnes consumabantur et ossa: quia postquam defecerunt homines, etiam parietes cadunt. Ubi enim sunt, qui in ejus aliquando gloria laetabantur? Ubi eorum potum? Ubi superbia? Ubi frequens et immoderatum gaudium? Impeditum est in ea, quod contra destruendum Ninivem per Prophetam dicitur: Ubi est habitaculum leonum, et pascua catulorum leonum? An ejus duces ac principes leones non erant, qui per diversas mundi provincias discurrentes, prædam seviendo et interficiendo rapiebant? Hinc leonum catuli inveniebant pascua: quia pueri, adolescentes, juvenes, seculores et secularium filii hue undique concurrebant, cum proficere in hoc mundo valerent. Sed ecce iam desolata, esse contrita, esse geminita oppressa est. Jam nemo ad eam currit, ut in hoc mundo proficere: jam nullus potens et viuentius remansit, qui opprimendo predam diripiat. Itenans ergo: Ubi est habitaculum leonum, et pascua catulorum leonum? Contigit ei, quod de Iudea novimus per Prophetam dictum: Dilata calvitudinem sicut aquila. Calvatum quippe hominis, in solo capite fieri solet: calvatum vero aquila, in toto illi corpore: quia cum vado semper, pluma ejus se penitus ex omnibus illius membris cadunt. Calvatum ergo sumus sicut aquila, Roma dilatata, quia plumas perdidit, dum populus amisit. Alarum quippe penitus ceciderunt, cum quibus valde ad prediam consueverat: quia omnes ejus potentes extinti sunt, per quos aliena rapiebat. Item Diologorum libro secundo:

Mich. 1

B Præterea, inquit, Antistes Camissimæ Ecclesia ad Benedictum Domini famulum venire consuverat, quem vir Bei pro vita sua merito valde diligebat. Is itaque dum cum illo de ingressu Regis Totila et Romanae urbis perditione colloquium haberet, dixit: Per hunc Regem civitas ista destruetur, ut jam amplius non inhabetur. Qui vir Domini respondit: Roma a gentibus non exterminabitur, sed temporebus, coruscis, turbinibusque terra-moto fatigata, marescent in semitipsa. Cujus propheticæ mysteria nobis jam facta sunt luce clariora, quia in hac urbe desolata macula, everas domos, destrutus ecclesiæ turbidiorum, ejusque dilatatio longe seruo lassata, quia ruinis ciboscentibus prosterminatur, videmus. Item in epistola Joanni Episcopo Ravennati post aliquo: Si quando est aliquando locus obtinendi, agat apud Eusebium Fraternitas vestra, ut pacem eum Arnulphio, si aliquid prius possimus, faciamus: quia miles de Romana Urbe ablatus est, sicut ipso movit: Theodosium vero, qui hic remanserunt, togam non accepientes, vix ad mororum quidem custodiari se accommodavit: et destituta ab omnibus civitas, si juveni ejus non habet, quonodo subsistet?

C *b* In R.S. Sarca, in nostris tribulationibus patitur. *In exercitu Homilie*, in positis temporibus certiorum. *b Et in Malogia S. Gregorii de Vita S. Benedicti, infra 21. mortuus obiit.*

lib. 2 ep. 32
fol. 10

que corporis delictatibus aggravatus, a studio expatriationis omnino desisteret, et ad illos se pervenisse defleret, atque dissolutionem sui corporis totis conatibus flagitaret. Quapropter eidem Joanni Episcopo queritur, dicens: Quod multis vestra beatitudini minime respondi, non hoc torpori meo, sed languori deputare: quia peccatis meis facientibus eo tempore, quo Agilulphus ad Romanam Urbem veniens, alios occidit, alios detracuit, tanta iniquitas affectus sum, ut in eis molestiam eadere. Item in expositione ultime visionis Ezechielis Prophetæ: Quia multis annis prementibus Prophetæ librum coram caritate vestra totum per ordinem perscrutari non licuit, bonis vestris desideriis placuit petere, ut saltem extrema ejus visione, que ei facta est de aedificio in monte constituto, que et cunctis est visionibus ejus observior, exponi debuisse. Et quidem voluntati vestra me parere necesse est, sed duo sunt, que hac in re perturbant animum meum. Unum, quod haec eadem visio tanta obseruitatis negligi legitur, ut vix in ea aliquid intellectu interludente videatur. Aliud, quod jam Agilulphum Longobardorum Regem ad obsidionem nostram summopere festinatorem, Padum transisse cognovimus. Unde penitale, Fratres charissimi, in caliginosis ac mysticis sensibus penetrare quid valeat meus misera, timor mei sui perturbationibus occupata? Quanto enim circa terrena plus satagit, tanto in his, que sunt coelestia, minus videt. et pro eo, quod curis suis extra se ducitur, valde intus minor est. Quia scriptum est. Deprimit terrena in habitatio venium multa rogitantem: quia enim superiora penetrare etiam collecta non sufficit, pensate quid agere poterit divisa. Seimus omnes, quia et illeius, qui in multis rivis dividitur, a suo alveo siccatur. Item idem in ejusdem Prophetæ tractatibus, Homilia x: Sive, inquit, iustus in culpa, sive peccator in mortem corrutus, speculatori tristem est, ne hume ex suo silentio reatus peccantium pariter involvat. Sed interim dum loquor, avertere a memetipso oculos volo, et recte iterum sermo divinus me impungit in memetipsum, ut neam negligentiam videam, et mihi dici haec, quae audio, pertimescam. Sicut enim superius dixi, cuius cor immunitus curis sparsum, se ad se colligat? Quando etiam possum et ea, que circa me sunt, sollicito omnia curare, et memetipsum oditato sensu conspicere? Quando possum pravorum nequitius insequendo corrigeri, honorum actus laudando et admonendo custodire: alii terrorem, atque ab his dilectionem demonstrare? Quando video, et de his, que sunt necessaria, Fratribus cogitare, et contra hostiles gladio, et Urbis vigilis sollicitudinem gerere, ne incursione subita cives percant, providere, et inter haec omnia pro amicarum custodia plene atque efficaciter verbum exhortationis impendere? Loqui etenim de Deo, quiete, valde et liberas mentis est. Tunc namque bene lingua dirigitur in sermone, cum secundum sensus queverit in tranquillitate: quia nec concusso aqua imaginem resipientis reddit, sed tunc in ea vultus intentis adspicitur, cum non moveatur. Quam ergo exhortationem vobis speculator vester, Fratres carissimi, faciat, quem tot rerum confusio perturbat: Et paullo post: Sacerdos etiam post compunctionem ac lacrymas cogitat necessaria quaque Filiorum suorum cognoscere, et ea, quae refugit animo, patienter audire, atque post suspicere oculis, quoniamque carnarium hominum unera portare, et saep cum supervenientibus cur in diversam qualitatem transfundere. Nam aliquando dulceris spirituatus gaudet: sed cum quilibet mores supervenerit, nisi quis in se suscepit, tribulacioni illius compatiens non est. Et aliquando de dannis amicarum luget, sed repente supervenient

In Praefat.
lib. 2.

Sap. 9

Hom. 14 in
Ezechiel.

sua let se sua
sub totu
accommodare

Barbarorum
incursione et
expeditione
prostrata, ab
expositione
Ezechielis
destituta;

a

CAPUT XIII.

S. Gregorii naribus, abitus, sepultura.

Tantis curiam tumultibus pro amicarum pariter ne civitatis egestate Gregorus gravabatur, ut in colo o modestis corrinos, non solum, sicut proposuerat, per ordinem Ezechielis mysteria minime pertractaret, verum etiam hostilibus incursionibus, multis-

Rom. 12

Homil. 22

ib. 7 ep. 27
Ind. 2podagra
doloribus
lecto affigitur
dimensibusib. 8 ep. 33
1mo biennio,adspiret ad
salutem
Siernam,
Prestes exponeat
Patriarche
Alexandrinus

A superveniunt, qui de suis prospicitatibus lætantur: quorum si letitiae Sacerdos non congaudet, minus amare creditur filios, in quorum gaudio non exultat, præcipue cum Paulus dicat: Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus. Nihil ergo tam onerosum in ordine Sacerdotum video, quam rigorem mentis compatiendo flectere, et cum personis supervenientibus animum mutare. Et tamen hoc valde est necessarium: nam quando ex prædicatione ejus ad boni operis gratiam peccator reducitur, si ipse, qui prædicat, videtur ingratus? Item in fine ejusdem voluminis: Ecce hæc, ut Domino largiente potimus, coram vobis, Fratres carissimi rimati suntus. Nemo autem me reprehendat, si posthaec a locutione cessavero: quia sicut omnes cernitis, nostræ tribulationes excrèverunt, undique gladii circumfusi sumus, undique imminens mortis periculum timimus. Alii detracunt ad nos manibus redempti, alii capti, alii interempti munitantur. Jam coger linguam ab expositione retinere, quia tñdet animam meam vitæ meæ. Jam nullus in me sacri eloquii studium requirat, quia versa est in luctum eithara mea, et organum meum in vocem flentium. Jam cordis oculus in mysteriorum discussione non vigilat, quia dormitavit anima mea præ tedio: jam minus lectio animo dulcis est, quia oblitus sum manducare panem meum a voce gemitus mei. Cui autem vivere non licet, de Scripturæ sacra sensibus loqui mystica qualiter libet? et qui coger quotidie amara bibere, quando possum dulcia propinare? Item idem Italicae Patricie et Venantio ex monacho Patricio: Quod donum de Sicilia venentes, affectu, quo debui, de sospitate vestrae excellentie requirere curavi: sed de assiduitate ægritudinum mihi tristia responderunt. Ille autem dicens, nee ego vobis de meipso invenio alii, quod debetrum nuntiare, nisi quod peccatis meis facientibus, ecce jam undecim menses sunt, quod valde rancum est, si de lecto surgere aliquando potui. Tantis enim podagris doloribus tantisque molestiarum premor angeribus, ut vita mea mihi gravissima prena sit: quotidie enim in dolore deficit, et mortis remedium expectando suspiro. In Clero vero hiujus Urbis et populo tanti febrium languores irruerunt, ut pene nullus liber, nullus servus remanserit, qui esse idoneus ad aliquid officium vel ministerium possit. De viciniis autem urbibus strages nobis mortalitatis quotidie munitantur. Africa autem qualiter mortalitate et languoribus vastetur, quanto viciniores estis, tanto credo quoniam subtilius cognoscatis. De Oriente vero qui veniunt, graviores desolationes buntur. In his itaque omnibus, quia appropinquare fine mundi generali percussionem esse cognovimus, atthigi nimis de propriis modestis non debemus. Item Eulogio Patriarche Alexandrino: Transacto anno suavissima sanctitatis vestra scripta suscepit, quibus pro ægritudinis metu minitatem respondere nonne usque non valui: ecce euino jam haecnum pene expletur, quo lectulo teneor, tantisque podagris doloribus affligit, ut vix in diebus festis usq; ad horarum trium spatium surgere valcam, et Missarum solennia celebrare. Mox autem tam gravi compellor dolore decumbere, ut cruciatum meum non possim gemitu interrumpto tolerare: qui dolor interdum lensus est, interdum nimius: sed neque ita lensus, ut recedat, neque ita nimius, ut interficiat. Unde fit, ut qui quotidie in morte sum, quotidie repellar a morte: nec mirum, quia peccator gravis, talis corruptionis carcere dum teneor inclusus. Unde compellor exclamare: Educ de carcere animum meum ad contendendum nomini tuo, Domine. Sed quia meis adhuc precibus obtinere non mereor, Rego ut vestrae sanctitatis oratio sue mihi intercessoris adjutorium prebeat, meque a peccato et cor-

ruptionis pondere liberari reddat in illam, quam bene nostis, libertatem gloriae Filiorum Deli. Item eidem: Peto autem, ut pro me eniuxis vestra sanctitas orare debeat, quia podagra doloribus, et barbarorum gladiis, et curarum afflictionibus incessanter premor. Sed si mihi orationis vestre opem impeditis, credo quod me contra omnia adversa fortiter juvet. Item eidem: Rogo ergo, ut pro me peccatore eniuxis oreatis, quia et dolor corporis et amaritudo cordis et immensa vastitas mortalitatis, inter tot barbarorum gladios me vehementer affligit: inter quæ omnia non temporalem, sed æternam consolationem requireo: quam per me impetrare non valeo, sed per intercessionem vestre beatitudinis hanc me obtinere confido. Item b Mariano Episcopo Arabice: Multum jam tempus est, quo surgere de lecto non valeo. Num me modo podagra dolor cruciat, modo nescio quis in toto corpore cum dolore se ignis expandit: et fit plerumque, ut uno in me tempore ardor cum dolore configat, et corpus in manusque deficiat. Quantis autem aliis necessitatibus extra has, quas protuli infirmitates, officiar, enumere non valeo. Sed breviter dico, quia sic mo infectio noxiæ humoris imbibit, ut vivere mihi pena sit et morte desideranter expectem, quam gemitus meis solau esse credo remedium. Proinde, Frater carissime, divine pro me pietatis misericordiam deprecare, ut percussiois sue erga me flagella propitiis mitiget, et patientiam tolerandi concedat: ne nimio, quod absit, tedio in impatientiam cor erumpat, et quæ encari per plagam poterat culpa, crescat ex murmure. Item Rusticanus Patriarche: De podagra modestia, quam volvis evenisse signasti, et contristatus vehementer sum et letatus: latitus quia humor noxiæ inferiora petens, superiora profecto deseruit: contristatus vero, quia in tam tenuisimo corpore dolores vos nimios perpeti pertimesco. Ubi enim deest caro, que virtus esse poterit doloribus resistens? Me etenim, quem qualis fuerim noster, ita amaritudo animi et assidua exacerbatio, atque præter hoc podagra modestia afficit, ut corpus meum tamquam in sepultura siccatum sit: unde fit, ib. 9 ep. 38 nt iam raro de lecto surgere valeam. Item eidem: Ego in tanto gemitu et occupationibus vivo, ut ad dies, quos ago, me pervenisse poniteat, solaque mihi in consolacione sit mortis expectatio. Unde peto, ut pro me orare debeatis, quatenus de hoc carnis carcere citius educar, ne tantis laboribus diutius torquer. Item Anastasio Antiocheno: Rogo, ut pro mei cordis infirmitate eniuxis oreatis, quatenus omnipotens Deus mentem meam ab omnibus malis pro vestra intercessione tueratur, et citius me de tot procellis hiujus tempestatis eripiatur, atque in aeternæ quietis litoce perireat.

68 Tantis precibus Gregorius tumuli aliquando divinitus exauditus, postquam Sedem sanctæ Catholice et Apostolice Romanæ Ecclesiæ annis tredecim, mensibus sex et diebus decem, doctrinis pariter ac operibus felicissimis illustravit, anno imperii Phœcæ secundo, Indictione septima, quanto Idaum Martiarum, a carnis corruptione subtractus est, incorruptionis perpetuae gloria sublimans. Qui videbit omni vita sua tempore sicut novas basilicas minime fabricarat, ita nimium fabricatarum veterum sarta tecta cum summō studio sumuliter reparalat. Quas reditibus, luminaribus, officiis: tque donariis cumulans, in basilica B. Petri Apostoli fastigium de argento purissimo, quod a d. Leone tertio Pontifice in basilica Sixtiana, sanctæ Marie nominis dedicata, translatum est, fabricavit: et in basilica B. Pauli Apostoli super altore milionum aliud fastigium procuravit. Hujus præterea venerabile corpus in extrema portu basilicae B. Petri Apostoli sepulcrum in portu S. Petri, ante

D
AUCTORE
JOANNIS
DIACOSO
ib. 7 ep. 78
Ind. 2

ib. 11 ep. 47

b
Arabiæ: Multum jam tempus est, quo surgere de lecto non valeo. Num me modo podagra dolor cruciat, modo nescio quis in toto corpore cum dolore se

E

fit corpore
plane
excavato;

ib. 9 ep. 38

nt
ib. 9 ep. 38

ib. 7 ep. 3
R

mortuus
i2. Martis

4

sepulcrum
in
portu
S. Petri,

ante

A pertraherent, banc subtilius emendari noluerunt. Quibus multa jubentibus, dum parere modo per expositionis mysterium, modo per contemplationis ascensum, modo per moralitatem, studeret instrumentum, hoc opus per triginta et quinque libros extensem, in sex codicibus explevit: quorum exemplaria primo per Urbis monasteria subdivisit, postremo vero eidem Leandro Episcopo destinavit.

73 Sed in ipso sui Episcopatus exordio, dum a Joanne Ravennatis urbis Episcopo humiliiter reprehensus fuisset, cur Pastoralis curae delitescendo pondera fugere vir tam idoneus voluisset, librum Regule pastoralis componuit: quam quadripartita ratione distinguens, valde pensandum esse perdonuit, cum rerum necessitas exposcit, ad culmen regiminis quisque qualiter veniat, atque ad hoc rite pervenientis, qualiter vivat: et bene vivens, qualiter doceat: et recte docens, infirmitatem suam quotidie quanta consideratione cognoscat: ne aut humilitas accessum fugiat, aut perventioni vita contradicat, aut vitam doctrina destituat, aut doctrinam præsumptio extollat. Primum ergo appetitum timor temperet: post autem magisterium, quod a non querente suscipitur, vita commendet. Deinde necesse est, ut Pastoris bonum, quod vivendo ostenditur, etiam loquendo propagetur. Ad extremum vero superest, ut perfecta quaque opera consideratio propriæ infirmitatis deprimat, ne hec ante occulti arbitrii oculos tumor elationis extinguat. Et quia quosdam imperitos ad sacerdotium conspirasse cognoverat, quosdam conspiratores esse previdebat, qui metiri se nescientes, que non dilicerent, dovere conciperent, quique pondus magisterii tantolevius estimarent, quanto vim illius magnitudinis ignorarent; hos in ipsi libri sui reprehendit exordio: ut si quando inducti ac præcipites doctrinae arcem tenere appetissent, a præceptationis sue ausibus in ipsa Gregorianæ locutione janua pellebantur. Hunc librum Anatolius Diaconus, ejus Apocrarius, querenti ac jubenti Imperatori quondam obtulerat, quem magis f. Anastasius Antiochenus Episcopus in Graecam linguam transludit, et Orientalibus Ecclesiis opus generali procuravit.

74 Deinde, sicut in secundo hujus operis libro jam retuli, dum adhuc Gregorius ad loquendum voce, flatuque sibi sufficeret, per stationes discurrens, xx Homilias Evangelii diverso tempore eorum populo declinavit: reliquias vero ejusdem numeri dictavit quidem, sed lassesciente stomacho lingue continuo, alii pronuntiare permisit: quarum exemplaria Secundo, servo Dei, petenti mandavit.

75 Cumque a suis familiaribus, ut aliqua de miraculis Patrum describeret, Gregorius enixius rogaretur, Maximiano Syriaensano Episcopo scriptis, dicens: Fratres mei, qui in eum familiariter vivunt, omnimodo me compellunt aliquid de miraculis Patrum, quae in Italia facta audivimus, sub brevitate describere. Ad quam rem solito vestrae caritatis vehementer indigo, ut queque vobis in memoriam reddant, quaque cognovisse vos contigit, mihi breviter indicitur. De Domino enim g. Nonnoso Albatz, qui juxta Dominum Anastasium de Pentomiis fuit, aliqua retulisse te memini, que oblationi mandavi. Et huc ergo, et si quia sunt alia, tuis peto epistolis imprimi, et mihi sub celeritate transmitti, si tamen ad me non proficereris. Hinc Gregorius robustus, sanctorum miracula Patrum cum Petro suo Diacono, quae per inquisitionem atque responsionem protulerat, expositionis altius studium interrupiens, sola nominum prædictatione distinxit, et in libros quatuor ordinavit: ut sicut in libris expositionum suarum, quibus esset virtutibus insundendum, docuerat, ita etiam, descriptis Sanctorum miraculis, quae

virtutum suisset earamdem claritas, luce clarius ostentaret. Quos libros b. Zacharias, sancte Ecclesie Romane Episcopus, Greco Latinoque sermone doctissimus, temporibus Constantini Imper. post annos ferme centum septuaginta quinque in Graecam linguam convertens, Orientalibus Ecclesiis divulgavit: Quamvis astuta Graecorum perversitas, in commemoratione Spiritus S. a Patre procedentis nomen Fili snapium radens abstulerit.

76 Primum quoque et ultimam Ezechielis Prophetæ partes, quæ videbantur obscuriores, Romanis postulantibus pertractavit, ensque per Homilias vi-ginti et duas distinguens, quantum lucis intrus habent, demonstravit: et in his tractantali, sicut superius patnit, finem fecit.

77 Qui libri dum a doctoribus sequentis temporis tam rectissimis sententiis editi quam Inculpissimo Rethoricae facundiæ stylo composti veraciter doceantur, eos B. Gregorius ex humilitatis sua dulcedine incultos perhibet, Leandro Episcopo inter cetera scribens? Queso ut hujus operis (haud dubium quin Moralium) dicta percurrent, in his verborum folia non requiras, qui per sacra eloquia ab eorum tractatoribus infrastructæ loquacitatis levitas studiose compescitur, dum in templo Dei nemus plantari prohibetur. Et cuncti procul dubio sciimus, quia quoties in foliis male late segetis culmi proficiunt, minori plenitudine spicarum grana turgescent. Unde et ipsam loquendi artem, quam magisterium discipline exterioris insinuat, servare despexi. Nam sicut hujus quoque epistola: tenor emittat, non i metacismi collisionem fugio, non barbarismi confusione derito, situs motusque præpositionum casusque servare contengo. quia indignum vehementer existimo, ut verba coelestis orationis restrigam sub regulis Donati. Neque enim haec ab ullius temporis interpretibus in Scriptura sacre auctoritate servata sunt. Ex qua nimis, quia nostra expeditio oritur, dignum profecto est, ut quasi edita sohales speciem sue matris imitetur. In quibus verbis agnoscitur Gregorius non affectasse locutionem pompatricam, sed ex pristina sceleris exercitii consuetudine potius incurrisse. Cuius facundia consonantiam Isidorens, Hispanensis urbis Episcopis, in expositione Genesios admiratus: Sumpta, impunit, sunt haec ab auctoribus, Origene, Victorino, Ambrosio, Hieronymo, Cassiano, Augustino, Fulgentio, ac nostris temporibus insigniter eloquenti Gregorio. Sed et Beda Presbyter in libro de schematibus oratōrum hominoteleoton fuisse porphyren, exemplum propositus, dicens: Beatus Joh. Ibeo soli siquicunque cognitus, in tentatione ad nostram notitiam perdendus, tactus est vulnere, ut odorem suarum virium tanto latius spargeret, quanto more aromatum melius ex incensione Bagraret. Quo schemato ipse, qui hoc dixit, beatus Papa Gregorius assiduisse usus fuisse cognoscitur. Et hujusmodi orationes esse reor, quas B. Hieronymus concinnas rhetorum declamationes appellant.

78 At Gregorius humilitatis sue cautela communitus, non solum facundia sue redolentiam contentebat, verum etiam in comparatione tractatus altioris, dictatum summi, fursurem nominans, libros suos legi, quandom vivere, vehementissime prudibat. Innocentio Prefecto Africae inter cetera scribens: Quod in expositione S. Joh transmitti vobis codicem voluisti, vestro omnino studio congaudeamus: quoniam illi rei eminentiam vestram studero conspicimus, quæ nec totos foras vos exire permittat, et ad eorū iterum secularibus eurus dispersos recolligat. Sed si deliciose cupitis paulo signari, B. Augustini patricie vestri opuscula legit: et ad comparationem sibi quis illius, nostrum fursurem non queratis. Item

D
sector
JOANNE
DIACONO
h
a Zacharia
Papa Græcœ
translati;

Romilla in
Ezechiele.

Deut. 18.
In scriptis
auteris se
pompaticam
locutionem
non affectasse.

At aliquena
habetur ab
alii.

scripta sua
furures
appellat

Ilib. 8 ep. 37

ACTORE
JOANNE
DIACONO
lib. 6 ep. 9
non cupit
extraelegi,

lib. 10 ep. 22

timo se vito
legi in vigiliis
velet :

lib. 28 ep. 20

conqueritur
in consuetu-
dine etiam
recta
intentione
operibus,
nouatil ranc
glorie et
immiticuisse.

comumillata
et modestia
de e logique

A Item Joanni Episcopo Syracusano : Præterea audio, quod aliqua de his, que scripsisse me memini, Fraternitas vestra ad mensam suam coram extraneis legi faciat. Quod mihi non videtur esse faciendum, quia hoc, quod vos procaritate facitis, possunt quidam, quantum ad me est, vanæ glorie depare : ideque coram extraneis antiquorum dicta legit, et quorum auctoritate valeant, qui audiunt, informari. Item Joanni Sol diacono Ravennæ post multa : Illud, inquit, quod ad me quorundam relatione perlatum est, quia reverendissimus Frater et Cooperator meus Marinianus legi commenta B. Joh publice ad vigilias faciat, non grata suscepit : quia non est illud opus populare, et auctoribus cuiuslibet impeditum magis quam proiectum generat. Sed die ei, ut commenta Psalmorum legi ad vigilia faciat, quia mentes regularium ad bonos mores præcipue informant. Neque enim voto, dona in hac carne sum, si quis dixisse me contigit, ea facile hominibus innadeset.

B 79. Quanta sane consideratione Gregorius, qui ad cultum regnum humiliter pervenisse, ad hoc opus pervenimus, bene vixisse, bene vivendo recte docuisse, salis ut opinor, manifestus est, infirmitatem suam cognoverit, in extremo libro Moralium manifestat, cum dixit : Expleto itaque hoc opere, ad me indu video esse redendum : multum quippe mens nostra, etiam cum recte loqui canatur, extra senectum ipsam spargitur. Integritatem namque animi, dum cogitant verba qualiter preferantur, quia trahunt extrimes, minuant. Igitur a publico intentionis redendum est ad eurum cordis, ut quasi quedam concilio consultationis ad incipitum discernendum roncavæ cogitationis mentis : quatenus ibi videamus, ne aut invenire nulla aut bona non bene dixerum : tunc enim bene dicunt bonum, cum is, qui dicit, sibi ei, a quo necepit, per id appetit placere quod dicit. Et quidem nuditate aliqua etsi dixisse non invenio, tamen quia omnino non dixerum, non defendo : bona vero si qua divinitus accepimus dixi, meo videlicet virtuo nimis me bene dixisse profiteor.

C Naut ad me intrinsecus resiliens, postpositis verbis suis, postpositis sententiis ramis, dum quan subtiliter radicum meæ intentionis inspicio. Non quidem ex ene somnacere placere voluisse emporio ; sed evidenter intentioni, quia Dei placere studet, futili se, mesio quomodo, intentum huminæ ludi intonscerit. Quod enim iam postmodum tardius discerneo, invenio me alter niger, quod scio me alter inchoasse : sic enim super intentionem nostram, dum ante Dei oculis recte incipiatur, oculito sublimeta, et eam volat in itinere comprehendens, intentione huminæ ludis asequitur. Sicut pro necessitate quidem cibis sumuntur, sed in ipso osu, dum fortior gula surrepit, edendi delectatio permiscerit. Unde pleniusque contingit, ut refectioem corporis, quam subtilis emissa corporis, causa voluntatis explexions. Patendum est igitur, quod rectam quidem intentionem nostram, quae soli Dei placere apparet, nonnominquam intentione nimis rocta, quae de donis Dei placere hominibus querit, insidiando constitutam. Si autem de his divinitus districte discutimus, quis infer ista remunet salutis locum, quando et nula nostra, pura malitia sunt, et bona, que nos habere credimus, pura bona esse nequaciam possunt ? Sed hoc mihi operae pretium credo, quod Fraternitas nuntius omne, quod in me latenter ipse reprohendo, menemtante aperio. Quia enim exposuendo non celavi quod sensi, confitendo non abscondo quod patior, per expositionem patet feci dona, per confessionem dotebo vulnera. Et quia in hoc tam magno humano genere, nec parvi desunt, qui dictis meis debent instrui : nec magni desunt, qui

cognitæ meæ valeant infirmitati misereri : per hæc ultraque alii Fratribus, quantum possunt, curam confero, alios queror : illis dixi exponendo, quod faciant : istis aperio confitendo, quod pareant : illis verborum medicamenta non subtraho, istis lacerationem vulnerum non absconde. Igitur quæso, ut quisquis hoc legerit, apud districtum Ju-dicem sidatum mihi sue orationis impendat, et omne, quod in me sordidum comprehendit, fetibus diluat. Orationis autem atque expositionis virtute collata, Lectio mea in recompensatione me superat, si cum per me verba accepit, pro me lacrymas reddit.

D a Be eo infra seorsim agimus. b Si statim post obitum sint illi libri cumhabet, neque potuerint alibi inventari, mitem non debet videri, et illorum mentio non pat apud Iudorum atque quod libris ejus recesseruntur. — c Extat libri solam 12 epistolas, alter digredi, atque tunc reant in codice, quo usus Joannes Diaconus — d Hadrianus i sedit ab anno 772 ad annum 795. e Vita S. Brandi annus 13 Martii, ubi de Bussacis agetur. — f Hec est S. Anazarbus Sinaita, de quo supra actum, mortuus anno 593, 21 Aprilis. — g S. Nonnus colitur 2 Septemb. de eo agitur lib. 1 Dialogorum cap. 7. — h S. Zacharias fuit Papa ab anno 751 usque ad annum 752 qui mortuus est 15 Martii, quo tunc agitur. Extat hæc translatum Graeca papa post ipsius Dialogos Latinus. — i Metacrisma in MS. nostro et S. Z. — k Metacrisma in MS. nostro et S. Z. — l Metacrisma, hoc proprie littera in repetita condensatio seu collectio etiam quorundam litterarum, facundam Mylaclismus, sive Midactismus, quia littera ps. alter ps. etiam dicitur teste Eustathio.

petit preces
corum, qui
legent opera.

S. Zacharias

S. Gregori
corpus
translatum,

modesta in
vestitu :

P an facit
Benedictus
monachus.

abolerit iudic
liberis falso
suo
monachie
scriptor

lib. 9 ep. 60

CAPUT XV. Veneratio S. Gregorii : Ejusdem ac parentum statuæ.

H ominus beatissimi Gregorii venerabile corpus, a a Gregorio quarto, Selis Apostolice Presule, post annos b plurimos translatum ante novellum secretarium constructu absidibus, sicuti modo cernuntur, sub altari sui nominis collocatur, quo ejus anniversaria solemnitas, eunctis certatum pernoctantibus, veneratione gratissima celebratur : in qua pallium ejus et phylacteria, sed et baltens ejus consuetudinanter osculantur. Quæ singulatim considerata, et antiquitatem viri, et mediocritatem habitus, et speciem regularis propositi signis persipientes representant. Nam in eo, quod pallium ejus byssò candide contextum, nullis fuisse cernunt aculus perforatum, sic ipsum circa scapulas obvolutum fuisse, non autem confixum, dignoscitur, sicuti vetustissimis manus vel picturis ostenditur. Quod antea Reliquiarum phylacteria, tenui argento fabricata, vilique palio de collo suspensa fuisse videntur, habitus ejus mediocritas demonstratur. Porro in exilitate baltei, que minus pollicis mensuram nunquam excedit, speciem propositi Regularis, e olim a S. Benedictio statuti, cuius ipse vitam describens in Dialogo, Regulari quoque laudaverat, cum servassu lucublarum manifestat, presertim cum idem venerabilis docttor Gregorius Graecam lingnam nescierit, et sui monasterii monachos, Benedicti utique regulis manipulatis, in d Saxonum destinari.

I 81. Siquidem quod Graecam lingnam nescierit, ipse testatur in epistola, Eusebio Thessalonicensi Episcopo scribens : Latet presentium Theodorus, Ecclesie vestro Lector, ad sanctorum Apostolorum Inimici veniens, dum omnes, quippe ut homo novus haberet inrogatos, Andreæ monacho, qui ad S. Paulum inclusus fuerat, res et chartas, quas defulit, non revera olim nota, unicoloriter depositit, credens quod meus ipsius, sicut et nos ante putaveramus, cum habito concordaret. Sed tante ille pravitatis inventus est, ut si ejus stultitiae sub inclusionis specie paulo adhuc amplius leuisset, multorum animas malitia sua falsitate deciperet, et quacunque potuisset, non levia scandala generaret. Nam inter alia, quae idem Andreas pessime cogitavit et fecit, eam quaque, quam ad nos misisti, dum apud ipsam

A ipsam a p̄fato lectore esset deposita, infisavit epistolam: ut quicunque eam legeret, vos nec catholica, nec recta sapere evidenter argueret. Ex qua re contigit, ut dum veritatem studiose querebamus, ejus, quae latebat, iniquitas vulgaretur, et tanta id eo reperta sunt, quanta nec de scelerato quocunque laico erenderentur. Et quia inter diversa mala, aliquos etiam sermones scripsit, atque eos ex nostro nomine titulavit, et suspecti sumus ne eos alicubi transmisserit, Fraternitas vestra sollicitudinem gerat, et si quid tale repererit, eos excindit, et omnino facit aboleri, ut quod imperitus litterarum, et Scripturae divinae nescius, nostro, sicut diximus, nomine praenotavit, quorundam animos non possit inficere: nam nos nec Graecæ novimus, nec aliquod opus aliquando Graecæ conscripsimus.

B 82 Quod vera monachi, qui a Gregorio in Saxoniam misi sunt, S. Benedicti Regule fuerint manipati, inter alia etiam illud ostendit, quod ex ipsis discipulis vix potest in illis partibus monachus aliquis inveniri, a quo non observetur tam in proprio quam in habitu Regulae Benedicti. Quapropter sicut constat Gregorianum monasterium a Latinitate in Grecitatem, necessitate potius quam voluntate conversum: ita fideliter præstolatur, in Latinitatē cultum, levante Domino, denuo reversum.

C 83 In ejus venerabilis monasterii atrio, jussu Gregorii, juxta nymphorum duas / iconas veteritatis artificialiter depictas usque hactenus videntur: in quarua altera beatus Apostolus Petrus sedens conspicitur, stantem Gordianum, y regionarium, videbile patrem Gregorii, manu dextera per dexteram nihilominus suscipisse. Cujus Gordiani habitus, castanei coloris / planeta est, sub planeta dalmatica, in pedibus / caligas habens: statuta longa, facies deducta, virides oculi, barba modica, capilli condensi, vultus gravis. In altera vero mater Gregori sedans depicta est Sylvia, cantho velamine a dextero humero taliter contra sinistrum revoluta coniecta, ut sub eo manus tunquam de planeti subducatur, et circa pertus sub gula inferior tunica / pseudoflaccientia coloris appearat, quae magno summum super pedes defluit, duabus / zonis ad similitudinem dalmaticarum, sed latioribus omnino distincta: statuta plena, facies rotunda quidem et candida, sed senio jam rugosa, quam ipsa quoque senectus pulcherrimam fuisse significat: Oculis glancis et grandibus, supercilios modicis, labellis venustis, vultu hilari, sevens in capite matronalem mitram, candidis brandei, raritate / hiblatam, duobus dexteræ digitis signaculo crucis se munire velle prætentens: In sinistra vero patens psalterium retinebat, in quo hoc scriptum est: Vivet anima mea, et laudabit te, in iudicia tua adjuvabit me. A dextero vero cubitu usque ad sinistrum circa sexpulas versus ascendens reflectitur, quia ita se habet:

CREATORIS SYLVIE VITÆ FECIT.

84 Sed et in abs. cibula a post Fratrum cellarium, Gregorius ejusdem a artifice magisterio in rotâ Elysiora prius ostenditur. Statuta justa et bene formata, facie de paternæ facie longitudine et maternæ rotunditate ita medie temperata, ut cum rotunditate quadam decenfissime vulnatur esse deduceta, barba paterno more subfulva et modica: ita calvaster, ut in media fronte gemellos emenmos rariuscent, habeat, et dextrorum deflexos: corona rotunda et spatiose: capillo subnigro et decenter intorto, sub auricula medium pendente, fronte speciosa, elatis et longis, sed exilibus, super illis: oculis pupillas furvis, non quidem magnis, sed patulis, subocularibus plenis, naso a radice vergentium superciliorum subtiliter directo, circa medium latiore,

deinde paucis recurvo, et in extremo patulis mari-

bus præmitemente: ore rubro, crassis et subdivisis

labiis, genis compositis, mento a confinio maxillæ

minuciebili prominenti. Colore aquilino et vivido,

nondum, sicut ei postea contigit, p cardiaco. Vultu

initis, manibus pulchris, tectibus digitis, et habili-

bus ad scribendum. Præterea planeta super dalmati-

cam in tanea, Evangelium in sinistra, modus Cruci-

is in dextera, pallio medicorū, a dextro videlicet

humero sub pectore super stomachum circuitum

delecto, deinde sursum per sinistrum humerum post

tergum deposito: ejus pars altera super euodem

humerum vemens, propria rectitudine non per in-

dium corporis, sed ex latere pendet: circa verticem

vero, tabula similitudinem, quod viventis insignis

est, præferens, non coronam. Ex quo manifestissimæ

declaratur, quia Gregorius, dum adhuc viveret,

suam similitudinem depingi salubriter voluit, in quo

posset a suis monachis non pro elationis gloria, sed

pro agnita distinctionis cautela frequentius intueri,

ubi hujusmodi distichon ipse dictavit:

Christe potens Domine, nostris largitor honoris,
Indulsum officium solita pietate gubernaria.

a Gregorius iv presul Ecclesiæ ab anno 827 usq; ad annum

843. — b Ita MSS habent, Exstant annos circiter quinquaginta

magni erroris, cum ab anno 827 sic obda S. Gregorii stat

clara usq; ad metum Pontificatus Gregorii iv anno 223. — c Regula

Thorebit, cum scribent auctor, Institutum S. Benedicti, post

restauratum sub Gregorio in Papæ Cassiense monasterium, et

ab his successore Zacharias traditum sancta Regula, quam

S. Benedictus propria latere consiperit, collatum Dr. H. He-

nedictu agens 21 Martii, in ejus Regula legitur. Gheli singu-

larii singulis aut tripliis, ut haec auctor, prout tunc gribal

adversus et Suppli lib. I et 2 Berthani, et incolas Anglo-Syphnum

appellat. — e Symphacum pro latere seu fonte accipi-

unt, quia Symphacum Dux erat. — f Imagines ha-

descriptis S. Gregorii usq; parvum Gordianum et Silvia, ex-

positis in aduentu S. Andrea ad vario expressas evanescit in-

genus Rocca Cavers et Ronce typis Vaticanis anno 1593, cum

sic Caucentinus, in quibus annis tuu nata trecentorum et

clerici annis fuisse depicta exz et os, quas haec Joannes Diaconus testa-

tus tempore testistis. 1. Rocca sular opera S. Gregorii

inveniuntur, — g Regionarius Diaconus ab induimento Eccles-

ianorum vultus faverit. Hi Diaconi singulariter habent regiam

diuinorum vel Xenodochiæ portant, videtur simplici libato-

tum et popolatum minister, de quibus cognoscere privilegios

super actum lib. 2 num. 51. — h Planeta sue casula, quam planeta

A dixit, tentando : Domina mea Eupraxia, diligis monasterium nostrum et omnes Sorores? Illa respondit : Etiam Domina, diligo vos. Dixit ei Diaconissa rursum cum joco : Si nos diligis, esto nobiscum in nostro schedate. Cui infantula dixit : Vere si non contristaretur mater mea, ulterius non egrediar de loco isto. Cui Diaconissa dixit : Inter nos et sponte sum tuum quem plus amas? Puella dixit : Neque illum novi, neque ille me : vos autem novi, et vos amo. Dicite mihi : vos autem quem diligitis, me an illum? Ille vero dixerunt : Nos te diligimus, et Christum nostrum. Puella vero respondit : Ego vero et vos diligo, et Christum vestrum, nō Sedebat vero Eupraxia mater ejus, et fluminum lacrymarum ejus non erat modus : libenter enim andiebat verba puerula Diaconissa ; quia cum esset ietate infantula, talia loquebatur : nondum enim septem annos impleverat, dum cum Diaconissa loqueretur hujuscemodi verba. Tunc ingemiscens mater, et amare deflens, ad filium suum dixit : Filia mea, veni, pergamus ad domum: quia jam vespera est. Cui puella dixit : Ego hic maneo cum Domina Diaconissa. Dixit Diaconissa puellae : Vade, Domina, in dominum tuam, nou potes hic manere. Non enim quisquam manere potest hic, nisi se devoverit Christo. Cui puella respondit : Ubi est Christos? Illa gratanter ei Dominicam imaginem demonstravit. Pergens autem Eupraxia, osculata est Dominicam figuram : et conversa, dixit Diaconisse : Vere et ego me devoveo Christo meo, et ulterius cum Domino mea matre non vado. Dixit ei Diaconissa : Filia, non habes ubi hic possis dormire, et non potes hic manere. Puella dixit : Ubi vos dormitis, et ego. Et cum jam vespera esset, et multum mater ejus cogisset o atque Diaconissa ut ambularet, nequaquam potuerunt eam tollere de monasterio. Multum ergo cibis diebus mater ejus atque Diaconissa ei blandiebantur, et persuadere nequierunt, ut de monasterio egereretur. Novissime vero dixit Diaconissa puella : Filia, si vis hic permanere, litteras habes discere et Psalterium, et usque ad vesperam habes jejunium ducere, sicut universae Sorores. Puella dixit ei : Ego et jejunium et omnia disco : solenniter dimittit melius esse. Dixit ergo Diaconissa matri ejus : Domina mea matrona, dimittit hanc puerilam hic : video enim, quia gratia Dei illuxit in ea; et justitia patris, et honestas tua, et orationes utrorumque vestrum, aeternam vitam providere ci noscuntur.

B 9 Surgens igitur Eupraxia, et assumens filiam suam, ad Dominicam eam imaginem adduxit : et extendens manus ad celum, cum magno clamore et fletu clamavit, dicens : Domine Iesu Christe, habe curam istius infantulae ; quia te concupivit, et tibi se commendavit. Et conversa, dixit ad filiam suam : Eupraxia, filia mea ; Deus qui fundavit immobiles montes, et te quoque in suo timore confirmet. Et cum haec dixisset, in manibus eam tradidit Diaconisse : et flens, pectusque suum tundens, ita recessit a monasterio, ut omnis congregatio cum ea ploraret.

C 10 Alia vero die Diaconissa sumens Eupraxiam, introduxit eam p in oratorium, et facta oratione super eam, induit eam indumento monachali : q et extendens manus ad celum, pro ea supplicavit, dicens : r Rex seculorum, qui in eacepisti opus bonum, tu perfice hoc in pace : da ut ambulet secundum nomen tuum, et fiduciam inveniat in respectu tuo semper ista infantula. Tunc et Eupraxia mater eius ipsa, dixit : Filia mea, amas hoc schema vestiri? cui Eupraxia dixit : Utique mater mea, quia (sicut s agnoscit) Diaconissa et dominae Sorores dixerunt, hoc schema pro artus prebet di-

ligentibus se Dominus Jesus Christus. Cui mater D sua dixit : Cui despontata es, ipse faciat te thalamo sua dignam. Et hoc dicens, et orans pro filia sua, valedixit Diaconissa et sororibus, et osculata est filiam suam. Et egressa, iuxta morem circumbat, praebens solita pauperibus et egenis.

D 11 Ubique autem divulghabatur Eupraxia optima conversatio, quantum conferret monasteris et venerabilibus locis, ita ut Imperator audiret, et omnis Senatus eam nimis admiraretur, atque glorificaret. Audiebant enim, quod nec pisces gustaret, nec vimum biberet: sed post tanta doma, quae universis conferbat et glorificauit, a vespera usque ad vesperam jejunium faciebat, aliquando sumens legumina, ali quando olera.

E 12 Post paucos autem dies evocans Diaconissa matrem puerilae, dixit ei secrete, Domina, aliquam rem volo tibi dicere: non te confundebet. Cui respondit : Domina mea, quod jubes die. Dixit Abbatissa: Si vis cogitare pro hac infantula, dispone: vidi enim in sonni Antigonum virum tuum in magna gloria constitutum, et rogavit Dominum Jesum Christum, ut egrediaris de corpore tuo, et de cetero sis cum illo: et fruoris illa gloria, quam Antigonus meruit virtus propter optimam vitam suam. Audiens autem haec u religiosa femina et vera matrona non solum non est turbata, sed latititia magna gavisa est. Orabat enim, ut ab humana vita discederet, et de cetero esset cum Christo et mox vocans filiam suam, dixit ad eam : Filia mea, sicut mihi dictum est a Domina Diaconissa, vocat me Christus, et appropinquant dies obitus mei. Ecce omnem substantiam memori et patris tui dedi in manus tuas: dispensa eam pie, ut exlestem passis habere hereditatem. Audiens hoc Eupraxia a matre sua, rupti ingemiscere et flere, dicens : Vir mihi, quia peregrina sum et orphana. Dicit ei mater sui : Filia, habes Christum pro patre et sponso, ideo nec peregrina es nec orphana: habes et Dominicam Diaconissam pro matris officio. Vnde filia, festina quod promisisti adimplere. Denim time, et Dominis Sorores honora, servientes eis cum omni humilitate. Numquid in corde tuo cogites, De sanguine regio sum: nec diras, habent mihi servire. Panper esto in terra, ut in celo diteris. Ecce omnia sub manibus tuis habes, si necesse fuerit, possessiones et pecunias in monasterium transferre, et ora pro patre tuo et pro me, ut inveniam misericordium apud Deum, et liberemur ab aeterno suppicio. Haec praecepit filia sur, tercia die defuncta est, et sepelierunt eam in monasterio in monumento.

addicta
sobrietatis et
virginisa matre,
a domino in
eterna gloria
Ru
cœlitus per
Abbatissam
proximata,instructio in
danda
eleemosynis,la litore Del
et humilitate.

P

F 13 Ceteraque, quasi diecas exercitantes : sicut hæc, Rasyeldus architrua cum legisset, et in Vita S. Antonii Architruum, primarium ipsius (autem cellum) exstet interpositus, hic cellulas signo inscribatur : nos vocem a Graeca primitate deflectentes, pro qua Ancerulum verba debuerat, naturam, xxiiij. Jan. 108, et anno Graeci textus auctoritate confirmantur in ea censura, et insuper in MS. Tercentensi, mundum aquilonis architrua pro ascensis substituente. In Graece p. 103 pia quo interpretes voluntur ex legiis vel inventio. In Mensa et mendacis exercitantes, 103 In MSS. (Judicatore) et Berlingiano, umanumque cella, centenarius excedit. — C. L'ea auctoritate — d' Rasyeldus. Quodcum carum aeronautis speculo, neque alienum edere valebat, quadrum carum a vespera usque ad aliam vesperam pponitudo profractum. alia vero post indecum edificant sed nostra MSS. conformitas Graeca et persoluta, aut quod dico, non propter oleum libatoe impensis recipiuntur; ubi fortasse propter inveniuntur, pro quo clarissima causa substituimus sive. — e. Quod ex quoniam non nisi perturbato sensu reportamus, ex Graeca probatum inveniendum. Rasyeldus in legato aliquanto vera ratione audientes de balera loqui, irradiant confusione et magna abominatione se audire indicabant, quae neque auditorum summi hoc audire patiebantur. MSS. cetha 2. Ita balera autem in audiencem confusione et opprobrio undulans irridentes. — e. p. 103 ubi nisi habemus rescripta, etiam et abominatione corporum diligenterbant, ut nec auditor carum hoc sentire patiebantur. — f. Rasyeldus in his. p. 103. e. 103. f. 103. tumilla edicere. It Rasyeldus est med. eua. Graeci textus ssxto et arctium. i. subit. Rasyeldus matura. k. Eeu. e. 103. Rasyeldus utique abominatione legit extremum eus, quod Hippocrates et abbatissam constitutur prima Diaconis solidus consecrari, habemus in Vita S. Ferrea

XIII Augusti

Eupraxia,
infantula
desiderat
manere:septennis
Dominicam
imaginem
oscultatur, et
Christo se
devotus:

o

parata
discere et
facere omnia
vapnenda,a matre
coram
Dominico
Imagine
Abbatissam
tradidit:p
4infantula
monte,
monte,arch. s. genit
calculus.

A **xiii Augusti profredendo, quam Methodius C. P Patriarcha conservatorum de throno surrexit, et thribulium postulans ac ihymiam faciens, ei Deum laurelicens, primus oblationis hymnum extulit, et prius quidem magna nocte Regnante Diaconissam ipsam ordinavisti... postea vero Regnante seu fratratine signaculum eidem imposuit. Puto peculiarare Abbatissam vel capituli vel corporis induitum, quo a religione Satorum talpo secereretur.**
**I In Graeco nomen exprimitur Βιβλία & ονομάτη, Theodoul, Diaconissa. — In Ruueinde materna: *Quare vegetans* — In MSS duo: sedens vero mater eius, lacrymaceus flumen inundabatur. — *a Korresone, Iudeanorum, p. Eusebii Rostro*
vrgdo Secretarium. Q Additur in Graeco: Ingridens vero mater eius, et videns illam amictum isto Angelico ballo, exultit... et latitus preceps dicti. *Filia, — t In 2 MSS. Admon, et Berthini: Ne exultarem, et Dominum dominantium.* — *s Parabolam aperte ut utile ut illittere a Magno, scilicet, Dominus Bucinensis: Abbatia enim a Abbatis frequentissimo usus Orientis monasteria Mughia et Magias ubique utiliter nuncupabant quod in huc Vita exprimitur accedit. — t Hinc uigore ad tertia lineam numeri 14 lucumon fecit in Graeco MS, unius pagina factura. In Ruueinde reversa est in domum suum matrona, ut religiosa levanda et non solum etc.***

CAPUT III.

Generosus unius S. Eupraxiar in temptationibus frangendis; Obedientia ejus excea; stricta jejuniu.

*S. Supradicta
spurio
repetitur per
Imperatorem*

poena converta est in monitione. Ne rati regi
Imperatorem, ut per veredarios scriberet puerile, ei-
qua praeciparet, ut ad civitatem veniret, et nuptias
celebraret. Suscipiens autem Eupraxia Imperatoris
epistolam, cum legisset eam, dorrit: et sedens
scripsit manu propria epistolam aliam, sic haben-
tem: Domine Imperator, sundes me ancille tua, ut
respuam Christum, id homini corruptibili et vermis-
ibus consumendo conjugar, qui horie est, et cras
non erit? Absit ab ancilla tua, ut habe iniquitatem
faciam. Quapropter, Domine Imperator, non ul-
terius vos vir ille fatiget: ego enim Christo censensi,
et impossibile est cum me negare: sed supplico po-
testati vestra, ut memorium parentum meorum ha-
bentis. Idebreto tallo omnino substantiam, et dispensa
pauperibus sumul et orphanis, et da universa Ecclesie.
Novi enim quia recordaberis parentum meo-
rum, maxime patris mei: audi enim quia in pa-
latio nunquam a te divalebatur. Horum ergo reca-
rdationem habens, substantiam hanc bene dispone.
Omnes constitutos sub iugo servitutis manumittit, et
eis legitima concede. Manda actoribus patris mei, ut
omne debitum dimittant agricultoris, quod a die patris
mei usque ad hunc diem reddebant: ut sine solli-
itudine meorum terrenarum rerum consistens, Christo
sime quidlibet servire valeam impedimento, cui ani-

Cum inueni commendasse cognoscere. Urte pro ancilla vestra, a tu et Augusta, ut mereatur Christo servire, prout dignatur ancillam suam. Deinde agnus epistolam, veredatio dedit. Qui revertens, obtulit Imperatori regendam epistolam. Quam solvens et relegens in secreto cum Augusta, multas lncrymas ambo effluderunt, nimis orantes pro Eupraxia. Mane autem facto, conveiens Imperator omnium Senatum et patrem pariter Eupraxiae sponsi, jussit eorum epistolam legere. Illi vero audientes epistolam, omnes sunt lacrymis repleti, et volut ex uno ore discuerunt: Vere, Domine Imperator, filia est Antigoni et Eupraxiae, genitrix tuum, et ex sanguinibus eius est hec pueru. Vere religiosorum parentum religiosa est illa, sanctae radicis sanctus est ramus, et omnes quidem ex quadam concordia gloriosaverunt Deum, et pro puerla pariter oraverint, et nequaquam alterius Senator ille ausus est amplexus lugere per illa.

14 Imperator ergo ruitu disponens pie, et substantiam puerula bene distributans pro imperibus, et ipse desumetus est, ut cum suis *b* patribus seplatus est in paco. Empraetrix vero magnificebatur, et secundum

Deum conversahatur, abstinenſ se ultra mensuram
ſuam c. Erat enim annorum duodecim quando ad
certamina co-pit exercere ſeipſam. Et primum qui-
dem a vespere usque ad vesperam comedebat, deinde
post biduum, potea post triduum. Nulla alia pre-
ter illam, trichinia mundabat, et d cubilia Sororum
ſternebat : aquam e puto hauriebat, et ad coquiam
ipsa portabat, et Hæc antem conſuetudo erat in mo-
nasterio : si quando contigerat aliquam Sororem
tentari a diabolo per ſomnum, mox Diaconissa pan-
dehat : illa vero cum lacrymis Deum poſtulabat, ut
diaboli tentatio ab ea recederet, juhebarque ut lapi-
des portaret, et ſub ſtratum f ſum ſupponeret, et
rinerem super cilicium ſpargeret : et ita dormiret
usque ad decimum diem. Una vero dierum Eupra-
xia a diabolo tentata eft, et g colligens lapides ſup-
puit ſtrati ſuo, et deferens cinerem aspergit deſu-
per. Videns autem Diaconissa cinerem ſuper ſtratum
Eupraxia, ricit et uit ad unam Sororem ſenior-
rem : Vere hæc puella tentari coepit a diabolo, et
orans Diaconissa, dixit : Deus, qui creasti eam ſe-
cundum tuam voluntatem, et permisisti ad hanc Re-
gnationem spiritualem venire, tu eam in tuo timore con-
forta. Et vorans eam Diaconissa, dixit ad eam :
Quare non indicasti mihi tentationem diabolica-
m, ſed occultasti a me? Illa vero cadens ad pedes Albatris-
ſæ, dixit : Ignosce mihi, Domina mea, quia confusa-
sum indicate hihi hanc cauſam. Dixit ad eum Ab-
batissa : Filia mea, ecce pugnare coepisti adverſus
tentationes : viriliter age, ut vincas et coroneris.

15 Post paucos vero dies denuo tentata est, et narravit alieni Sorori, nomine Juliae, quae multum diligebat Eupraxiam: quae etiam in certaminibus eam exercebat. Dixitque ei Julia: Dominæ meæ Eupraxia, non abscondas hoc Diaconissæ: sed refer hoc, ut oret pro te. I Diecunt enim de ea, quia et ipsa a juventute sua multis tentationes diaboli sustinuit, et sicut refect, una nocte tentata est vehementer, talit se foris lectum, et stans sub aere extensis manibus in celum quadraginta triliius h diebus et quadraginta noctibus, neque comedit neque bibit, et neque consuetu operata est: sed statim suppliciter Deum exorabat, donec diabolus superaret. Omnes enim tentamus a diabolo: sed spernemus in Christi nomine, quia vincimus eum. Ergo Soror mea non moreris, sed indica Diaconissæ caussam, et noli confundi. Audient autem haec Eupraxia gratias egit Juliae, et dixit ad eam: Adjutet te Deus, Soror; quia tristis es me, et meum animam confortasti. Vere ingredior, et caussam Domine Diaconissæ pronunto. Dixitque Julia: Etiam sic fac, ut oret pro te, et adjiriatur tibi abstinentiam. Illa vero ingrediens, indicavit Diaconissæ caussam. Dixitque ei Diaconissa: Non perfundescas, Filia, o nomine bellum diaboli, quo contra nos mittitur. Certa ictu fortiter immobili animo, et non prævalebit adversum te. Multum enim ab eo tentanda es: sed certa, ut vinas, ut victoras et triumphum acripias a Sponso tuo Christo, et quantum potes adjice abstinentie tue: qui enim p legitima certaveris, praecipua dona percipiet. *q Post quot dies comedisti Filia? Pueri dixit: Post tres dies, Dominæ meæ. Dixit ei Diaconissa: Adjice adhuc unum diem.* Illa vero iussionem ejus cum letitiae magna suscipiens, discessit.

16 Cumque facta esset annorum et viginti, actate confortabatur et virtute prævalebat; erat enim unius speciosa, tamquam vera matrona; et sanguine regio procreata. Denus autem tentata, inducavit Diaconissam cassam. Dixit ei Diaconissa: Noli timere, filia, Deus tecum est. Erat autem in mula monasterii aspernus lapidum. Volens autem Diaconissa tentare Bepeaxium, et ad majorem provocare obdientiam dixit ei: Veni, filia mea, istos lapides

A transporta hinc, et pone eos juxta elibanum. Eupraysia vero mox accessit lapides transportare: erant autem et grandes lapides inter eos, quos duae Sorores vix poterant agitare. Illa vero super humeros suos arripebat eos, nullo adjutorio opus habens: erat autem juvenis et valde fortis, nec dixit Diaconissa: Adjuvet me alia Soror: grandes sunt lapides, non prævaleo. Nec dixit: Jejuna sum et deficio, et opus hoc grande est: sed cum fiducia jussionem per obedientiam adimplevit.

17 Alia vero die dixit Diaconissa ad eam: Non est justum, ut lapides isti juxta furuum sint positi, sed reporte eos in locum suum. Illa vero denuo confidenter jussionem et Abbatissam sua complevit, hoc ergo opus triginta et dies jussit eam facere, ut patientiam ejus comprobaret. Omnes itaque Sorores videbant quod siebat, et puellæ obedientiam admirabantur. Aliæ quoque Sorores deridebant, aliæ acclamabant, Viriliter age Eupraysia. et Ipsa vero gaudens et psallens obedientias opus agebat: triginta vero diebus impletis, denuo divini operis celebrationis facta, die quadam pergeente Eupraysia ut lapides portaret, dixit ei Diaconissa: Dime, filia, hoc ministerium, et tolle farinam et consperge, et coque paues in furno, ut ad vesperum parati inveniantur in ministerium Sororum. Illa vero cum magna letitia et gaudio iussa complevit.

18 Rursus diabolus inveniens eam vacantem, iugis nodi per somnium tentationem ei immisit, quod quasi ille Senator, cui fuerat despontata, superveniens cum y adjutorio militari abstraheret eam de monasterio, et ea sublata abiret. Quia cum jaceret in sacco in cubili suo, violenter proclaimabat. Diaconissa vero et Sorores quedam exercefacta, audierant violentiae vocem, et excitantes eam, dixerunt: Unde est tibi haec anxietas, filia? Illa vero repente somnium recitavit. Diaconissa vero excitas Sorores, stetit in oratione, donec fieret dies. Post completum vero ministerium usque ad horam tertiam, teuens codicem Eupraysia, stabat legens sedentibus omnibus Sororibus et andientibus. Exurgens vero ad horam tertiam, et completo canone hora tercia, mox Eupraysia Sororibus ministeria preparabat, munditum in triclinia faciens, et lectos sterneus, aquam lauriens, et ad coquianam portans: ligna frangens, et leguminam coquens: facinam confermantis, et coquens panem in elibano. Et dum haec omnia ficeret, nec in nocturna psalmodia dicerat, nec in tertia; nec in sexta nec in nona, nec in vespera. Nam postquam complevit vespertinas orationes, per semetipsum omne ministerium adimplevit, et temperatum singulis porrigebat. Cum qua etiam et laborat Julia: satis enim diligebat Eupraysia.

19 Denio siquidem diabolus per somnum vehementer eam tentans, ei certamen immisit maximum. Quae mox ammetatis suæ certamen Diaconissa confessa est. Pro qua dum oraret Diaconissa dixit ei: Filia mea Eupraysia, tempus certaminis est: vide ne molliat diabolus mentem tuam, et perdas laborem tuum. Adhuc enim parvotempore dimicans tecum, dum fuerit superatus a te, rursus effugiet. Dicebatque ei simul Julia: Domina et Soror mea, si modo ei non repugnamus et vincimus, in senectute quale bellum cum eo faciemus? Cui respondit Eupraysia: Vivit Dominus, Soror Julia, quia si mihi præcepiperit Diaconissa, non gustabu in tota septimana paues, donec eum domino adjuvantem vincam. Cui Julia dixit: Vere Soror mea, totam septimanam abstinere non valeo. Si tu hoc potes implere, et in terra beata es et in celo. In isto namque monasterio nulla potuit sine cibo totam septimanam permanere, nisi Domina Abbatissa. Tunc ingressa Eupraysia, nuntiavit tentationem diaboli factam per som-

num Diaconissæ: eamque rogavit, ut ei præciperebat. Et MSS.

Cui Diaconissa dixit: Fac quidquid tibi videris facile esse, filii mei. Deus qui creavit te, confirmet te, et contra diabolum donet tibi victoriam. Cœpit igitur Eupraysia totam septimanam jejunare, et neque psallendi officium dereliquit. nec Sororum ministerium: ita ut omnes tolerentiam ipsius mirarentur, et palechritudinem simul et juventutem attas. Dicabant autem quidam de collegio carum:

Habemus hodie annum, observantes Eupraysia, et sedentem eum non vidimus neque per diem neque per noctem, nisi solius quando re pasciebat in loco suo nocte. Nunquam enim sedet vel quando etiam panem comedat. Omnes ergo Sorores diligebant Eupraysia, quia se ita humiliiter exercerbat, et cum studio sanguiinem Sororibus exhibebat, dum præcipue utique de sanguine Imperioli desideret. Pro qua re intenta nimis pro ea orantes, rogarunt Dominum ut salvaretur.

a MSS. 2. pro sequentibus verbis hæc habent: Ora etiam, Christo amabilis Domina mea Augusta, pro Auxilia tua Eupraysia: ita enia semper in illis nomina scribuntur, quod Rosendo Eupraysia — b Endem MSS. parentibus — c Hæc deinceps imprimita indicata textus Graeci locuta. — d T. 1. 200. 22: ut Rosendo, cubicula. — e Additur in MSS. 2 citatis: ipsa autem hæc omnia admulcere studebat. — f Rosendo: substantia sub sago Graecæ et cubicula. — g T. 1. 200. 22: utroque etiam — h Idem: et superposuit stratum suo cinereum. — i In MS. 2. 200. 22: non celavat hoc Magnum, id est Diaconissam, ut hic et ultra sapias, et supra monitum. — l Apud Rosendum et in MS. Trecicensi deinceps hæc omnia de Diaconissa — k In utroque MS. tantum est titulus: sed priorem numerum libitorum inveniuntur ex aliis MS. num. 21, ubi longior hæc abientia denuo expressius incidentur: eniā etiam ultra exemplaria repertiorum in T. 1. 200. 22: monitum autem de S. Silvano Stylo et Januario legimus, cum quadraginta dimidiatum de præiunctum solerte solitam, talem abstinentiam multo annis continuasse: quod dicens indulgentia, non humana ruitu tribuerundis esse nemo dubitabit. — l In Graecæ est neque somnum regit. — m T. 1. 200. 22: non ibi peregrinum hinc videatur: non le sna inservit perturbat. — n In MS. 2. In abdicatione sua: Graecæ et cubicula. — o T. 1. 200. 22: ut adficiat libi ad exercitationem tuam, id est, ut angustæ exercitationem. — p Ora etiam. — q Debet apud Latinos interpretari: — q Graecæ interpretatio: qui magno certamnon reclaverit, — q translatione interrupit Rosendo hæc verbis: Pos aliquandiu vero tempus spatiuum, interregnavit nam Abbatissa dicens: que absunt a Graecæ et omnibus MSS. — r Hæc corrige mundum quod irreput in Graecæ et cubicula. — s Zeylonum ex quo apparet quod supra de Eupraysia quoniam dicendum, non semper titulo Eupraysia: Senniorum, sed capite Senatorio in genere præcavatum significatur. — t T. 1. 200. 22: — u In 2. MSS. sepe citata: Itaque etiam paulo post Rosendum: Graecæ tertius habet. — v sed cum ultra semper fere denunciatum non comprehendendum deretur, quem alii MS. tam Graecæ quam latinas exprimit, non audiunt illi hoc loco fidere. — w Sequentia Rosendo deinceps, et MSS. et Graecæ accepta: — x Rosendus: cum auxilio mollo. — y Idem: per se mundiorum farciebat interficendo.

CAPIT. IV.

Humilis mansuetudo S. Eupraysia. Vix illæ suis divinitus conservata in variis casibus, etiam a diabolo uultuotis.

Fuit autem inter eas quædam, nomine Germana, quam dicebant ex ancilla oīam. Hæc invidium habens adversus Eupraysia, insurrexit adversus eam in copia secreta, et dixit ei: Dic Eupraysia, r̄ce in semel in septimam comedis secundum Regulum Abbatissæ, et nos hoc non possumus adimplere. Si coacta fuerimus ab Abbatissa quid faciemus? Cui Eupraysia respondit: Domina mea, Domina nostra Abbatissa dixit, ut inquit: que sicut poterit deceret: non enim ex necessitate mihi hoc jugum impo-uit. Dixit ei Germana: Imposatrix et omni callicitate plena, quis nesciat, quia sub a imposturis hoc agit, ut post paucitatem Abbatissæ in misericordias Credo in Christo, quia te nunquam dignabatur ad Abbatissam venire locum. Audiens hæc Eupraysia, prostra humilitate s' vit se ad pedes ejus, et dixit ad eam: Ignosce mihi, Domina mea, et ora pro me: peccavi in te et in Deum, ignosce mihi. Cognoscens autem Diaconissam quod fuerat factum, Germanam coram omnibus vocavit

simpliciter in
orduis
Abbatis
obea.

ferre relique
reco obediens
t a lapidis.

pistrini opere
exercetur.

B

y
otiosa rursus
tentatur:

etiam onus
disponit
destitutus
destitutus
viffens.

C

Denuo tentata
ab abbatis
concupit.

toto anno
nunquam
videre visa.

E

ANIMAD
PAP. 23

F

Finalia
mouegente.

u

humilitate s'

xxi MSS

et pro eadem
Abbatissam
deprecatur;

A cavit, dixitque ei : Ancilla nequam, et a Deo extra-nea, quid tibi nocuit Eupraxia ; quia festinasti stu-dium ejus abrumperem. Alieta es a Sororum con-sor-tio, indigna es h ministerio, et convivio Sororum extra-nea. Cui multum supplicabat Eupraxia, quatenus illi veniam largiretur ; et non nam dixit, donec implerentur dies tricinta. c Trigesimo vero die vi-dens Eupraxia quia nol rogado proficeret, assumens secum Julianam, seniores monasterii deposebat, ut rogarent Diaconissam, quatenus reconcilioretur Ger-mane. Quo facto evocavit eam Diaconissa coram omnibus, dixitque ei . Nonne dijudicasti in corde tuo, ut studiu puerile hujus absconderet nec co-gitasti, quia dum esset matrona, et ex Imperiali genere constituta, humiliavit semetipsam, et propter Denm servivit tibi? Omnibus ergo rogantibus repro-pitiata est Germane.

B 21 d Diabolus itaque certare contra Eupraxiam non ce-sabat : valde etenim furvbat adversus eam. Unu vero nocte irmanis ei e phantasiam errore se-ulari : que exiliens repente et consignans seipsum, egressa est foris sub die, et stans in aere extensis manibus ad celum, rogavit Deum, ut ab ea remo-veret diabolum. Nuntiatur Diaconissa, quia Eupra-xia sub dio staret, habens manus ad celum. Quod audiens Diaconissa risit. Dixerunt ergo ei seniores : Eupraxia certamen suum vult implere. Tunc veniens Diaconissa ad locum, ubi stabat Eupraxia, dixit ei : Confortet te Dominus, et detib[us] toleranciam in suotimore. Omnes ergo Sorores orabant pro ea valde nimis ; et quia condolebant ei, et quia esset otato juvenculo quasi annorum viginti quinque. Et cum stetisset usque ad decimum diem, oravit Diaconissa cum Sororibus, toleranciam expectantes, et comple-tis tricinta diebus unvari coepit Diaconissa, dixe-runtque seniores : Vete, Domina, quadraginta diebus vult stare secundum Regulan tuam, quam aliquando stetisti. Mox Diaconissa dixit : Confortet eum Dominus in suu labore, Completis autem tricinta diebus, q consummata vero virtute per abstinentiam, cedidit in pavimento, et jacobat ut mortua : concur-rentque Sorores introducerent eam in tricinium : cuius neque pedes neque manus tendere valuerunt, sed tota, quasi lignum aridum, sine vase jacebat. Cui dum obtulisset Diaconissa cibum, ait ei : Filia mea Eupraxia, in nomine Domini mei Jesu Christi hunc cibum comedere, et mox gustavit. Tunc portan tes eam introducerunt h in oratorium, et paullatim amens cibum, caput vires acciperet : et erat enim magnum miraculum certaminis ejus.

C 22 Videns itaque Diabolus tantum in ea tober-tum, nequaquam ultraeins ad tentandam eam aere-sit, sed velociter ad illos vitie perdere eam voluit. Una sequidae dierum cum ad hanriedam aquam descendisset ad puteum, arripiens eam diabolus cum ligata, et dejeicit eam deorsum in puteum, ita ut, & quomodo exponebat Eupraxia, perveniret caput ejus ad fundum. Elevata vero de aqua, et tem-nos sumem situla, ita clamavit de puto : Christe adjuva me. Quia vocē facta, cognitum est, quia Eupraxia corrivisset in puto ; et conuenientes Sorores cum Diaconissa, abstraxerunt eam de puto ; Quia surgens exinde, et semetipsam consignans, subiicit ei ait : Vivit Christus meus, quia non me vim-e dividit, neque cedo tibi. Usque hunc quidem manum ligatum portabam cum aqua in coquim : ab hodie vero diabolus ligatus aquam portabo. Et ita fecit.

D 23 Videns itaque diabolus, quia eam in puto neceare non vabat, rursus alia vi eam descendisse-rit ligna incidere, cumque pumice incidisset, assi-tit diabolus observans eam. Et dum levasset secu-rius ut lignum incideret, colligavit diabolus malus

ejus, et usque ad ejus calcaneum traxit, et peruenit usque ad tubiam. Quae cum vidisset crudelissimum vulnus valde, et sanguinem vehementer effundi, pro-jiciens securum, angustiata et in terram prostrata est. Julia vero eucurrat, et clamans Sororibus nuntiavit, quia Eupraxia accipiens securum, m mortua est. Cumque concursus clamorque factus fuisset, et universi circumstabant eam simul et flebant. Tunc accedens Abbatissa, aquam in faciem ejus sparsit : et consignans eam atque complectens, ait ei : Filia mea Eupraxia, cur angustiata es? Recrea te, et lo-quere Sororibus. Illa vero rescipliens, Abbatissam dixit. Nol: tere Domina mea, Mater : anima mea namque in me est. Abbatissa autem faciens signa-culum Crucis in fronte ejus oravit sic : n Domine Jesu Christe, sans ancillam tuam, quoniam propter te multa patitur. Et cum ligasset pedem ejus de pan-no cracino, levavit eam : et dans ei manum, duce-bat eam in monasterium. Illa vero respiciens ligna projecta, dixit Sororibus : Vivit Dominus meus, ini-cti collego ligna, et o ulnas meas inplevero, non asecdam. Cui Julia dixit : Noli Domina Seror, non pravales : dimite : ego colligam ea, tantum tu as-cende, requiesce propter dolorem. Illa vero non acquevit, sed complebus manus suas lignis, sic ascen-dit. Cui tamen diabolus nou pepercit : nam cum ascendisset superiores gradus scafie, concussa a dia-bolo supplantante eam, et calcans summitatem tu-nicæ suæ, super ipsa ligna ruit que portabat : et fixum est lignum in adspicere ejus, ita ut Sorores crederent, quia lignum ejus oculum penetrasset. Tunc exclamans Julia, ait ad eam : Domina mea, tibi dixi quia non potes requiescere, et non me au-disti. Cui dixit Eupraxia : Noli contristari, soror, sed cante subtrahe a me lignum, oculus meus sanus est. Traxit ergo ab ea lignum, et sanguinis facta est effusio velemens. Abbatissa vero deferens oleum et sal, et facta oratione, supposuit ei manum : rur-sumque dixit ad eam Julia : Vade ad stratum tuum, requiesce, et ego Dominabus Sororibus ministrabo. p. Eupraxia vero dixit : Vivit Dominus meus, quia non re-juvesco, donec officium meum complevero. Multum enim rogabatur a Sororibus, ut requiesceret propter plagas, quas habebat, et passa non est : sed sic ul-cerata, ex utraque plaga sanguine procurrente, sta-bat ministerium faciens Sororibus, et neque in opere Dei debeat nec in alio ministerio.

E 24 Rursus itaque alia vice, cum adscenderet cum Julia in q tertiam mansioem, urripiens eam diabolus, precipitavit eam deorsum. Et cum exclamasset Julia, concurentes Sorores, crediderunt se Eupraxiam mortuam invenire. Quia surgens, occurrit eis. Quam suscipientes, introducerunt eam ad Abbatissam interrogavitque eam, si in aliquo fuisset lesa. Cui Eupraxia respondit : Vivit Dominus, Domina mea, quia ne quomodo cecidi novi, nec quomodo surrexerunt. Audiens Abbatissa, quia de tanta altitudine corruens nihil esset lesa, glorificavit Iesum, dicens : Vade Filia ad opus tuum, et erit Dominus tecum.

F 25 Rursus ergo innexus volens eam occidere, sic adorabatur. Cum Eupraxia ollam fervente ten-ret, in qua ollis coquebat, ut effundebat elixaturam in canalem q in vasculo : abbatis pedibus a diabolo, retrosum eadens, ollie illius elixaturam in faciem suam fudit. Et dum omnes Sorores in hoc facto ex-pavescerent, exiliens Eupraxia, subiicit, et ait ad eas : Ut quid turbat eis? Abbatissa vero videns quia non fuisset lesa, responxit in ollam : et vidit quia quod remauaserat, esset tervens. Ita conversa dixit. Eupraxia Fida, non te totiget fervens illa aqua? Cui ait Eupraxia : Vero, Domina mea, quia velut aqua frigida vent in faciem meam. Admirata vero Diaconissa, et intuens in eam dixit : Filia, Deus te

agentem
diabolo
spiritum
inuitu
præter
ledu: m

ab Abbatis
consignatur,

etiam tria
opus explicat

rurus latitum
instigante
diabolo:

nec tam
ab opere
cessat:

præceptitor
solaria u
dilectione,
illeva.

illesa item
coquione offe
perventis in
faciem effusa.

q

A te custodiat r. et det tibi ut sine intermissione colas
suum timorem. Et, ingressa Diaconissa oratorium,
convocavit f' priores Sorores, dixitque eis: Nostis
quia Eupraxia promeruit gratiam Dei? Cognovistis
enim quia nec praecepitata contristata est, neque
nimietata servitoris exista est. At illæ dixerunt: Ve-
re aneilla Dei est Eupraxia, et enrau ejus habet Bo-
minus: nam in hujusmodi tentationibus liberata est
a Domino.

B s' E' p'cipio'rti, sub nequitia, Roseridus, ingenuo. — In Te-
p'cipio'rti, ut' i'ntercepti; ut non quodlibet, sed sacra diplo-
ma'rum mysteriorum ministerium hic intelligatur. — Et in Gra-
cius et 20: cur id non sequitur, rationem d'cimus et ratione
d'cimus. — Et tunc et n'mero hoc relata sunt opus nos-
verendum et in MS. Tercius enim d'amus re ipsa ex Graecis et MSS.
Berolinis alioq' Andomarensi. — Et in graecis est, decipiunt
cum seculari plantitia vehementer confabulat, — Et librum
20 et p'ncipio post et 30 regit: sed textus Menovroni consue-
tus cum Latinis MSS. et ratio numeri quadrangulari, plenaria
jpsu' cursus constitutus, uni hinc MS. praeponderat; pro-
scriptio' ut'li' semper denario una a Latinis discordans. — Et
In Graecis additur: aliis quinque dies post has 30 s'cti' regula
post hos 30, — h' Graecis monasteriorum. — Aliusq' Graecio han-
clausula. — Et Roseridus dicit: Ita ut nascaret Ephrasius et per
venire... — Et 20 et 30 et 40 cum Beguniana, que nobis Abbu-
tissima est: quod deinceps aliquoties repetitur. — m. Addit. dos-
verendum de seru'ri. — Et Besuiti Roseridus sequentia: atque in
qua' sunt proxima Abbatisse verba, Ephrasius properat tri-
bunus. — Et 20 et 30 et 40 Roserulus septuaginta' legit, et an-
nulet hunc Heiligenbatius occurrere apud scriptores vario
verum potest et sequentibus non hic usq' ad completo tempore
Officii, sed de mensura oueris portandi. — P' libro ministerium
tum iningens: et, omnis nomine Julianus, hac ut' Abbatisse verba
refert: nostra lectio cum Graeco convenit, estque d'curum MSS. — q' E' et 20 et 30: sunt autem tristigia eis, quae sub tertio
alique supremo adiutori cuique contingentes sunt loca. Ros-
eridus tertium solarium legit, et annotavit per solarium intelligi
tabulata: Erasmus in Actis Apostol. cap. 20 circu'ndam re'git
— q' E' et 20 et 30 et 40 et 50: Roseridus, volumen oleum in
vasculo: sed de sola aqua fervente oleum suum facit ex
coquim' emultrando in le'cum Graeciam intelligere MSS. — Et id
est: et tibi sine intermissione tolerare in sun' timore concedat. — s.
Tas ap'stoliros Roseridus Prioris Seni'or, et iterum num' se-
quentia. — Et Dicit in Graecis: MSS. 2, nam in his tentationibus
ali'q' non cessat immunitus.

CAPITV

Potestus liberandi energumenos data S. Eu-
praxiz. Paralyticus, mutas et surdus su-
natus.

Omnis itaque civitas atque provincia consuetudinem habebat, ut infantes male habentes, in illud deducerent monasterium, ad ancillas Dei miracula facientes : et suscepiebat eos Abbatissa, et ingrediebantur in oratorium, et supplicabant pro eis Dominum, et mox ab omni languore sanabantur infantes, et recipiebant eos matres proprii sanos, proficentes, atque glorificantes Deum. Erat autem quaedam in monasterio mulier energumena, ab infanta obligata in monasterio, quatenus salvaretur, quae habebat spiritum principalem a daemonum, et erat alligata entibus manus et pedes, et spumam faciens, et dentibus suis stridens, multumque clamans, ita ut omnes audientes eam, timore conuderent. Et eam frequenter Diaconissa cum Prioribus Sororibus pro salute ejus orasset, non poterant sanare eam : quapropter nec valebant se ad eam jungere, ut ei vel cibum offerrent. Erat autem ligatum quoddam *b* vasculum in fune, et ipso vasculo legumina vel panis mittebant, et appendebatur ipsum vasculum ex virga et sic ei de longe porrigebatur, et ita vescehatur. Frequenter autem abierunt ipsius vasculum, cum virga jaculabatur in faciem offerentis sibi cibum.

27 Una vero diernum factum est, ut intraret ostia, non tunc Diaconissa: Domina nea, mulier quadam infantem adduxit, et stans foris ad jannam, detulit. Est autem parvulus quasi annorum circiter octo, paralyticus, surdus, et mutus. Videns autem Diaconissa, Spiritu sibi revelante, quia gratiam promeruissest a Domino contra demones Eupraxia, dixit ostia: Voca mihi Eupraxiam, Quia enim venisset ante Abbatissam, dixit ei: Vade, suscipe infantem a matre sua, et defer huc. Illa vero egres-a, et videns infantulum paralyticum et trementem, mi-

serata est super eum : et ingemiscens dolenter, si-
gnavit infantem, et dixit ei . Qui te creavit, ipse te
sanet, fili. Et sumens eum, pergebat ad Abbatissam.
Infans vero dum portaretur ab Eupraxia, sanatus
est, et clamavit matri sue. Videus autem Eupraxia
quia infantulus copisset loqui, perterrita proiecit
eum in terram. Infantulus autem mox exurgens, cu-
rrit ad januam, quarens matrem suam. Currens
autem ostiaria, nuntiavit Diaconissa quod factum
est. Quae eum vocasset matrem infantis, dicit ei :
Die milii, impui, Soror tentare nos venisti ? Respon-
dit antem mater infantis, dicens . Per Dominum nos-
trum Jesum Christum, Dominam meam, quia neque an-
bulavit, neque locutus est neque audiebat hic infans
u-que in presentem horam. Seil cum suscepisset
eum haec Dominam Soror, mox locutus est. Illa vero
proiecens eum in terram; stetit obstupesfacta : in-
fantulus vero surgens, venit ad me aediculam tuam.
Dicit ei Abbatissa : Ecce ergo habes eum sanum,
tolle eum, et vade in pace. Quia assumens filium
sanum, pergebat, glorificans Denim.

28 Rursum ergo Abbatissam dixit ad seniores Sorores: Quid vobis de Eupraxia videtur? Quae respondentes, dixerunt: Vere ancilla Dei est. Vocavitque eam, et dixit ei: Filia mea Eupraxia, volo ut hinc patienti, quae in monasterio est, per manus tuas ribum offeras, si non timeas eam. Cui Eupraxia respondit: Non timeo, Domina mea, quidquid mihi praescripsisti. Sumens ergo Eupraxia caueum leguminis et fragmen pannis, obtulit ei. Illa vero, repente dentibus stralens, et valdefremens, fecit impetum super eam; et apprehendens caueum, volebat eum confingere. Eupraxia vero apprehendens manum ejus, dixit: Vivit Dominus Deus, si te posnero in terram, tollo virginem Dominum Abbatissam, et sic te flagellabo, ut nunquam præsumas i' hoc agere. Vnde autem illa patiens, quia prævalisset ei, quiœvit. Postquam autem ecessavit, cœpit Eupraxia blandiri, et dicebat: Sede Soror, comedite et libet, et noli turbari. Illico edidit, comedit, et bibit, et requiebit. Ab illa hora non illi celum cum virga dabatur, sed de manu Eupraxis accipiebat et sumebat. Omnes autem Sorores identes quod fecerat Eupraxia, orabant pro ea ad Dominum. Cum vero corporis moveret et indignari, ieebant ad eam Sorores. Quesce Soror, et noli magnari: nam si venerit Dominus Eupraxia, flagellabit te: et repente quiebatur.

29 Rursum autem Germania invidia mordebat, et cor ejus urebatur, dicebatque Sororibus: Nisi fuisset Eupraxia, non inveniebatur alia que cibum ei offerret, date cibos, et ego ministro. Sumens ergo cibos ejus, accessit ad patientem, et dicit ei: Aceperis cibos, Soror, et comedere. Illa vero continuo exhibens in eam, vestes ejus concidit, et conterens eam, project in terram; et irruens super illum, caput manducare carnes ejus. Clamore autem facto, et nulla praeſumente ei appropinquare, eurrens Iulius ad equinam, dixit Eupraxia: Festina Domina, quia Germania a paciente dilaniatur. Currens autem Eupraxia, tenens manus patientis et gattur, erexit ab ea Germaniam cruentatam et ulceratam. Cui dixit Eupraxia: Bene fecisti, quia sic contrivisti Sororem. Illa vero statuit spumam faciens, et dentibus stridens. Duxit ei Eupraxia: Ab hac hora et maligna fueris erga Sorores, non tibi redi, neque inscrever; sed virgam Abbatissæ tollam, et cum ea te sine misericordia flagellabo. Illa vero sedens, reponit eęcavim.

30 Mane autem facta, completo sacro Officio, et egreditibus eis ab oratorio, visitans Eupraxia patientem, inventum est ei disruptam vestem suam in terram proiecisse et cedentem super eam, et colligentem sterlus, et comedentem. At Eupraxia ut vidit, energumente
rurus
ministrat :
flavit.

A flevit : et, quæ facta fuerant, Diaconissa nuntiavit. Convenientes vero Sorores, invenerunt eam nudam, et colligentem finum d' stercor et comedenteum. Dicit autem Abbatissa, ut daretur ei alia tunica, ut vestiretur. Sumens itaque Eupraxia tunicam, et e cœnauit leguminis, et paneum oboluit ei, et dixit : Accipe Soror, et vesti te, et gusti, quare sic te deturpas? Quæ sumens, comedit et bibit. Et induens eam, ministravit ei. Eupraxia vero a lacrymis non cessavit, usque ad vesperam pro ea gemens. Cumque supervenisset nocte, supplicabat Domino cum lacrymis, ut illa patiente sanaretur latendo Sororibus. Diluculo vero Abbatissa vocans Eupraxiam, dixit ei : Cur me celasti, preces offerebas Deo pro hac patiente? Si manifestasses mihi, et ego sine dubio tecum laborasem. Cui Eupraxia dixit : Ignosce mihi, Domina, vidi enim turpiter positam et finum comedentem, et dolui super eam. Diaconissa vero dixit : Habeo tibi al quid confiteri, et vide ne satanas tentet te, et elatio tibi generetur. Ecce tibi Christus potestatem circa hunc demonem dedit, ut ejicias eum. Audientis haec Eupraxia, misit cinerem super caput suum : et priuernis semetipsam in terram, clamauit dicens : Quia sum ego infelix et impunula, ut diemonem tantum expellam, quem orantes per tantum tempus non polvisti expellere? Dicit ei Diaconissa : Filia mea, te expectabat hoc tempus: quia expiosa est tua merces in celo.

B 31 Ingressa autem Eupraxia monasterium, project semetipsam ante altare, supplicans Deo, ut precebus eius sanaretur, et de excelsis daret auxilium. Et surgens a pavimento, crans rorsum, ibat ad patientem, secundum iussionem Abbatissæ : et omnes Sorores securabant eum, ut viderent quid esset factura. Ad quam accedens, ait : Sanet te Dominus mens Jesus Christus, qui te creavit. Et mox signum Crucis fecit in fronte ejus. Domum autem clamavit coram omnibus : O! habui istam impostricem et fallacem, habitans in ea plurimos annos, et nullus me expellere potuit : et hanc immundam atque luxuriosam contumeliam persequi me? Cui Eupraxia dixit : Non ego te persequor, sed Christus omnium Deus. Dicit ei demon : Non exeo, immunda: non enim accepisti potestatem ejiciendi me. Eupraxia dixit : Ego immunda sum, et omni malignitate plena, ut tu quoque testaris : verumtamen jubento Domino egredere ab ea : nam si summe luculentum Abbatissæ, flagellabo te. Ceterum resistenter demonio et exire nolente, sumens Eupraxiam Abbatissæ baculum, dixit : Rxi, aut certo torqueo te. Respondit ei : Quonodo ab ea egredi potero, pactum cum ea habeo et ab ea recedere non possum. Mox igitur Eupraxia capit cedere. Et cum ferro percussisset, dixit : Egregere a ligno loci, spiri us manuante. Incepit te Dominus Jesus Christus. Demon dixit : Non possum exire alio, quod me persequitur: nihil habeo proficisci. Eupraxia dixit : In tenebris extieras, in ignem aeternum, in infinita tormenta, parata tibi et patrua tua: et si cœnitibus voluntatem ejus. Omnes itaque Sorores stabant respicientes in eam, et non presumebant proprie appropinquare. Eupraxia vero dure certabat cum demonio resistente. Et resipiens in eolum dixit : Jesu Christe, noli me in hac hora confundere, ut non vincat me hic demon immundus. Et continuo demon spumans, et stridore facto, clausa voce magna, egressus est a muliere: et ab ea hora sancta est. Cœnuerunt autem Sorores, glorificantes in hoc Deum: magnus enim timor obtrumperat omnes. Eupraxia vero ruit multorum, et ab aliis tenui aqua, et induit eam vestimenta, et duxit ad Abbatissam: quae omnia cum Sororibus introduxerunt eam in oratorium, et gloriam dederunt Deo profecto miraculo. Ab illa vero hora humiliavit se

amplius Eupraxia, et sine somno tota nocte persistebat: omnia vero hebdomadam jejunabat, ut consueverat, sine defœtu faciens cunctis Sororibus ministerium, et cum omni studio atque laetitia in mansuetudine atque humilitate degebat.

a *Hinc expeditus Rosredus: spiritum immundum deminem.* — b *Rosredus quod recuverunt MSS. 2 Græco textū presertim inheretum, etiam in sequentibus. Est autem Caurium ipud Bedam Hilt Ecl. lib. 2 cap. 6 ansatus calix ad hauriendum aquam fontibus appensus in usum riatorum. Inventum etiam Caucasus, Caucu, Caucasum: Iurum rossiss. Vide Vassallum deitis sermonis lib. 2 cap. 4. — c *Unguis aspergat, male facere.* — d *Rosredus, Rosredus legit phlegma.* — e *Idem paropsidem cum legumine et fragmu panis.**

CAPUT VI.

Mors S. Eupraxis revelata Abbatissæ. Obitus hujus, Julij sociæ et Abbatissæ.

Una vero dierum vidit Diaconissa somnum, et conturbata est vehementer: a et prostravit se in oratorium cum lacrymis, et nulli quod viderat indicabat. Trepidabant Sorores interrogare eam. Et cum hoc frequenter distolleret, rugare coepérunt eam omnes Sorores supplicantes et dicentes : Confiteor nobis, Domina Abbatissa, cur sic ingemiscis, et nostras animas simul affligis. Et dixit : Non me cogatis dicere usque in crastinum. Dixerunt ei seniores Sorores : Crede Domina, quod si non annuntiaveris nobis, tribulationem magnam animalibus nostris ingerris, Diaconissa dixit : Ego quidem quod futurum est, usque in diem crastinum dicere non volebam: sed quia cogitis me, nunc audite : Eupraxia nos deserit, etas enim hac vita privabitur: nulla vero indicet ei, ne contristetur. His ita pœ dictis, magnus ejulatus per multas horas factus est. Una autem Sororum cum cognovisset, currens ad furnum, invenit Eupraxiam panes coquentes: cui Julia aderat secundum consuetudinem. Dixit ergo illa Soror que venerat : Cognosce Domina Eupraxia, quia intus magnus luctus est, apud Abbatissam propter te, et b Priores. Audientes autem haec Julia et Eupraxia, stupefacte sunt, et diutius steterunt. Post hec autem Julia dixit : Putasne auditu audivit Abbatissa, quia ex immisso illius, qui aliquando sponsus fuerat tuus, jussit Imperator te adduci ex monasterio, et propterea lamentantur? Cui Eupraxia respondit : Vivit Dominus mens Jesus Christus, quia si omnia regna e terra moveantur, non nubil persuadere prævalebunt, ut Christum Dominum meum derelinquam. Verumtamen, Domina mea Julia, dum coquunt panes, vade, vile illetus istos, vide quid contingit, ne anima mea perturbetur.

C 32 Illa vero pergens, et stans foris ante januas, audiuit Diaconissam somnum hoc modo referentem : Vidi, inquit, quasi duos boni schematis d' viros huic advenientes, qui quarebant Eupraxiam tollere, dixeruntque mihi : Dirige eam, quia Rex ea opus habet. Rursum ergo et alii venientes, dixerunt mihi : Assumens tecum Eupraxiam, deduc eam ante Dominum. Quam mox assument, properavi cum eis. Et cum venissemus ad quandam portam, cuius gloriam enarrare non valerem, spousta nolus aperta est, et ingressus sumus. Vidimus autem ibi incenarrabile pudicitiam coelestis, in quo et solium nuptiale non manu factum. Ego quidem interus appropinquare non potui: Eupraxiam vero assumentes, obtulerint Dominum: et procedens adoravit, et osculata est pedes ejus immaculatos. Vidi ibi et myriades Angelorum, ne multitudinem Sanctorum innumerabilem, et omnes stabant respicientes: et vidi, et ecce mater Domini assumens Eupraxiam, adduxit eam ad thalamum nuptiale, in quo decoris coronam parabat, et audi viocem ad Eupraxiam dicentem : Ecce merces tua. Nunc itaque perge, post decem dies veniens, fruero his infinitis seculis. Et ideo, quia hodie

potesatatem
accidit a
Christo
demonum
expellendi

signaculo
Crucis
enarrationis
signata:

humiliat se,

baculo
Abbatissæ
enarrationis
punctus:

oratione
demonum
relata:

a Communionem
de se esse
upud
Abbatissam et
sanctimonias
tes,

E

b intelligit
S. Eupraxia:
c allitterare
Christo
promulga:

F per Julianum
vocabat,
d historiam
versantis
libatos p.
notas de suo
obitu et ploro
celesti

e

nona

A nona dies est, ex quo visionem vidi, eras morieritur
Eupraxia.

34 Andiens haec Julia recitante secrete Abbatisam, tundens pectus suum et faciem, amare deflens venit ad cibarium : et cum vidisset eam flentem Eupraxia, dixit ad illam : Conjurto te per Filium Dei, Soror Julia, indica mihi quid audisti, et quare plangis? Dicit ei Julia : Plango, Domina mea, quia hodie separabimur a te : sicut enim audiui a Domina mea Abbatissa, eras morieris. Quod dum Eupraxia audisset, angustiata est, et pusillanimis facta, cecidit. Sedebat autem juxta eam Julia flens. Cui Eupraxia dixit : Soror, da mihi manum tuam, et leva me, et duc me ubi ligna sunt posita, et ibi me pone : et tolle panes de cibario, et porta in monasterium. Fecit Julia haec, et Diaconissa non indicavit. Cum ergo juveret Eupraxia in pavimento, clonavit : Cur Domine abominatus es me peregrinam et orphanam? Cur despexisti me? Ecce tempus quando debebam cum diabolo pugnare, et anima mea a me expetuit. Misericors esto in me ancilla tua. Domine Iesu Christe: dimit vel unum annum, quatenus defleam peccata mea; quia sine poenitentia sum, et ab omnpietate nuda. Non est in me opus salutis : nam nemo in inferno confitebitur tibi. Non est penitentia in sepulcro, non possum post mortem lacrymis prevalere : noui enim qui in inferno sunt laudabunt te, Domine, sed viventes laudabunt nomine sanctum tuum. Domi mihi vel adhuc unum annum, ut penitentiam agam: quia desolata sum sicut fuscinea sine fructu. Cum ergo dederet, audiens quendam Sororum, indicavit Abbatissam atque Prioribus, quia Eupraxia prostrata in g repositorio lignorum ita clamaret. Dixitque Julia : Vere, Domina, audiuit quia eras morieritur; propterea lamentatur. Dixit ergo Abbatissa Sororibus : Quis annuntiavit ei, et anuntiam ejus affixit? Quis indicavit ei, et cor eius attrivit? Noui vos rogavi, ne diceretis ei, donec ejus hora veniret? Cur hoc fecistis et affixistis animam ejus? Ite et adducite eam mihi. Illa vero pergentes, dixerunt ei : Vem Domina Eupraxia, vocat te Abbatissa. Illa vero egressa est, plorans atque conturbata: et ingressa adstitit abbatissam, deflens atque morens, et geminitibus nimis afflita. Abbatissa vero respiciens eam, dixit : Quid habes, filia, quia sic ingemiscis? Eupraxia dixit : Plango me, Domina mea, quia scivisti me morituram, et non indicasti mihi, ut plangerem peccata mea, cum sim ab omnibus peccatis conquinata. His dictis, se prostravit in pavimento, et tenuit pedes Abbatissam, per quam omne consilium ejus alacriter est perductum. Clamatique Eupraxia, et dixit : Miserere mei, Domina, et deprecare Dominum, ut mihi concedat vel unum annum: quia sine penitentia sum, et nescio quare metuenda cooperant. Dixit ei Abbatissa : Vivit Dominus, quia coelesti: enatus dignam te fecit rex Iesu Christus. Et coepit omnibus recitare, quibus bonis iubet filii Eupraxia. Et rogabat eam, ut pro ipsa Dominum supplicaret, quatenus ejus participes esse mereretur. Orabat enim, ut cum ea conversaretur in illa gloria cum Christo; et ipsis donis, quibus ipsa erat frumenta, et ipsa frueretur.

35 Eupraxia vero jacens ad pedes Abbatissam, coepit teneri frigore: post paullulum vero vehementer eam febris invasit. Diaconissa vero Sororibus ait : Sumite eam, et ingrediamur in oratorium, quia jam appropinquat hora ejus. Posuerunt ergo eam in oratorium, et observabant eam usque ad vesperam. Vespere autem facto, cum hora suavidi cibum iam advenisset, praecepit Diaconissa, ut egredientur panemque comedenter, solummodo Julianum secum retinens, ne aliqua hora restringerent Eupraxiam: et clausis Januis, usque mane fuerunt cum ea. Julia

vero rogabat Eupraxiam, dicens : Domina mi Soror, non obliviscaris mei: memento quod inseparabiliter tibi conjuncta sum semper super terram: supplica Deo pro me, ut me non separe a te. Memento quia ego tibi providi bona certamina. Deprecare Dominum, ut me absolvat ab hac sarcina carnis, ut merear tecum abre cum fiducia.

36 Mane vero facto, Diaconissa videns quia in novissima respiratione esset Eupraxia ut moreretur, mandavit Sororibus per Julianam, dicens : Venite Filiae meae, valefacite ei, quia jam defecta. Que venientes, vale dixerunt ei, flentes dicentesque : Memento nostri, Domina Soror Eupraxia, nomen benedictum a Deo, qui te dilexit. Post omnes antem venit illa, que diu passa a diabolo fuerat, et per eam salva facta est: et lugens sieut et iomnes, osculabatur manus ejus, dicens: si manus quantum mihi indigna et peccatri ministraverint: per Deum et per istas manus diabolum expulsum est a me. Et cum Eupraxia respondere non posset, dixit ei Abbatissa : Filia mea, non misereri vel hujus Sororis? Quare non loqueris ei, quia propter te ita tribulatur Eupraxia vero respondit ad eam : Quare me luges, Domina Soror? Dimitte me requiescere, quia defecio: veruntamen tu time h Deum, et ipse te conservabit. Et dixit : Ora pro me, quia magnum certamen est in anno mea in hac hora. Cum orasset Diaconissa, et omnes responderint, Amen, reddidit animam. Erat autem annorum triginta: et sepelieruntque eam in tumulo, ubi et genitrix ejus Eupraxia requiebat: et glorificaverunt Deum, quia promiserunt habere Sororem apud Deum.

37 Julia vero magistra ejus, tribus diebus flens, ab ejus tumulo non recessit: haec enim docerat eum litteras et psalterium, et multum eam diligebat, cum ejus esset discipula, atque ex genere Imperatores. Quarta vero die lata facta Julia, accessit ad Abbatissam, et dixit ei : Domina mea, ora pro me, quia vocavit me Christus, intercedente beata Eupraxia pro me peccatrice. Et haec dicens, osculata est cunctas Sorores. Quinta autem die post obitum Eupraxiae, defuncta est et magistra ejus Julia, et sepulta est in sepulcro, ubi posita erat beata Eupraxia.

38 Post triginta vero dies evocans Diaconissa monasterii Piores, dixit ad eas : Filie meae, eligite vobis Matrem, et constituite in locum meum, quae vobis praesesse possit. Ille responderunt : Domina, pro qua causa hoc dixis, denuntia nobis: numquam enim famulibus tuis hoc dixisti. Dixit eis Abbatissa : Vocab me Dominus: supplicavit enim pro me Domina Eupraxia, et iouitum laboravit in suis precibus, quatenus ego coelestem thalamum promoverer. Nam et Julia per S. Eupraxiam particeps ejus effecta est, et ingressa est in illud palatum non manufactum: et ego festimo digna fieri, et cum eis locum habere. Audientes Sorores de Eupraxia et Julia, qui in maxima essent glori, gaudent, et orabant pariter, ut et ipsae mererentur ad illum thalamum accedere. I. Elegerunt ergo unum Sororem, nomine Theogniam, quae eis praeesset. Quam evocans Abbatissam ad se, dixit ad eam : Ecce testimonium bonum, quod Sorores omnes de te dederunt, et posuerunt te ad principatum et praesulatum traditionis divinitatis et in consequentiâ nostra. Conjurto te per intermissionem Trinitatem et consuetudinem, ne istius mundi queras divitias aut possessionem, neque cunctas Sorores ad terrenas sollitudines: sed magis ut contentiones temporalia bona, perpetua mereantur accipere. Et rursus Sororibus dixit : Quonodo perfecte nostis vitam et conversationem Eupraxie, estime initantes eam, ut participes ejus efficiamini. Et cum dixissent omnes, Amen, valedicens eis, intravit oratorium: et claudens Januas, praecepit ut

EX MSS.
obdormit in
Dominio :

Ausque ad diluculum nulla illarum intraret. Mane autem facto ingressio, iuenerunt eam obdormisse in Domino : et hymnum dicentes Domino, repusserunt eam in sepulcro, ubi B. Eupraxia cuncta erat. Ab illa autem die nequaquam in illo tumulo alia sepellierunt corpora.

39 Multa vero signa et sanitates fiebant in memorato sepulcro, et expulsi demones clamabant : Quia post mortem praevalebat contra nos Eupraxia, et perseguitur nos. Hic est revera Vita Eupraxiae matronae, que colesti senatus interesse pronovuit. Festinamus igitur et nos, tam Fratres quam Sorores, hujusmodi conversationem habere, et sectari

humilitatem, obedientiam, laborem, mansuetudinem D longanimitatem; ut nos ita Angelorum conversationem mereamur, et cum gudio magno fruamur Salvatore Domino nostro Iesu Christo : cui est honor et gloria in secula seculorum, Amen.

m
mitacula ad
sepulcrum
Eupraxie,

a *Besunt Roswedo usque ad rogare.* — **b** *Haec regis priuilegia eti prope tui principatus.* — **c** *Roswediis, fundamenta.* — **d** *Eius operis honesto habitu ac specie.* — **e** *Ita habeat Graeca.* — **f** *Roswediis denuo milia : MSS. duo decies centeno milia.* — **g** *Ecce etiam numeri quod dicitur.* — **h** *Roswediis, beneplacito.* — **i** *Hic et infra num. 38 in Graecis est.* — **j** *Sed nos huic numero addimus tam propter alibi dicta, tam propter atatem 20 anteriorum expressam num. 6.* — **k** *MSS. Berlin, et Audomar. Eugenium.* — **m** *Tu, gratias oportet, vere Senatoriae.*

DE S. PIENTIO EPISCOPO PICTAVIS IN GALLIA, EX VARIIS.

POST AN DLI
XII MARTH.

Pictavum
Eptropus,

B. Radegundum

per Austrapi
ordinationem,

diversa sue
partem
amittit;

apud Parvulos
mortuus

Litanie Pictonica, ab Henrico Ludovicio Castano de la Rochepozay Pictavorum Episcopo concinnata, disposita, quartaque editione anni sexagesimatis additis illustrata, post S. Michalem, universae Christianae Ecclesiae tutelarem Angelum, et Petrum epudem in terra vice Christi rectorem ac Pictavensis Ecclesiae Patronum specialem, Putumumque Apostolum S. Martinem, inter Ecclesias illius Episcopos similis supplications formula invocando septimo loco proponunt S. Pientium, vulgo Saint Pien : atque in notis dum Martii xii cultu ejus assignant, et obiisse in urbe Metulo, quod nunc Mellevicitor, dum Diocesia lustrat, ibidemque sepultum docent *Homines* huius Sancti mentionem reperi in eo libro, quem de Vita S. Radegundi, apud Surium xii Angusti, scripsit curva Bandonina his verbis : Divina inspiratione et Christi adjutorio Pictavia sili monasterium construxit, *sancta videlicet Radegundis* : Clatharin Rege jibente ut id fieret : qua in re celestria diligentem ei operam navorunt jussu Regis Apostolicus Episcopus Pientinus et Austrapius Dux.

2 *Auctor est Gregorius Thuronensis Historia Francorum lib. 4 cap. 18, quod predicti Regis Clothorni tempore dum nominatus Austrapius ad clericatum accessens, apud Sellensa castrum, quod in Pictava habebat Diocesi, sit ordinatus ; ut decedente Pientio Autistite, qui tunc Pictavam regebat Ecclesiam, ipso succederet : sed Rex Charibertus (videlicet post patris mortem anno xxxix regnum cum fratribus partitus, Partitione et haec Aquitanie partem sortitus) in aliud veritatem sentivit. Denique cum Pientius Episcopus ab hinc luce migrasset apud Parisius civitatem, Pascentius, qui tunc Abbas erat basilice S. Hilarii, ei succedit ex iusso Chariberti, clamante frustra Austrapius, sibi hunc reuelauerit locum : sed parum ei jactati profuro sermones : ipse quoque regressus ad castrum suum, nota super se Thaefalorum seditione, quos super gravaverat, lancea sauciatus crudeliter vitam finivit : dioceses vero suas Ecclesias Pictavia recipit.*

3 *Hac ille : qua Joannes Beslyus in Episcopis Pictaviensis sic interponit, ut non Pientius apud Parisius mortuus, sed Pascentius Pientio ibidem successisse intelligatur : verum, cum sensus aliquo chirissimum ejusmodi interpolatione mutatione obscurus, ne dicamus insulsus, reddatur : malumna priorem retinere, et mortuum apud Parisius Pientium asserere cum Suissayo, in Appendix ad Martyrologium Gallicanum : indeque corpus, in enim, quem Cestius morti ejus assignat vi-*

cum, occasione atque translatum credere ; idque ibi Metuli mousisse, donec suera omnia iconomachorum fida barbare per illas provincias dispergeret ne profanaret. Est Metulo ad fluminis Butoni fontes, lencis Gallicis duodecim ab Urbe Pictavensi versus Occidentem remotus, Mesle inscriptus topographicis tabulis et Alphabete Francisco P. Duval : cui proxima Abbatia Celley (sive vere epus, quod apud Gregorium Thuronensem Sellense, in Chronico autem MS. Mallovensi S. Celsi dicitur, castri reliquias servat) videri posset in ejus viciniam datum S. Pienti corpus, ut mortuus quodammodo recuperet possessionem Pictaviae Superioris, quam vivus per Austrapii ordinatio amiserat.

4 *Est in eadem Superiori Pictavia Molliacus insula, vulgo Mallozays quam Antizo fluvius, in Rupellensem sinum paulo post refundens, suo alveo complectitur, in eaque Ordinis Benedictini canobium, a Guilielmo IV Iugianus Due in honorem S. Petri anno mx fundatum dotatumque : cuius Chronicon Petrus monachus conscripsit, et MS. habuit Joannes Beslyus. Hic ex ejusdem Chronicis libro 1, qui de antiquitate insulae Multarcensis inscribitur, capite 6 profert sequentia, non quidem satis certa annua : sed quae sufficiant ad antiquum S. Pienti cultum evidenter comprobantum. Verba autem hae sunt : Praeterea in eadem insula alia cernuntur ecclesia in honore B. Pientii, ut dicitur, Episcopi fundata, que ipsa vestustate admodum probatur antiqua. Cum autem persona ejusdem fundatoris ecclesie, quisvis B. fuerit Pientius queritur, quantum adverto, utrumque ret certitudo ab hominibus necessaria. Totius neinde vulgi ore predicatur, quod Coliberti, de quibus superioris dicebamus, eam ecclesiam dedicaverint, atque in ea, quoties piscandi gratia illuc advenissent, mysteria Missae audierint. Sed et de B. Pientio refertur, quod eisdem custodis ecclesia B. Petri Pictavis fuerit filius, atque in eadem, crescente religione vitaque merito, postea officium suscepit Episcopatus. Verum huc utrum sint vera, ut diximus, dubitatur.*

5 *At dubitari non potest quin Episcopus fuerit, et ipso titulo ecclesie sub nominis sui appellatione nuncupatus constet, honorem ab Ecclesia Sanctis constitutum eti simbolis auctoritate, vel populi devota religione attributum fuisse : quod hoc in opere potissimum spectum, ad quod proude etiam pertinent Pientu cum decessor Anthemius, tum successor (Puscentio Marulo utique Platone intermissionis) Fortunatus ; hic xiv die Decembris, ille ejusdem mensis die iii inter Sanctos memorandus.*

DE SANCTO LEANDRO EPISCOPO HISPALENSI

Commentarius historicus.

§ I. Cultus sacer et dies obitus. Libri conscripti. Iter Constantinopolitanum. Notitia cum S. Gregorio Magno.

claret vita
sanctitate et
doctrina :

Ad diem xxvii Februario, ut tum monimus S. Leander Episcopus Hispalensis inscriptus est Martyrologio Romano, itemque Bede excuso, Uuardi, Adonis, Wundelberti, Nothari, aliusque recentiorum quam plurimis; nosque pro eo die res ab eo gestas ex S. Gregorio, et Isidoro et aliis solidae fidei scriptoribus colligere statueramus. Sed postea deprehendimus ab nulla Hispanie Ecclesia ea die coli. Verum ab Ecclesia Hispalensi, cuius Antistes fuit, hoc die xiii Martii Officio duplice secundum classicis; a Carthaginensi, unde erat orinulus, rident die duplice item Officio celebratur. Missale mixtum secundum ordinem Almoe

B Primatis Ecclesiae Tolitanæ Lugduni excusum anno MDLI in Kalendario praefixo ita habet ad xiii Martii: Leandri Episcopi Confessoris et Doctoris IV Capparum. Consentit Breviarium secundum regulam B. Isidori, dictum Mozarabes, excusum Toleti auctoritate Francisci Ximenes Archiepiscopi anno MDL, et Missale mixtum secundum Regulam B. Isidori, dictum Mozarabes, excusum Toleti anno MD ejusdem Ximenes auctoritate. Sequuntur hæc recentiores quidam in suis Fustis ac Martyrologiis. Quoniamrem et nos quoque illius Vitam distulimus in hunc xiii Martii: uti ea omnia inter Prætermis et in aliis dies rejectos die xxvii Februario inducimus. His addi possunt Flas Sancctorum seu Legenda, Hispanico sermone Hispali anno MXXXIII apud Joannem Crombergerum revusa: item Flas Sancctorum ab Alphonso Villegas saepius excusus, tum in Historia et antiquitatibus Hispalensibus Alphonsus Murgadus et Paulus de Espana, qui tradunt S. Leandrum hoc xiii Martii ex hac vita in eis olos migrasse. Reperimus Roma in bibliotheca Vaticanae Patrum Congregationis Orotori Vitam S. Leandri Episcopi Hispalensis ex pervetusto Breviario Romano descriptam, in qua dicitur mortalis vitae terminum clausisse die tercia Idus Martii: pro qua suspicuntur alibi scriptum fuisse die tercia Kalend. Martii, quæ est memorata xxvii dies Februario. Errorem forsitan fecit S. Leander Martyr, quem ex antiquissimis Martyrologiis ad illum diem retulimus cum SS. Serviliano et Battano Suoyrus coruuntum. Constat præterea ex Vitu in Breviario Romano reporta, antiquum hujus in Ecclesia Romana veneracionem extitisse dum ante ducentos annos, quia penes nos est Breviarium Romanum Venetiæ apud Fratrem Teanorum anno MCCCLXXIX excusum in quo tamen memoria S. Leandri non reculatur. Habet etiam antiqua Breviaria, alud Ecclesiæ Burgensis in Hispania anno MVI impressum, alud Ecclesiæ Eborense in Lusitania anno MCLXVIII editum: in quo solus cuius S. Leander excludetur ad hunc xiii Martii cum propriis de illo Lectionibus; in quorum ultima legitur in Breviario Eborense quievisse tertio Idus Martii. Deinde Thomas de Trugillo in Thesauro concionum et Jovianus Marietta lib. 3 de Sanctis Hispanie cap. 19 ejusdem Vitam referunt ad hunc xiii Martii, quo cum mortuum scribat Trugillo. Et haec de die obitus et veneratione sufficiunt.

2 fratres
et Sororem :

C 3 De his in pervertsto Breviario Romano ista leguntur. Cum Ariane heresis fervorem tempore Leovigildi Regis Gothorum confundare B. Leander radicitus nequisset, pro confundendis Sanctæ Trinitatis capitulis ad Constantinopolitanum Presulis eorum transmeavit: ubi aderat Gregorius tune vice Romani Pontificis agens, cum quo ipse Leander amicitiæ fidei pepigit, et ab eo postulavit, ut moralia Jobi sim exponeret. In Breviario Eborense dicitur B. Leander de fidei negotiis Legatus a Wisigothis illuc missus. Cum dicto Breviario Romano consulit Lucas Tudensis in Chirico manu: at que in Eborense leguntur, endem sulum habet S. Gregorius in epistola, expositione libri Joh. prefatu, his verbis: Reverendissimo et sanctissimo Fratri suo Leandro Coepiscopo Gregorius S. S. D. Indumento, Frater beatissime, in Constantinopolitana urbe cognoscens, cum me illuc Sedis Apostolicae responsa constringerent, et te illuc injunxerent pro causis fidei Wisigothorum legatio perduxisset, omne in tuis auribus, quod mihi de me displacebat, exposui. En legatio Leandi pro causis fidei

causa fidelis:

2 Leander Frater et in Episcopatu Hispalensi successor fuit S. Isidorus, qui libro de Scriptoribus Ecclesiasticis cap. 28 istud de ejus vita et doctrina elogium habet: Leander genitus patre Severiano, Carthagini-

Asideri: non tamen eo tempore ullum securitatem Constantino-polii fuisse Concilium; multo minus, ut asserunt Tragillo et alii, OEcumenicum sive Universale Constantino-politonum u, quod anno dicitur de tribus capitulis habuit est. Hic autem congressus SS. Gregorii et Leandri fuit tempore Pelagi II Romani Pontificis et Tiberii Imperatoris post annum MXXX, quo anno, teste *Gregorio Turonensis lib. 3. Histor. Franc. cap. 39*, magna Christianis in Hispaniis persentio fuit. At pergit S. *Gregorius in dictu epistola*: Tunc visdem Fratibus, etiam congete te, placuit, sicut ipse meministi, ut librum beati Job expungere importuna me petitione compellerent. Et pluribus interpositis ista habet: Quoniam expositionem recensendam tuu beatitudini, non quia velut dignam debui, sed quia te potente memini promisisse, transmisi: in qua quidquid tua sanctitas tepidum inculnante repererit: tanto milii celerrime indulget, quanto hoc me agrum dicere non ignorat.

procurata a
S. Gregorio
scripsi oratione
in Jobum.

S. II. Conversio S. Hermenigildi, dein Recurrendi Regis cum gente Gothorum. Synodus Toletana III.

BRegressus in Hispanias S. Leander, omnima industria impedit in populo gentis Gothorum ab Ariana resuauit ad fidem Catholicam convertendo. Duxerat S. Hermenigildus Rex uadue Arianus uxorem Ingundam, filiam Regis Austrasiorum Sigiberti, et Brunehildis amitie suae, hinc circa annum MXXX nuptie. Ingunda, etsi uulnorum juvenis foret, in fide tamen Catholicu ad ea fuit stabilita, ut nec blandimentis nec minis aut verberibus potuerit perverti. Tunc Leovigildus, ut supra citatus *Gregorius Turonensis tradit.* dedit eis viuam de civitatis, in qua residentes regnarent. Ad quam eum aliissent,cepit Ingundis praedicare viro suo, ut reliqua haeresis fallacia, Catholicae legis veritatem agnosceret. Quod ille diu refutans, tandem commotus ad eius prædicationem, conversus est ad legem Catholicam. *Hoc Turonensis: et S. Gregorius lib. 3 Dialog. cap. 31* totum huic conversionem attribuit S. Leandro his verbis: Sicut multorum, qui ab Hispaniis partibus veniunt, relatione cognovimus, imperi Herminigildus Rex, Livigildi Regis Wisigothorum filius, ab Ariana haeresi ad idem Catholicam viro reverendissimo Leandro, Hispanitiae Episcopo, dudum mihi in inuenienti familiariter juncto, predicante, conversus est. Quem pater Arianus, nisi ad eandem haeresim rediret, et priuatis snadere et inimis terrore conatus est. Cumque ille constantissimo

S. Hermenigildum ab
uzore ad fidem
orthodoxam
convertit,

convertit,

anno 580

C responderet; numquid sae verum fidem posse relinqueret, quam sonet agnovisset, iratus pater enim privavit regno, reluensque expoliavit omnibus. *Hoc ibi*, in quibus conversus imper facta, et amictu cladem contracta, indicant, post S. Leandri ab urbe Constantiopolitana redditum, S. Hermenigildum potem amplexum Catholicam. Quia ad eum diem natalem xii Aprilis accurvatus deliceretur: qui die in Egitio Paschatis interemptum arbitrantur, saltum sole noctem præviuam Paschalis festivitas, cum nocte precedenti recessisset evanumponem suerilege consacrationis ubi Episcopo. *Itinero oblatum. Annus is est MXXXVI, quo cyclo Ianuarii, Solis vi, et litteris Dominicali G incepit Pascha Dominicis Resurrectionis in diem xiv Aprilis.* Exultu seruando aut tertio anno S. Leander scripsit duos contra Irenianum heresim libros.

GSuperfuit Leovigildus ad annum sequentem MXXXVII sive *Era Hispanicae* MXXXVII, ut assent in *Chronico Gothorum S. Isidorus*, qui initum regni eum statuit *Era novi, additique, obISSO anno regni xxviii. Hic, teste S. *Gregorio Papa*, quia vera esset Catholicæ fidis, agnovit, sed gentis sua terroro perterritus, ad hanc pervenire non meruit. Qui oborta agricu-*

dine ad extrema perductus est: et Leandro Episcopo, D quem prius vehementer afflixerat, Richardum Regem filium suum, quem in sua haeresi reliquerat, commendare curavit: ut in ipso quoque talia faceret, qualia et in fratre suis exhortationibus fecisset. Qua commendatione expleta, defunctus est. *Gregorius Turonensis lib. 8 hist. Franc. cap. ultimo*, jam tum in ea scribenda impeditus, ut aliquos asserere eum in legem Catholicam transisse septem ante obitum diebus; et tum filium Richardum pro eo regnasse anno Childesherti XII, Gunthramni XXXVI, qui est jam statutus annus MXXXVII. Sed pergit S. *Gregorius Papa*: Richardus Rex non patrem perdidit, sed fratrem Martyrem sequens, ab Ariana haereseos pravitate conversus est: totum quoque Wisigothorum gentem ita ad veram perduxit fidem, ut nullum in suo regno militare permitteret, qui regni Dei hostis existere per haeticam pravitatem non timeret. *Tamatus Salazar ad diem xii Aprilis pag. 618* asserit antiquam inscriptionem dedicatam *Toleti Ecclesie Cathedratis*, ex qua constat rum sub initium regni Recaredi factum fuisse: *qui est ejusmodi. In nomine Domini consecrata est ecclesia S. Mariae in Catholicis, die i Idus Aprilis anno feliciter primo regni D. N. Gloriosissimi Flav. Recredi Regis, Aera DCXXV. Erat eo ipso die annus clausus ubi Hermenigildi Regis martyrio, ac eadebat dies illi XIII Aprilis dicto anno DCXXXVII in secundam Dominicam post Puscha, die xxx Martii celebratam. Tunc ergo, ut supra Isidorus tradit, fide S. Leandri etque industria, populi gentis Gothorum ab Ariana insanis ad fidem Catholicam sunt reversi.*

GScruu est *Synodus Toletana III Episcoporum LXII*, in qua Gothi objurata Ariana haereseos perfidia, orthodoxam fidem professi sunt, scriptique anathematizamus XXIII, ac capitula totidem, quibus subjicitur editum *Reccareli Regis de confirmatione Synodi*, ac postea omnia concluduntur illustri S. Leandri homilia in laudem Ecclesie ob conversionem gratus Gothorum, quam infra integrum damus. Subscripti Flavius Recaredus Rex, Massoua Ecclesie Emeritensis Metropolitanus, Euphemius Ecclesie Toletanae Metropolitaus: *dein quarto loco et hac formula legitur*, Leander in Christi nomine Ecclesie Spalensis, Metropolitanus provincie Bortice, his constitutionibus, quibus in urbe Toletana interfici, annuens subscripsi. *De anno hucus Synodi aliqua ob Aera Hispanicam et annum regni Recaredi controversia exoritur: ita quippe interest Synodus: In nomine Domini nostri Jesu Christi, anno IV regnante gloriosissimo Domino Recaredo Rege, die octavo Idum Maiorum, Aera DCXXV, F*

hac sancta Synodus habuta est in civitate regia Toletana ab Episcopis totius Hispanie vel Gallie, qui infra scripti sunt. Quia vero supra Aera DCXXV mense quo anno? Aprili fuit primus annus regni Recaredi, necessario jam Aera DCXXVII debet convenire in annum regni tertium, ut videatur loco puncti, post numerum in collato, quartu uitas accessisse, atque ita IV annus succrevisse apud annuenses, et sic habita foret Synodus anno Christi DCXXXIX. Aut contra, si quartus annus regni determinetur, constituenda foret Aera sequens DCXXXVIII, et habita foret Synodus anno Christi DCXL in eius mense Iugusto annum regni tertium inveniatur Mauriti Imperator: ad quem annum Synodus hunc confert. *Anna Biellarium sub finem Chronicis his verbis: Anno vii Mauriti Imperatoris, qui est Recaredi Regis IV annis, sancta Synodus Episcoporum totius Hispanie, Gallie et Gallicie in urbe Toletana precepit Principis Recaredi congregatur, Episcoporum LXII.* In qua Synodo intererat memoratus Christianissimus Recaredus, ordinem conversionis sue et omnium Sacerdotum vel gentis Gothicæ confessionem tunc scriptam, manu sua Episcopis porrigit, et omnia que

(an etiam
patrem
Leovigildum
mortuum
anno 587 p.)

sub initium
regimini,

ei gentem
Gothorum:
Toletanae,

inter

quo anno?

convertit
Recaredism
Regem,

A que ad professionem fidei orthodoxae pertinent, innotescens : cuius tomum ordinem decrevit sancta Episcoporum Synodus canonis applicare monumentis. Summa tamen Synodalis negotii penes S. Leandrum, Hispalensis Ecclesiae Episcopum, et beatissimum Eutropium monasterii Servitiani Abbatem fuit. Hoc ibi. Interim optaremus servare proximum Synodo annum quartum regni Recaredi et Aream DCXXVII. Boronius eam ob causam rejecti mortem Levigildi et initium regni Recaredi in annum Christi DLXXXV, uno apud Isidorum corrigit Aream DCXXV, et vult substitui Aream DCXXIII, quod sicut Jacobus du Breu in editione operum S. Isidori, facta anno MCI. Sed quidam correxit initium regni ejusdem Levigildi? aut quosrum obiisse tradit anno regni XVIII, cum mortuus esset anno regni XVI? Herum annus regni Recaredi IV non convenisset in Aream DCXXVII, sed precedenter DCXXVI. Praterea Recaredus non dececessisset et vita anno XV regni et Aera DCXL, quia duorum iterum annorum discepantur erroris, et ita in sequentibus Regibus foret faciendum. Interim facta sequentia Conclavia Hispalense Preside etiam S. Leandro habitum, anno quinto regni Recaredi, Aera DCXXVIII, primo Nonarum Novembrium, et Caesarangustanum n. signatum sub die Kalendarum Novembrium. Aera DCXXX, anno regni VII. Quid ergo statnendum? Recaredum arbitramur post martyrium S. Hermengildi assumptum in consortem regni a patre Levigildo, saltem ante diem VIII Idum Maiorum, atque ita in Concilio numerari annos ejus : quos a morte patris solum cœpit digerere S. Isidorus, non Chronicon Gothorum intertarbarerit.

§ III. Homilia S. Leandri de triumpho Ecclesie ob conversionem Gothorum.

Festivitatem hanc omnium esse soleuniorum festivitatum novitas ipsa significat. Quoniam sicut nova est conversio tantarum plebium caussa, et nobiliora sunt solita Ecclesia gaudia : nam multas solennitates per anni discursum celebrat Ecclesia : in quibus tumetsi habeat gaudia consueta : nova vero, sicut in hac, non habet. Alter enim gaudet de rebus semper possessis, aliter de lucris magnis hic nuper inventis. Pro qua re et nos majoribus gaudiis elevantur : quia repente novos Ecclesiam parturisse populos intenueunt : et quorum asperitatem quondam gemebamus, de eorum nuna gaudemus credulitate. Ergo materia gaudii nostri tribulationis præterita occasio fuit. Gemebamus dum gravaremur, dum exprobaremur : sed gemitus illi id egerunt, ut hi, qui per infidelitatem nobis erant sarens, fierent nostra per suam conversionem corona. Hoc enim gratulativa profert in Psalmis Ecclesia dicens : In tribulatione dilatasti me : et Sara dum stupe a Regibus concupiscitur, nec macula pudicitia sentit. et Abraham causa pulchritudinis sua divitem facit : ab ipsis enim Regibus Abraham ditatur, a quibus Sara concupiscitur. Condigne ergo Ecclesia Catholica gentes, quas simul senserit, fidei sue decore, ad sui eas sponsi, hoc est, Christi linea transducit, et per regna suum virum divitem reddit, per quae se inquietari persenserunt : sic enim dum ex initio hæc cesserunt, vel invidenter dentibus mordetur, dum premuntur, cruditur, et dum insectatur, dlatatur ; quoniam patientia sua amulatores suos aut superat aut luctatur : dicit enim ad eam dominus sermo : Multe filiae congregaverunt divites, tu autem superpressus es universas. Sed non mirum, quod haereses filiae dicuntur, sed attendendum, quod loco spiloniarum ponuntur : spone sunt, eo quod foris a Dei paradiso, hoc est, extra Catholicam Ecclesiam mutuantur : et hoc non lectura sensus nostri, sed Scripturæ divinæ auctoritate probatur, dicente Salo-

mone : Sic lumen inter spinas, sic amica inea inter filias. Ergo ne magnum vobis videretur, quod haereses dixerit filias, continuo eas numerat esse spinas, Haereses, inquam, aut in aliquem angulum mundi, aut in unam gentem inveniuntur versari : Ecclesia vero Catholicæ, sicut per totum mundum tenditur, ita et omnium gentium societate constituitur. Recte ergo haereses in cavernis, quibus latent, congregant ex parte divitias : Ecclesia autem Catholicæ in specula totius mundi locupletata, supergreditur universis.

8 Exulta ergo et letare Ecclesia Dei : gaudie et consurge unum corpus Christi : induere fortitudine et jubili exultatione : quoniam tui moerores in gaudium sunt mutati : tristitia habitus in amictum letitiae versus est. Ecce repente oblitera sterilitatis et paupertatis tuae, uno partu populus innumerous genuisti Christo tuo : nam dispendiis tuis proficis, tuncque damno subrecresci : tantus denique est sponsus tuus, cuius imperio regeris, ut dum te patitur deprendi ad modicum, rursum prædam tuam ad te reducat, et hostes tuos tibi conquerat. Sic autem agricultor, sic pector, dum lucra attendit futura, quae seminat, et quæ amodo ingesserit, non imputat damna. Tu proinde iam ne fleas, ne lugeas temporaliter quosdam recessisse a te, quos cernis cum magnis lucris redisse ad te. Exulta ergo fidei confidentia et tui capitum merito : fide esto robusta, dum que recolis olim repromissa, nunc cernis suis complecta. Ait enim in Evangelio ipsa Veritas : Oportebat Christiani mori pro gente, et non tantum pro gente, sed ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum. Tu profecto in Psalmis proclamas, odientibus pacem dicens : Magnificare Dominum mecum, et exalte nomen ejus in unum. Et rursus : In conveniente populo, in unum et Reges, ut serviant Dominum.

8 Quam dulcis sit caritas, quam delectabilis unitas, non nesciens per Prophetica vaticinia, per Evangelica oracula, per Apostolica documenta, non nisi connexionem gentium predicas, non nisi unitatem populorum supiras, non nisi pacis et raritatis bona dissemininas. Laetare ergo in Domino, eo quod non sis fraudata desiderio tuo : nam quos tanto tempore, genitu teste, et oratione continua concepisti; nunc post glaciem, post hiemem, post duritatem frigoris, post austrietatem nivis, velut jocundum agnum frugem et ketos veris flores, vel adridentes vinearum stipibus palmites repente in gadio perieristi.

9 Ergo, fratres, tota caritate animi exultemus in F Domino, et jubilemus Deo salutari nostro. Ita cetero per ea, quae iam sublata sunt ea, quæ adhuc expectantur implenda, vera esse credamus. Que enim prefata sunt Domino dicente; Alias oves habeo, que non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me admirare, ut sit unus gressus et unus pastor; ecce contumor fuisse completa. Pro qua re non dubitemus totum mundum posse in Christo credere, atque ad unam Ecclesiam convenire. Quoniam rursus ipso testificante dicitur in Evangelio : Et prædicens, inquit, hoc Evangelium regni in universo orbe, in testimonium omnibus gentibus : et tunc, inquit, veniet consummatio. Si ergo remansit pars aliqua mundi vel gens barbaræ, quam fides non irradiavit Christi, profecto crediturum atque in unam Ecclesiam e se venturam nullo modo dubitemus, si ea, quæ Dominus dixit, vera esse putamus. Ergo, fratres, reposita est loco malignitatis bonitas, et erroris succurrat veritas : ut, quia superbia linguarum diversitate ab unione gentes separaverat, eas rursus gremio germanitatis colligeret caritas : et quemadmodum unus possessor est totius mundi dominus; ita et possessionis ejus esset unum eorum et amplus unus

Gaudendum
in aliorum
conversione
cum Ecclesia

Psalm 42
Genes 20

Prefer
petitiones
crent;

Pro 31, 29

D
ant 2, 2
reductis
hereticis
exultat :

E
Joan. 11, 51
Psal. 38, 4
Psal. 102, 23

de liberto
fructus
rutilit

F
spes datur de
conversione
totius orbis :

Joan. 19, 16

Matth. 24, 14

Psal. 2, 8

consonant
vaticinia,
Isai. 36, 7

Isai. 60, 2

Isai. 88, 8

Ecclæsa una
in Christo,Gen. 2, 21
Ephes. 6, 32Cant. 6, 8
2, 10cum
heretorum
padre,
Isai. 40, 25

A unns. Pete a me, ait, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam et possessionem tuam terminos terre : propterea, et ex uno homine propagatum est omne hominum genus, ut qui ex uno illo procederent, unum sapient, unitatem quererent et diligenter. Ordo ergo naturalis exposuit, ut qui ex uno homine trahunt originem, mutuam teneant caritatem : nec dissidentia a fidei veritate, qui non disiunguntur naturali propagine. Hæreses verae et divisiones e fonte manant vitiorum : unde quisquis ad lenitatem venit, ex virtute ad naturam redit : quia scut naturæ est fieri ex pluribus unitate, sic est vitii fraternalis declinare dulcissimum. Erogamus ergo tota mente in gaudium : ut qua gentes studio decertandi perierint, sibimet in amicitudinem Christus unam Ecclesiam procuraret, in qua eas rursus reduceret concordia caritatis. De hac profecto Ecclesia vaticinatur Prophetæ, dicens : Domus mea, domus orationis vocabitur omnia gentilium. Et iterum : Erit inquit, in novissimis diebus preparatus mons dominus Domini in vertice montium, et elevabitur super colles, et fluens ad eum omnes gentes, et ibunt populi multi, et dicent : Venite, ascendamus ad montem Domini et ad dominum Dei Jacob. Mons enim Christus B est, et dominus Dei Jacob una Ecclesia est ejus, ad quam et gentium conuersum et populorum pronuntiant confundere conuentum : de qua rursus in alio loco dicit Prophetæ. Surge, illuminare Hierosalem : quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est : et ambulabunt, ait, gentes in lumine tuo, et Reges in splendore ortus tui. Leva in circuitu oculos tuos, et vide : omnes isti congregati sunt, et venerunt Gnu : et adiungunt, inquit, filii peregrinorum muros tuos, et Reges eorum ministrabunt tibi. Qui ut notesceret, que ventura essent genti vel populo, quae ab una Ecclesiæ communione recidissent, securus est : Gens enim et regnum, quod non servierit tibi, perirebit. Alioquinque loco similiter ait : Ecce gentes, qui in nesciebas, vocabis : et gente, qui non cognoverunt te, ad te corrent.

40 Unde, enim est Christus Dominus : enjus est una per utrum mundum Ecclesia sancta possessio. Ille igitur caput et ista corpus, de quillo in principio Genesis dicitur. Erunt duoi carne una. Quod Apostolus in Christo intelligit et in ecclesia. Dum ergo ex omnibus gentilibus unam vult Christus habere Ecclesiam, quicunque extraneum est ab eo, hec Christ nomine noncupetur, Christi tamen corporis compago non continetur. Heres enim, quæ respuit Catholicæ Ecclesiæ unitatem, in quod adulterino C amore diligit Christum, non uxoris, sed concubina obtinet locum. Quoniam re vera diuus cœlit Scriptura es et in eae una, videlicet Christum et Ecclesiam : quo locum meretrix nullum inventum tertium. Una est enim, ut Christus, unica in eae una est sponsus meus, una et genitrix sine filia. De quo item eadem Ecclesia in promulgat, dicens. Ego dilecto meus, et dilectus mens misericordia, querant nunc lares, a quo constuprarentur, vel enjus sint prostibulum facte : quoniam ad immaculato thoraco recesserunt Christi. A quo quanto pretiosius esse movimus copulatio caritatis. Tento Deum haec celebrante laudemus quod gentes, pro quibus sanguis fusus est, unigeniti sunt, non pasus est extra unum orbem diaboloi dentibus devorari. Lugeat igitur veterinus predo suum præsum amisse, quin impletum videnus, quod Prophæta vacante audiueris. Equidem, in præ his captivitas a fœtis tollitur, et quod ablatum fuerat a rotula, salvatur : pariter enim dicit cordine, quem fabricaverat diabolus, pars Christi destruxit, et dominus, quo divisione in mutantur certabat eadem, uno cum Christo lapide angelorum conjugatur. Dicamus ergo omnes : Gloria in excelsis Deo, et in terra Pax

hominibus bonæ voluntatis. Nullom enim præmium D caritati compensatur. Inde omni gaudio præponitur, quia et caritas facta est, quæ omnium virtutum obtinet principatum. Superest autem, ut unanimiter omnes omnes regnum effecti, tam pro stabilitate regni terreni, quam felicitate regni coelestis Deum precibus adoramus, ut regnum et gens, quæ Christum glorificavit in terris, glorificetur ab illo, non solum in terris, sed etiam in celis. Amen.

§ IV. Epistolæ S. Gregorii Papæ ad S. Leandrum, Hujus obitus, sepultura; translatio-

nes.

Haecen relata contingunt ante quam ad Summum Pontificatum assumetur S. Gregorius Magnus : ad quem circa nullum hujus dignitatis indicatam a S. Isidoro epistulam de baptismo scriptis S. Leander : cui respondit sanctus Papa Indictione ix mense Maio, anno DCCCI. Est ea epistola 41, libri I Registrum, ex qua quid S. Leander ei scripsit colligimus : Ita illa incipit : Respondere epistolis vestris tota intentione voluisse, nisi pastoralis curæ ita me labor attere ret, ut mihi magis flereliberat, quam aliquid dicere.

Quod vestra quoque Reverentia in ipso litterarum F mearum textu vigilanter intelligit, quando ei negligenter scribo, quem vehementer diligo... Si ergo me, Frater carissime, diligis, tue militi orationis in his fluctibus manum tende, ut quo laborantem

S. Gregorius
scribat illi, ut
quo primo
anuo :

me adjuves, ex ipsa vice mercedis in tuis quoque laboribus valentior existas. Explere autem loquendo nullatenus valeo gaudium meum, quod communem

prædest ob
conversio
Gothob :

filium Rechariedum glorioissimum Regem ad Catholicam fidem in extremis agnovo devotione conversum. Hujus dum mihi per scripta vestra mores exprimitis, amare me etiam, quem nescio, fecistis. Sed quia antiqui hostis insidiis seitis, quoniam bellum durius contra

approbat
cripta de
Baptismo :

victores proponit, nunc erga enimdem scortans. Sanctitas vestra evigilet, ut bene corpta perficiat, nec se de perfectis bonis operibus extollat, ut fidem cognitam et te quoque meritisternet : et quia æterni regni civis sit operibus ostendat : quatenus post multa annorum curricula de regno ad regnum transeat.

De tria vero iunctione baptismatis nihil verius responderi potest, quam quod ipsi sensistis. quia in una fide iurit officit ancæ Ecclesiæ consuetudo diversa... Dulcissime autem mihi fraternitatì vestre codices direxi, quorum moditum subter inserui. Ea autem, quæ in locis Joh. expositione dicta fuerant, et vobis dirigenda scribuntur, quia hæc verbi sensibusque petentibus per libitum direxeram, utcumque studii in libitorum dictum permittare, quæ nunc adhuc a librariis conserbantur. Et nisi portitoris presentium me festinatio coangustasset, conneta vobis transmittentes alij pia immunitatione viduissim maxime quia et hoc ipsum opus ad vestram Reverentiam serpsi, ut ei, quem præ ceteris diligis, in meo iudice labore desideris.

Prioretra si vobis in facienda

moderari tempora ab Ecclesiastica occupatione cug-
grediuntur, quod sit juri faciendum seitis : quamvis etiam absentem corpore, praesente in manu te semper intueor : quia vultus tuus imaginem intra cordis viscera impressus sum porto. Date mense Maii.

ad

12 Altera S. Gregorii ad S. Leandrum epistola, scripta Indictione xiii, anno DCCXIVIANT sequente, est 43 libri I, quoniam hæc ulterioris amoris tessera adjungo, et est ejusmo. Quanto arbore videre te sitiam, quia valde me diligis, in tui tabulis eodis legis. Sed quia

multo regerem
pastoralem,

longo terrarum spatio disjunctum te videre nequeo, nunquam, quod mihi de te debavit caritas, feci, ut librum regulari pastordis, quem in episcopatus mei

expallio
eum Jobis :

exordio scripsi, et libros, quos in expositionem B. Joh. jux dudum me fecisse cognovisti; Sanctitati tue

cum

A cum eomuni Filio Prubino Presbytero veniente transmitterem. Hos itaque Sanctitas tua studiose percurrat, et peccata mea studiosius defleat, ne mihi culpe gravioris sit, quod quasi scire videor, quod agere pretermitto. In hac vero Ecclesia quantis caussarum tumultibus prenor, ipsa caritati tuæ epistole meæ brevitas innotescit, quando ei parum loquor, quem magis omnibus diligo.

13 At quales reposerunt *S. Leander litteras*, indicat *S. Gregorius epistola 123 libri 7*, enjus illud est exordium: Sanctitatis tuae suscepit epistolam, solius caritatis calamo scriptum. Ex corde enim lingua tinxerat, quod in charte pagina refundebat. Boni autem sapientesque viri, cum legeretur, adfuerunt, quorum statim viscera in compunctione commota sunt. Coperit quisque anoris manu in suo corde te rapere: quia in illa epistola tuae mentis dulcedine non erat audiare, sed cernere. Accendebantur et mirabantur singuli, atque ipse ignis audientium demonstrabat, qui fuerit ardor dicentis. Nisi enim prius in se faces ardeant, alium non succendunt. Ibi ergo vidimus, quanta caritate tua mens arserit, que sic et alios accedit. Vitam vero vestram, cuius ego semper cum magna veneratione reminiscor, minime noverant,

B sed eis altitude vestri cordis patuit ex humilitate sermonis. Et ruris interpositis sub finem ista habet: Ita podagras vero molestia sanctitas vestra, ut scribit, affligitur: enjus dolore assiduo et ipse vehementer attritus sum. Sed facilis erit consolatio, si inter flagella quae patinur, quaecumque fecimus ad memoriam delicta revocamus: atque hec non iam flagella, sed dona esse conspicimus, si quae carnis delectatione peccavimus, carnis dolore purgemus. Praeterea ex benedictione B. Petri Apostolorum Principis Pallium vobis transmisimus, ad sola Missarum solemnia utendum. Quo transmisso, valde debui, qualiter vobis esset vivendum, admonere. Sed locutionem supprimo, quia verba moribus anteitis, Omnipotens Deus sua vos protectione custodiat, atque ad celestis remuneracionem patrias cum multiplici animarum fructu perducat. Ego autem quanta occupatione deprimer ex debilitate, brevis attestatur epistola: in qua ei, quem multum diligo, parum loquor. Dein idem *S. Gregorius* in epistola sequente Recharedo Regi Wisogothorum inscripta ipsa interserit: Reverendissimo Fratri et Coepiscopo nostro Leandro Pallium a B. Petri Apostoli Sede transmisimus, quod et antiquæ consuetudini et nostris moribus et ejus bonitati atque gravitati debebamus.

C 14 Datus notatur hæc epistola Indictione 2 anno 593 aut sequente. Sed creduntur a nonnullis loco suo motu, neque voluisse *S. Gregorium* tum diu differre aut missum Palli ad eum, quem præ ceteris et magis omnibus se dilexisse testatur: aut gratulationem Regi Recaredo factum ob conversionem ad fidem Catholicam, de qua scripsisset ad *S. Leandrum* in priore epistola anno 591. Accedit quod iudicatur *S. Leandro* vita functo successisse *S. Isidorus* frater anno 596 quem *S. Hildegardus* libello de viris illustribus cap. 8 asserit ex certa notitia annis fere quadraginta tenuisse Pontificatus honorem. At Redemptus ejus Clericus addit finea suum consummavisse in pace pridie Nonas Aprilis Luna xix Æra 594, hoc est nuno 1046, cui si demandar anni quadraginta, necesse est ut Episcopatum suscepit adhuc anno 596, quo anno ex hoc culculo e

vita discessisset *S. Leander*: non videtur autem posuisse fieri, ut ejus obitus et successio *S. Isidori* latissent *S. Gregorium* post tres quatuor annos. Obitus iterum *S. Isidori* confirmatur per successionem Honorati Episcopi, qui quinto Idus Januarii, anni Cinthilani Regis secundo Æra 596 subscrispsit Concilium Tolatano vi. Unus certum est *S. Isidorus* ante obitum *S. Leander* natus: sicut sufficit hæc indicasse et obitum *S. Leaudri* assignare sub finem seculi.

15 In supra indicato pervertuto Breviario Romano ista ualde de virtutibus, obitu et sepultura *S. Leaudri* memorontur: Sanctus vero Leander corpus suum in Dei servitio quotidie macerabat: propter quod celebre nomen per totam Hispaniam obtinuit. Fuit enim vir timore plenus, prudentia suminus, eleemosynis deditus, in judicis aequis, in sententia parens, in oratione jugis, et divinis laudibus mirabilis, in dilectione divinorum officiorum ad corrigendum facilius, omnium Ecclesiarum defensor eximius, in comprehendendis superbis erectus, in pietate multum afflensus, in rivis caritatis ita se carum exhibens, quod ex caritate nulli postulantib[us] aliisque denegavit. Floruit sub Recharedo viro religioso ac præcipue gloriose, cuius temporibus mirabili obitu immortalis vita terminum Hispani clausit die tercia Idus Martii Æra 591. E

atque intra ecclesiam SS. Justæ et Ruffinæ, in quadam Deo deservierat, tumulatur: ubi multa beneficia ipsius et beatarum Virginum meritis praestantur. Hæc ita, Coluntur SS. Justa et Ruffina die xix Julii: in quarum ecclesia res præclare a *S. Leandro* gestæ portim depictæ risuntur, parties versibus descriptæ leguntur, teste Antono de Quintanaduennas in libro de Sanctis Hispanis. Tradit vero idem auctor corpus *S. Leandri* et dicta SS. Justa et Ruffina ecclesiæ ad Cathedralem translatum, ejusque Translationis memoriam in pervertuto Breriario Hispanensi annuaturn ad vi Aprilis: et dein cum esset in sacello reveri novis templi, transportatum fuisse anno MXXXI die xi Noverbris in festo *S. Martini* ad aliud sacellum clanstris versus occidentem: unde iterum cum corporibus Regum anno MDLXXVII illatum est in sacellum Dripazæ Virginis a Regibus cognominatæ, ubi subaltari majori depositum conservatur. Istusque ecclesia gaudet se possidere sanctum caput argenteæ statuae medie corporis inclusum. Hæc dictus Quintanaduennas. Meminit et Rodericus Caruslik. 2 Antiquitatum Hispanium fol. 34 dicitum *S. Leander* corpus adseritur in sacello regonna cum corpore Sanctissimi Regis Ferdinandi gloriosi Conquistoris istius regionis.

F 16 Hæc præcipua sunt, quæ de *S. Leandro* ut fide digniora referimus. Est aliqua ejus Vita o Prudentio Sandwallio scripta et a Juanue Horione Latine translata et a Christophero Browerodedita: quam omittimus, quod multa ex Maximo suppositio desumpta sint. Inter alia e constanti apud Hispanos fama refertur a *S. Gregorio* missari ad Leandrum imaginem Virginis Dei parentis, quæ hodie Guadalupi visitur, singulare in his Castella regnis præcisæ sanctimoniorum monumentum. De ea imagine nonnulla attigimus ad diem xi Martii inter Prætermisos, ubi de Simone Rulando, alias Simone Fela actum est. De monachatu ejus, cuius meminimus *S. Isidorus*, varii varia impurunt, que non judicanus operæ pretium esse ut referantur

laudat ejus
epistolam
caritatem
plenam:

consolatur ob
podagram:

missus
Pallium.

quanda
obicit
S. Leander:

virtutibus,
virtutibus,

sepultus in
die SS. Justæ
et Ruffinæ.

translatus
ad ædem
Cathedralem.

Alla a variis
scriptis.

DE S. MOCHOEMOCO, ZEU PULCHERIO ABBATE LIATMORENSI IN HIBERNIA.

Commentarius prævious.

CIRCA MEDIU M
REG. VII
XII. V. S.
S. Ita. ne pos.

*e S. Comgall
Bencor
discipulus.*

*Lia morente
monachum
condit.*

B
et post annum
1107
centenarium
mortua.

*notus in
Martyrologio
Germanico
Hibernicusque*

*In quibus et
S. Comgallus
inventor,*

*Acta vetera
discipulo
ab eo corpore
scripta.*

Sexto æræ Christianæ seculo in Memoria Hibernie provinciæ S. Ita floruit. xv Jun. a nobis elata, spiritu insigne propheticæ et miraculorum gloria illustris; sed patriæ sue hand paulo utilior optima S. Mochoemocus episcopus educatione, quam suis precebus dupletrum sorori priorem sterili filium, ipsa ad omnium virtutem earegat informavit; donec aetate adulterior, ad S. Comgallus Beuchorrasis Abbatis institutionem translatus, ita profect, ut opus inventaretur qui novum Caister Ducis exercitum collecturus, novam virtutis palmarum faberetur erigeret: quod ille in Hela, extreme ad Euro-Boreum Monomone regione, felicissime fecit Liathmorensi diuidem egenobis constituto. Ante fucum seculi vi factum id concipiendum necesse est; si quidem anno ne ad superos hinc emigrasse Comgalium, Benchorrensis monasterio ante annos quinquaginta fundatorem, demonstraturum se Colgaus promittit.

2 Quo postio cum S. Itam relint. Inantes Hiberniæ anno 569 vita sanctam esse, Mochoemocum autem eisdem protrauisse usque ad annum 565: consequens esset cum, qui ante amitum sui matrem annos viginti explevisset etatis, centesimum vix unum supergressum fuisse cum moreretur, aut forte ex vi attigisse: ut non omnino reperienda sit Colganus conjectura emanubilis Hibernicum versum, quo annis quatuordecim supra quadrageantus rixisse perhabetur, natus numeri mutatione. Versus hunc Morinus Gormon Luthensis Abbatis hagiographia, metrice Hibernica lingua evasus, interpolatorius ejusdem manu adjectum esse in margina, censet Colgaus: vitratum saltem rite nemo potest dubitare: quam problemi vero id factum sit, possimus judicare ex eorum xstate, quos mendum istud in errorem abduxit; si quos norerat Colganus, eos etiam nominasset scriptores.

D 5 Adepto ergo venerabilis moderatione reginantis, quis vel quantus extinerat et nostra suæcumbit facundia, et virtutum frequenter vires ad enarrandum humanas exasperat. Et ita enim opulentia virtutum claras, sapientia afflentia compertus, exuberantia benignitatis referunt, studiosi ingenni floribus ornatus, rosea castimoniae vigilantia totus, et ut generatiter dictum sit, quot diuinum spatiis vixit, tot charismatum prædegus vitam ornavit. Habent siquidem hoc Sancti proprium, ut adhuc carnea gravedine oppressi, jam prælibare jamque gustare incipiunt, que vel qualia gaudia recepturi sint post funera. Non quanto die-antequam lutealimpens habitacula, liber volaret ad aethera, alieri vultu et placido mentis intuito, convocatus ad se discipulorum cunctis, quos Christi servitio dignanter mancipaverat, sacris exemplis docuerat, sanctioribus orationis ad meliora speranda

VITA

A R. P. Joanne Jacobo Turinello ex MSS.
erudit.

PROLOGUS.

Ad laudem et gloriam Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, qui vult omnes homines salvos fieri, et ad cognitionem veritatis venire, que de beato Heldrado veridica narratione, sub testificatione fideli et Christianitatis, didicimus, referre non fordonamus. Quamvis enim peccatorum multitudo gravata, a Sanctorum meritis, et conversatione peregrini longeque algesti vivamus, in spe tamen glorie filiorum Dei, de resurrectione omnis carnis nullatenus dubitantes, per patritatem et confessionem defectorum ad eorum quandoque consortium nos pervertemus speramus. Et quia Scriptura divina nos instruit, dicens: Concilium Regis abscondere bonum est, opera autem Dei propadare optimum est et salutare, nostræ saluti periculosostrum metuimus, si en Dœ opera, quæ a fidibus per B. Heldradum mirabiliter patrata comprimimus, litteris mandare non euremus.

E

CAPUT I.

Vita totius periodus.

Igitur B. Heldradus a ex Gallicana patria, quæ dicitur Provincia, non insulis parentibus ortus, et, ut certum dicitur, b Androbaenus oppidi, Alpns montibus undique septi, municeps et indigena fuit. Nobilis quidem genere, sed modicorum animi virtute. Solet ergo evenire ut nobilitatis generis parint ignorabilitatem mentis: at non ita in Heldrado viro sancto exstitit: qui mundi motatis phalemonibus, deposito generositas cothurno, quanto clarus in senecto viserat, tanto vobis affectusque Christo adhaerens empensis, summi Regis paupertate ditatus, ipse pauper pro Christo effectus, sepsum pauperibus confortans. Adhuc itaque sub lacu habitu Christi multum contigit, codem in vico, ex quo carnis decessum duxerat originem, ecclesiam B. Petri meritis dianam construxit, ac nonnulla pro susceptione hospitum peregit habita. Compasuit vero pulcherrimum ibidem viridarium, ex quo cometi venien-

nobilis genere
natus

a In Gallia,
b

facultates
impedita
cultus impendit
vita auctoritatis
et perfectioris
vita auctoritatis

Et monachus
Novalit:

f

g et Bugone
mortuus abbas
creaturae

h

i et Bugone
mortuus abbas
creaturae

j

A speranda extulerat, etiam sui in praesentia digna supplicatione astantibus, se indicat resolvi.

^a Qui ibi gemitus, que lacryme, quotque suspiria ab eo Christo effusæ sunt, quatenus sinistrum dñe linquens iter, dextrum, quo electi ad bravum supernæ vocationis duceundi sunt, absque offendiculo tenebat; et ne pars maligna invidie lacibus accusa, tarditatem aliquas praetendere, retinque sua malignitatis pedibus post Dominum currentibus opponere quivisset. Extorquebat enim affectus interiori hominis lacrymas, quas violentia dilectionis ex intus prae cordiorum visceribus fundebat. Tenebant slavani magistrum: tristabantur de presenti Patris discessu, cuius gloriam credebat fore extimam. Elevatis denique ad cœlum oculis, quo spiritus semper intentus fuerat, et parumper resumptis viribus, viaticum Dominicæ Communiois expediti dignissime suscepit: ac sic inter discipolorum manus, lacrymas, et geminus animum Deo redidit. Vixit autem Beatus Heldradus sub monastica disciplina annis septem, præfuit autem triginta. Quos omnes Christianitatis titulis ornavit, excellentia sanctitatis ditarunt, et culmine virtutum laudabiliter extulit. Mortuus est autem tertio Idus Martii, regnante Ludovico Lotharii filio i, et sepultus est apud Novahtum, summum dilectum Cenobium; ubi viget miraculus, cornutus beneficiis, præstat sanitatis, præsentatur virtutibus, præstante Domino Jesu Christo, cuius honor et gloria, virtus et excellentia vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

^b a Heldradus Ferrario, Chesaue Eldradus. — b Natura tabular Geographica locum exprimit, qui hinc habeat affine nomen: versus Nescusum Tamam Comitatum viens est, inter Esterorem et Varum fluvios monte velutino jugo, vocabulo S. Petri: sub eius invocatio ecclésiam construxisse in sua patria, et hospitale Heldradus dicitur: — c Alius Amphilus, Heldonus filius natus tradidit in manus Barnari Decanum ad eum Domini Wigari Episcopi seu Richardi Propositi, ut est in Instrumento ipsius Traditionis in Choro Novatitano. — d Hunc surplicari posse aliquam pecuniarum habu monasterio et ex ista militare Regulam fuisse: sed credere mulius en Rethorice dicit, et S. Benedicti Regulam iste ab initio obtinuisse. — e Anno 817 unius et Imperii sociis constitutas a patre, quod tenuit usque ad 855, — f Fugium quondam dilissimum et regale monasterium, quod idem Aistulphus Rex ambi-dexter condiderat, et est in Chronicon, Benedictus VIII in confirmatione Bremerius collam a Pagani detinat enumerat inter Norfolcianas possessiones, — g Anno 820, ut videtur Augustinus ab Ecclesia. — h Ima-
ca, anno 811. — i Ab obitu Patris, anno 855 defuncti, regnum tenuit usque ad annum 875. Imperator Italiam diuersa ad distinctionem patrum similliter Ludovicus, qui Germania regnum, et uniuersitatem post nepotem Italis dominandum, tenuit.

CAPUT II.

Miracula in vita et post mortem patrata.

^c D e cursa uterque beatissimi Heldradi vita, nihil omnino de miraculis ab eo patratis attigimus, si mente ne quod minus a nobis dictum fuisset ejus subtraheretur gloriae. Nec ideo minoris apud nos ereditur esse meriti, quod miraculorum multitudini proprium columnas condere librum. Muba signidebat et mira sunt quae aut in juventute, aut suscepta Christi militia peregit: sed vastatione gentilium, a et inertia scriptorum oblivioni deloti, et vitiorum memoria divisa fore noscantur. Sic Deus paucia de ejus miraculis nostræ noluit subtrahere notitiae, quatenus de minimis insigniter patratis ampliora intellectui patentes: cui vero paucia non sufficiunt, inulta non proderunt. Aggregiar ergo et ad libe-
studum ad explanandum ea, que relatione digna, non solum jani omnino Deo conjuncta, et celestium ciuium agnimbis nexus peregit, verum etiam ea, que adhuc corporeo carcere clausus, Deo juvante landalatiter patravit.

^d 7 Dum igitur B. Heldradus vitales adhuc carpebat annas, et iam Novalitum, summum dilectum cenobium, pio moderamine regeret, fortur jussisse ex suis in valle Brigantinense quod monachis apta de-

buisserent aedificare habitacula. Profecti itaque discipuli jussionibus magistri sanctissimi obedientes, dicto citius jussa, vicinoque obediens pede præcepta studuerunt peragere. Venientes nempe illo Fratres, aptum locum habitationibus monachorum invenerunt: quem ornaverunt ecclésiis, construxerunt aedicis, et ex abundanti cellarum Monasterium illum vocarunt. Vallis siquidem illa captionibus venationum apta, piscatione omnino opulentissima, sed serpentibus oppido erat reserta: quorum infestationem prædicti Fratres ferre non valentes, reversi sunt ad Patrem, quæ fecerant quære passi fuerant renuntiantes. At ille blanda eos admonitione definitos blandioribus verbis delibatos, paucis diebus secum retentos coptis juhet instare operibus; polliens se absque mora eos securum. Venerandus itaque vir ad locum veniens multitudinique serpenti utrum repriens, virtute divina eos in unum congregans, ferula, quam manu tenebat, præeuntem se sequi præcipiens, et in loco modicum cavato glomeratum adducens, terminum ejus meritis suffragantibus posuit, ne usquam amplius exire debassent designans. Ecce res mira et omni dignatione miranda. Statutus locus, designatus exitus, obdiunt serpentes homini, quem a Christo sciebant diligi: et quod servus Dei promittit ore, hoc serpentes tenent opere.

^e 8 Dum vir clarus excubias noctu servaret Angelicas, quidam mutus advenierat ad ejus sacra lymna, petens oris colloquium et lingue solvi vinculum. At ejus cœnobio familia et pueri, illam fingerent putantes sicque eos deciperre, verbis actum minacibus et afflictu verberibus, cum jam nihil proficiunt, extra fines projicunt. At ipse ejus conscientia erat consciæ facti, et animus inardescens cupidine loquendi, se totum convertit ad Christum, et ad Sancti tunnulum veniens, corde tenus oravit, dormivit, verba recepit, et sanitati pristinæ redditus, latu ad propria remeavit. Eodem namque tempore Ubertus quidam nomine similiter adveniens, utroque pede claudicans, Patrem pulsat gemibus, et exorat singulis ut situ grossum conferat et sanitatem præferat. At Vir Deo plenus, cuius mens, dum in hoc servilo vixit, misericordior visceribus semper refulsavit, orantem cito respexit, et per sonum illi apparsus sanitati pristinæ diutina membra infirmitate detenta quam etius reformavit. Talius siquidem beneficis multorum infirmitatibus sapientis impensis, clarus cupit uaderi in hoc seculo, qui sole lucidior presidebat in celo.

^f 9 Eadem circa tempora venerat mulier quaedam, petens auxilium ad ejusdem cœnobium; nam lactis copiam dicebat sibi sublatam, peccatis exigentibus et plurimis criminibus. Que cum diu oracula persisteret a sidus, visitata ab eo per somnum, iussa est ad propriam regredi domum: nam antequam stadium in itinere confecisset, plene caput se lac ellundere, et ubera tumescere, instantem ut primæ copia effa. Lactis ejus sinus innadesceret. Peritur adhuc miraculum inter multa præcipuum, quod non solum hominibus sed etiam pecudibus largitur beneficia quam saepius porphyrina. Paganenses h siquidem Italæ patris saepissime candelas habitudinem jumentorum compaginatas ejus honore ad sacra lumen ejusdem ecclésie deferunt. Mirum dictu! illis deprendantibus et vota sua B. Heldrado per solventibus, jumenta domi relicta pristinæ sanctati redduntur et usibus dominorum salva restituantur.

^g 10 Solemnitas advenierat B. Petri maxima, ad quam puer exabilitatus venit provincia, qui nunquam oris proprium habuerat colloquium: qui dum ad Sancti tomulum noctu pernoctaret præcipuum, Heldradus vir sanctissimus sibi venit per somnum, qui os ejus aperiens, absolvit linguae vinculum

Eudem

EX MSS.
TOMVS tertius
LIB. 2

A Eadem circa tempora Iues quedam pestifera vastans catervas hominum, et corts animalium, ita ut per ecclesias simulque excoemeteria quinque vel octo feretra portarentur funebria: parentes ipsorum conversi sunt ad Dominum, et Heldradi sanctissimi depocebant suffragium, ut ab ipsis mortiferis salvarentur in commodis. Venerunt ergo quadam die unanimis ad Heldradi ecclesiam, offentes illi argenteam catenam munere hujus necis humiliante. Qui orantes respiciens, et deprecantes muniebas, ab illa die deinceps redditus sunt inodores.

B **11.** Cum iste Sanctus ex paterinitatis debito fere quingentorum Fratrum curam gereret, omniq[ue] illi Congregationi necessaria provideret, et sanctitate ac religione, morumq[ue] honestate omnibus se imitabilis esse ostenderet, a Creatore tamen iniquam subtraheretur aspectu: illis preo[ct] dabo Angelicis spiritibus significabat annumerandum, qui, quavis nocturnis per officia, numquam tamen separantur ab omnipotenti visione intrinseca. Quodam igitur tempore, Diabolus instigante scivit, tam perniciose tanque lugubris in Taurinensis partibus exorta est discordia, ut nequissime, si latenter non poterat, aliena patenter raperet, nec Ecclesiasticis pro religione, nec mulieribus parceret; nec pueris innocentia, nec semibas prolificebat asta reverenda: tantumque haec rabies exercerat, ut non solum viatoribus extraneis molestaret insidias, verum etiam in aliis et concives suis eadem exercerent insidias. Potentes vero, qui inferiorum sceleris reprimere debumissent, sub oisdem nefariis partitur pacem.

12. Itaque pro hisperientis Episcopis, ceterisque Religiosis viris visum habuit Concilium aggregandum, d[icitur] in quo per sancta deo[rum] ut praemissum est, imp[er]i[um] sanctarum legum regenter moderamine, pietatis autem et justicie cultore imperturbatae parenti possent agere. Igitur hunc Concilio locis decernitur episcopatus et amarus, qui justa Padi flumen ab incolis Veraria innundatur. Porro homines hac pluvia provinceis non tantum plenitudo advocari, sed ob Dei timorem majoraque reverentium corpora Sanctorum ad super dictum locum delata sunt. Inter alia ergo sanctorum corpora clarissima fuisse, ad cuiusdem locum corpus sanctissimi deportatum est Heldradi. Fannus percolat, et tantum patrum adesse velociter coniecta admittiat. Ad Iunus ergo eximii Patris sanctissimas Reliquias dum omnes, qui aderant, magno confluente cursu, tanta super ipsius Padi pontem se multitudine hominum ingessit, ut pons erexit. Cumque multi aquis immersa vitam despicerent, evenerunt ut quendam mulier, que principiter hujus Sancti ardenter amore, quoniamque S. Heldradum videndi desiderio venerant, luminosa natura fragilitate detenta sub vasis aquas spiramus sublaret. Cumque illi ipsius per ripas fluvii metrem quererent, et S. Heldradum querulis ululatibus proclamarerent, vestes defunctae, quae ex rotatione undarum inordinata ferabantur, emissa appropiebant.

13. Hanc agitur illi per quinque milliaria, usque videbile ad eum locum] quem indigena Molinus vocavit, flentes sentiunt: ibique secundum Hei voluntatem, et hanc Confessoris miserationem matrem mortuam receperunt. Cumque se illi supra matris cadaver sternerent, talumque sumum detrimentum sanctissimum depudarent Heldrado, dicebant: O Christi Confessor Heldrade, ad te pio venimus animo, ut bona conferres, mala prolineres, contra nos dedicas cerimonia, et pro bono inutim, pro salute, quoniam potebamus, mortem contulisti: hic certe non sunt Sanctorum retributions. Et in his amaritudinis vocibus cadaver matris levantes, ad Chris-

ti Confessorem reportando, sub ipso scetro, in quo D[omi]n[u]m sanctissimum corpus jacebat, proiecserunt. Res miranda! mulier de morte revixit, quae postquam a Reliquis tacta fuit, salutemcepit integerriman, et cum filiis suis ea qua venerat via, cum laetitia ad domum suam remeavit. O Christi vere Confessor et discipole, cujus jam in miraculorum exhibitione initatus es vestigia. Num sicut ille quatriduanum Lazarum festinem rediit ad vitam, ita et iste mulier sub magnis gurgitibus diu latitantem, ad vitam pristine salutem restauravit jucundam.

14. Dum quodam mulier peregrina transiret apud burgum Novaliti, eo die, quo sanctissimi Patris Heldradi festum celebatur, hospitium suscepit Novalitiae; dumque ibi ex itinere fatigata parumper recessisset, sububulares sua comitis consuere cepit. At ubi ejusdem loci homines eam operantem videbant, blanda voce et adiutorioque illam corripere coepiunt, ut ab incepto opere desisteret, et cum ceteris ejusdem loci tanti Patris solennitatem celebraret. Illa respondit, se et Sanctum ignorare, et ejus festivitatem non colere. Quid plura? postquam se comitantis opus peregit, ad proprium opus conversa calceamenta sua ut reficeret accepit. Dum vero sububalam, qui suere solebat, pugillo constringeret, ceperunt unguis palmae vehementer alligi, ac tanta impressione coactari, ut iam summittates manus in exteriori parte unguum instare viderentur. De quorum vulneratione sanguine decurrente, voces in excelso cepit emittere, et cum magno clamore et timore ejus, quem paullo ante audacter contempserat, exclamare. Quo viso miraculo omnes qui ad videndum mulierem confluxerant, ceperunt Dominum glorificare et beatissimum Heldradum exorare. Consilio intem communicato, quid de ea facere deberent, ad Ecclesiam B. Heldradi, quae non multum aherat, illam detulerunt, et ut ejus miseretur, omnes aequaliter lacrymabilibus vocibus deprecari [venerunt.] Ipsorum exaudita est oratio: nam dolor fugatur, palma extunditur, carneque stigmata omnia replente ad tantum mulier illa erecta est incolumentem, ut tantum cicatricibus apparentibus in ipsa major sanitas esse videretur. Quae peracta gratiarum actione hoc votu se constrinxit, se annuatim vita comite ipsius Sancti ecclesiam visitatram.

15. Aliudque miraculum referendum putamus, surdus mulier que curatur. In solennitate paschali domi quidam puer indigne sumpisset Sacramentum Domini nunc; foras in agros expressus est, qui sensum amisi et memoriam, et quasi brutum animal factus, domum deductus est. Parentes eius cum ab eo diligenter inquirent, quater hoc sibi accidisset, audiendi loquendique officio cum frustratum agnoverunt. Sed quia Heldradi jam divulgabatur longe fama, ad ejus ecclesiam puerum deduxerunt, ibique cum parentes paterno affectu precies effunderent, cum interius exteriusque plene reformatum recuperent.

a. Sacramentorum circa annum 920 — b. Non habet a Britanno, Virginitate Anniana, hadie Brianzon, celebri in Belpu[n]to Lib[er]o ad hastatum baculum, Lewis a Novalito octo circuli — c. Rectus forte pagurus, vox eu recte frequens proclususque regnum seu pagi iacobi: vide Possessum de Uritis libro lib. 3. cap. 31. nunc iudas curialis sic nominant Franci utique Hispani Basani, Payssos, Trulou, Lauti-lieden: at Italii campanienses dicunt; Constantius titulus pectoris in Italia pagi ultimis inscriptus a Memori Ughellus Concilio a Gezzone Taurinorum Episcopo celebrati anno seculi XI, et controversia circa Novalitensem Abbatico collationem ab eodem composta anno XVII. Sed illud sub Gezzone Concilium volumen edidit diversum fuisse: istud autem de quo hic Provinciale ex tota Lombardia collectum, ut patet ex loco. — e Ferraria, plusquam ducentum sexaginta milliaribus Taurino divisa eratis Adiacentiore mare. — f Rectus subtulipes quae subtilares: quod Franci in scutulis conseruant.

*alter festum
ejus violans,*

f

*manum
vulnerat,
E*

*cumque
patentes
sanam recipit;*

*ad comit[us] a pro
p[re]ce invanu[er]at
da*

*adferuntur S.
Heldradi
Reliquie:*

*muller aqua
mera,*

*orandibus pro
matre illis,
vita restitutur*

A

CAPUT III.
Alia miracula.

Cum eorum, quae in sancta leguntur Ecclesia, duo scriptoribus sint proposita, ut videlicet de appositis mendacium, et de subtractis divinum timeant incurvare iudicium; de hujus Sancti miraculis ut superflua appouere vitamus, ita et que enim indubitanter fecisse scimus, nullo modo occultamus. Fertur in Gallia, cum quidam nobilis septem filios strenuissime juventutis babuisset mortua eorum matre, aliam sibi uxorum adscivisse. Sed quia solent privignis novercae insidiari, tales dicitar filii septem viri sui dedisse potionem, ut omnes in insaniam verterebentur: alii autem per diversa mundi clima oberrantibus, unum eorum divina pietas ad B. Heldradum direxit. Dum vero monachi eum iubrice incidentem, vestes scindentes, alias percutebant, sibi ipsi non parcentem vidissent, ejus infelicitate commoti, in ecclesia ipsius Heldradi clauerunt, et altera die incolumente receperunt.

17 Nobis quoque in hujus sanctissimi Patris gestorum memorabilium descriptione instantibus, memoriae nostrae occurrit, quod, cum corpus ejus propter necessarias causas ad Concilium in Burgundia adiunatum, deportatum fuisse, in loco, qui Aqua-bella a dicitur, clandum utroque pede obviam habuit. Quem cum omnis populus suppliciter exoraret, ut ubi divinam suam virtutem dignaretur ostendere, quantæ misericordiae fuerit iste Sanctus, patratum ostendit miraculum. Nam statim sanus factus est, et supra pedes suos rectus stetit, et robusto gressu corpus B. Heldradi serutus est. Rursus cum quidam Sacerdos Corporis et Sanguinis Domini indigne tractasset Sacraenta, manus totiusque brachii incurrit debilitatem. Qui ad B. Heldradum veniens, ejus, que sine pretio dabatur, medicinam expetuit, et postquam sua vota persolvit, et Domino se honestissime serviturni ante ipsius Confessoris altare obligavit, plenarie restitutus est sanitati.

18 Iterum cum enidam pauperi, ad vitæ sua solamen, divina pietas unicum tribuisset filium, infirmari coepit: tandemque morborum crescente molestia, ad tantam puer ille perditus est ægritudinem, ut jam vita cum desitiente omnem morientium similitudinem ostenderet. Jam vero cum spiritus, ut egredieretur, in pectore tantum palparet, pater ejus miserabiliter deflens filium, ad Sancti Confessoris pervenit ecclesiam: ubi postquam diuissime oravit, puerum, quem jam credebat sepultum, sue senectutis in longa tempora suscepit solatium. Dum quidam juvenis de sessorio indiscrete surrexisset, eujusdam obstaculo se infra supercelium lassus. Quia exorta occasione sanguis se circa oculum conglomerando in faciem versus est. Sed cum ex sancte vermes scaturientes non solum oculum verum etiam cerebrum tenuebant mitterentur, nullaque posset medicorum medicari peritia, ad sanctum encurrerit Heldradum, cuius basilicam ingressus, tantum illico sensit beneficium, ut vermes a capite procedentes cum magno impetu partem sternentes pavimenti: concavitate vero illam, quam paulo ante vermes repleverant, vicini caro replevit, ita ut paulo post nullum in illo appareret illius infirmitatis vestigium.

19 Quaedam mulier beatissimi Heldradi ecclesiam temere intrare præsumpsit: [sed quia] oratio ejus erat exercitabilis, a janua ipsius basilice repulsa, minime intrare potuit. Quare ad se conversa, sumrumque scelerum conscientia, hanc pro suis peccatis repulsionem se passam esse premeditata est. Veloce ergo cursu arripiens, quendam religiosum

adivit monachum; in cujus ante omnia sua peccata confessa, per veram Confessionem cordisque contritionem veterum peccatorum sarcina deposta, in basilica quasi in honestissimo Christi thalamo recepta est. Fuit juvenis quidam in eo vico, qui [est] ad radicem montis, supra quem Ecclesia sancti Archangeli Michaelis digno honore sita est, qui cœrberini febris ita vexabatur, ut vel astute vel hyeme nullum haberet relaxationis remedium. Cum autem assidua febris eum incessanter maceraret, itaque eum atrivisset, ut omnibus toris evanescat, juvenili eum vigore penitus despolarit, in alio diurnæ passionis cecidi languore, in quo nec lecti volvi poterat, nisi alieno frucretur auxilio: nec ad aliquid degustandum proprie manus uteratur officio. Hic dum mirabilia B. Heldradi audivit, aures patris sui suppliebus pulsare precibus cepit, ut ad tanti patroni basilicam se jam deferret examinum: licet enim salus desperabilis videretur, sanctissimum tamen Heldradi volebat occurrere.

20 Pater vero cernens eum pro longissimum languoris fælio emicet onerosum et molestum, devote ad circulum palmas extendens, ad Dominum preces effudit piissimas, ut saltem, cui vivendi non concedebatur facultas, moriendo adcesset libertas. His dictis corpus filii jam ex maxima parte præmortuum planstro supponit, bubsque ad deducendum conjunctis profecti sunt. Cumque ad eum locum, qui Vallis-stations dicitur, pervenissent, ecclesia S. Heldradi, qua in summata rupa posita longata probet viatoribus aspercum, illos apparuit. Iterumque ager resupinus planstro, quænam hic essent redditiva [cum] curiose inquireret a comitantibus, hunc esse h. Heldradi Domum, quam pro salute petebat, audivit. Quia respunctione nimum letificatus, eos cepti rogare, ut ad terram eum depONENTE solium osculari, et ad illum piissimum Sanctum, cujus jam basilicam a longe cerneret, orationis legationem præmittere smarent. Quod dictum (qua si epus pro suis necessitatibus eum depositissent) graviter terentes, ab hujusmodi petitione diris prohibuerent respondit: aspicio vero stimulacionis boves ulcerantes velocius carpebam iter.

21 Unumque debilis ille vifisset eos contra suam voluntatem obdurate, eo quo poterat nisi, quia aliter descendere nequibat rūmam sibi molitus est. Cum antea de vehiculo rueret, cum terra leniter suscepit, ut putares B. Heldradum propriis illum excepisse ultis. Postquam ille, ut optaverat, solo prostratus jacuit, atque in interiori suo Davideum decantavat versiculum. Adhuc pavimento anima mea, vivifica me secundum verbum tuum; etiam voce altiori odidit orationem: Omnipotens Deus cuius coeterum filium terris visibiliter apparuisse, eicos illuminasse, leprosos nimilasse, pacalysticos curasse audivimus et fideihter credimus; quippe per beatum ejus discipulum Heldradum hæc eadem nraenla nostri quoque temporibus renovare voluisti: Mihi etiam obseco ut vel animam meam de hoc laboroso carecerem te reducas, vel si placet sanitatem per beati Confessoris tui Heldradi inter ventum concessa, officium vivendi expecti valeam.

22 Qua completa oratione, se tunc super exhibitos ac manuum articolos coepit subdere, pandilatansque se distendendo per omnia tandem membra erectus firme coepit stare ped his. Ipsa antea subito stupescens miraculo, cuncta que cernebat, in sonnas et non veritate rei esse credebat. Sed dum plenum membris sensit instare vigorem, gressum totando, virilem cernentibus exhibuit ambulat omen, ita ut horum dux existaret, quos paulo ante portiores et sui itineris ductores haberet. Itaque eum usque ad S. Heldradi tumbam sequentes, dugo s. Dominum invocavere

Missa sunt
furiosa
redditur.claudus
eriguntur.moribundus
terratur.corruptionis
renovatur.peccatrix a
tempore ingressu
accusat.spallium n
adv. habatur,coquemittu
vita:

Ps. 58 28

evidenti ex
nraenla,el sanitatem
recupit

ex mss.

idem ducta
uxore
contractus fit:serpens in os
puer
dormientis
ingressusad sepulcrum
eficiunt.soror lega
presumpto

punctur,

A invocavere vocibus, qui tantum suis seculis voluit concedere patronum. Post aliquod vero tempus, mortuis patetibus suis absque liberis alii, constitutus est haeres. Coegerant ergo eum propinquui sui atque vicini uxorem ducent: at ille tanti patris sanctitatem offendere metuens, primo renuit, illisque importune exigentibus acquievit, credidit, uxoremque duxit. Et ipse nocte, qua uxorem suam cognovit, ita curvis factus est, et non nisi spinos columnam respicere posset, ita quod usque ad extremum superitus diem desperata medela curvus permanuit, annua tamen revolutione ipsius ecclesie humna frequentare non desstit.

23 Quia vero hojus Sancti tantum sunt numerosa memorabilia ut nullatenus nostro possint explicari sermone, ad eum tantum seruenda nos coarctavimus, quae ex novitate temporum per e manifesta, antiquitate non potuerunt doleri, nec quidlibet nulla presumptione valuit iustificari. Dum ergo quidam paternas familiis puerum haberet suo iuri subditum, eam in nomen Christum ad oves pascendas direxit, ubi illa, dum oves pascerentur, cum quibusdam aliis pueris accidit ad calorem solis abdormisse. Cumque juxta illum dormientem serpens per arbustar oberrara,

B ret, cumquæ aperto ore, ut phores faciunt, stertere aspergisset; daledine luctus, quo ipse potatos erat, afflicitus, mox in ejus ingressus, usque in ventrem dilapsus est. Factum est autem cum quidam illorum post somnum exigitasset, et in ejus ore summittente cauda adhuc restantem vidisset, terribili exclamans blatu, socios sanscere impetu exurge se fecit: e sonnus vero exasperatus, videntes quid acciderat, miserabile monstrum illud, impetu peste gravidum, torvo vulnus praetenebro dolore cunctos aspersionem, ad matrem usque deduxerunt. Quo primum (ut matrum est) dilapiat multumque confusa, ad gloriosissimum Christi Confessorem perduxit Helderadum. Itaque super pavimentum orando die fatigati, dormire coepérunt. Post aliquod vero temporis, ea hora, quia nocturna dormitione surgentes Primam pulsare soliti sunt, mater vigilans, ante eipsos sanguinem ne tacheo involutum, colubrinoque more circulatum prospexit serpentem. Veloci ergo festinatione consurgens, raptum puerum ad monachos deduxit. Illi autem ad ecclesiam supradicti Confessoris venientes, postquam diabolicae efficientes, grates non modicas Deo et gloriissimo episcopo Confessori Helderendo pro suis superrimis beneficis reddidorunt. In quo facto beatissimus Pater Helderodus sunctorum Apostolorum videtur meruisse consortum, quibus dictum est, serpentes fugate. Demones ejicit.

24 Alio quoque tempore alibi in supradicto monasterio accidit miraculum, nihilominus stupendum imminenter solematum B. Petri, que a fantosis populis publicis foris nimis agitur devotione. Ob frequenter itaque populus custodiens per ecclesiastis depositatis, unus de ipsis monasterii clericibus ad B. Helderodum orationem accedens, cymbalam a custode petuit, sed non impetravit. Intrauit igitur diabolus custode nesciente cymbalam de altari fertiva temeritate capere presumpxit, sed quod custodi inservens evitis non patuit, superim oculos inspectores non habuit. Gaudibat stolidus de clandestina actione; panico post serviter levendus ex divina ultione. Lectoribus ad inuidos egressus, cingulum mereatus, Igitur tibiam, et subito in terram corrupus, verso poplite ad genu et plantam pectus, factus est trinquantum mortuus. Mundi miranda succedit. In supra dicto miraculo fideli puer erexitur est, ex summa illoq. devotio: in isto vero infidelis terribiliter est prostratus ex furtiva presumptione. Stupebant omnes vehementer miserum hominem, quidquam commisso astridentes unde superius tram judicis promis-

ruisset. At alia illa paullulum respiravit, quid commiserat detexit. Taliq; situs eum populus, reportantes ad beati viri sepulcrum, et profusis pro eo in oratione lacrymis receptus est pristinam sauitati, et omnes qui ardorant et viderant, glorificabant Dominum, Helderadum funeris suam magnificantem, qui ad correctionem aliorum, domesticum suum de sua ecclesia illo modo presummentem, terribiliter percussat, perseciendo correxerat, corrigendo misericorditer sanaverat.

D
et ad
sepulcrum
remuntrur;Hierosolymis
reverentes,

25 Neque illud silentio praetereundum credimus, quod Dñi servos Helderodus in mari naufragantibus portum salutis aperuit. Post captam urbem Jerosolymam et famosissimum templum ex agone christiano Christiani religiosi reservatum, quidam Italici indigenæ inde eum gaudio rementes ad suis columbas alacriter redire festinabant. Cumque post aliquod dies prosperi successus sulcantes maria, folliciter navigantes stantibus ventis contrariis tempestas valida subito est exorta, ita ut periclitarentur: at vero nautæ et mari periti, fines praecedentes, remissis velis maloque deposito, tranquillus remigare sperabant. Sane procellis eos urgentibus nec sic quidem tempestas remittebatur, immo convalescens et vellementis eos urgens, undis alternantibus ali juando super fluctus, quandoque possum deferebantur, plenimque etiam immensus operiebant doctibus, ex impulsu ventorum et vi marii navi pene dissoluta: At illi, sent est nos naufragantum, sarcinas in mari jactantes, alleviabant navem: sed et B. Nivalium, qui, quasi ex debito naufragantibus opem ferret, more solito invokeantes nullo modo liberauerant.

E
tempato
ianco
manfagium
iudicat

26 Constatabatur eos navis alia, que in oculis omnium ita submersa est, ut ne una quidem residens salvaretur. Unde timore horribili perculti non dabant ultra operam, sed rebetis omnibus navis armamentis, ad quem finem devenirent, spectabant. Cumque iam de vita desperarent, quidam ex ipsis periclitantibus, cui B. Helderodus ex aulita solo immotivat, manus solito nimicus innocuit eis, ut ipsum beatum Helderadum invocarent. Illi siquidem renuebant, quia de eo nec etiam verbum audierant. Veruntamen ille admirandum sanctitatis virum multaque virtutibus clarissimos exponens, multa suasione multisque apud eos obtinuit precibus, ut enim invocarent. Exclamantes igitur homines una voce dixerunt: O B. Helderode, succurre nobis miseris, in supremo vita fine patiatis: statimque auratissima dator, aeris serenata reficiuntur, tempestas valida sedatur, mare inquietum pacatur: itaque prosperis nisi velis felici cursu ad propria cum iucunditate reverentur.

F
ne e, jurato
ice aufer
equum.
d

27 His ipsis diebus quidam clientulus siepe dicti Comonb Novacelus, uperavit, et ab ore illius hinc eademcum multa attestatio cognovit, ex cuius nos ore (qua in praesentia Domini venerabilis Galichini d. Bremetensis, et fratrum da Domino servientium juravit, assertio non autem falsa descripsimus). Sed ne hoc aliam forsitan impossibile videatur, cum sit Deus mirabilis in sanctis suis, et mirabilis gloriens ipsa reverentiam omnium, omnia quicunque volunt fecit Domini in celo et in terra, in mari et in onubus abyssis, et omnis tribus et lingue serviant ei, et venti et mare illi obediant, enipsum regnum et imperium sine fine manet in secula ecclorum. Amen.

a. Efectus indicat concilium Belluvacense, enby Beauvais,
celebratum anno 1114, quem generalem Galliacam Ecclesie
convenit locutus. Suge ius in Vita Audouini Crux, in quo co-
rito Audouini Legato Apostolico notaria de investiture facorum,
et contra Thomam de Marla, confessio eius monasterio resonantem.
At quonodo in Burgundie Belluvacum? Quia per Burgundiam
ex illius contradicibus Belluvium non ostendunt est in Flandria flui-
bus, qui et ipsa fortassis Burgundie latius sumptu ab exter-
no decimbat et habebant totalitatem nullas in Gallia
potestiones

A possessiones, qua eos compellebant eodem venire. — *h* Bretilia symbolam, qua Planto est cœna communis sumptu collata; hic vero accipitur pro rei cuiuscumque escentia oblatione, super

altare fieri solita a tenuioris fortunæ fidibus. — *c* Anno 1099. **D**
— *d* Vide quo diximus in Commentario circa fluui.

DE S. KENNOCHIA VIRGINE IN SCOTIA.

CIRCA AN.
MVI
XIII MART.

S. Kennochia
colenda
quaerantur;

miraculis
clarissima:

omnibus
virtutibus
exornata;

mirabilis
virginis;

plurima
adversa
patitur ab
Christi
admodum;

in exilium
relegatur,

In Breviario Scotico Ecclesie Aberdonensis memoratur S. Kennochia Virgo cum hoc elogio: Venerabilis Christi sponsæ et Deo dicatae Virginis Kennochiae in ecclesia Dei solennitatem honorificientia debita celebrare convenit, et dignis cum laudibus inter alias Sanctorum festivitates annis singulis colendam ipsius, dum viveret, virtutes eximias compellunt: prout in praesentiarum fidelium Christianorum crebra devotio, eamdem benigne et devote venerantium, signaque et miracula divina operante virtute palam emissæ, persuadent et inducent. Ad ejus namque tumulum devote accedentibus, non raro inde fluit morborum sanities. Sed superior vitæ ejus integritas, sancta, et Deo placabilis, atque hominibus grata et acceptabilis, hanc nunc in codis coronatam edocet, prædicat et fatetur, ar gesta ipsa egregia sese demonstrant. Erat namque ex egregio Scotorum sanguine genita, corpore casta, facie venusta, et decora nimis forma spectabilis; verecunda, mansuetæ, modesta, pudica et pia, atque præ ceteris illius patriæ virginibus amabilis; et ita de omni morum virtute ut nihil supra, nobilibus et seculi Principibus præcipue et unice instructa dicebatur; instanti quod diversi nobiles eam a parentibus in matrimonium ducebant, et efficariter desiderabant. Ipsa autem his omnibus spretis, Jesum Christum et hunc crucifixum, in sponsum habere affirmavit, et illi soli serviendum prædicavit. Quid plura? A parentibus persuasa nulla mundi blandimenta, nullaque ejus adversitas, nulla denique tribulatio a coelestis patris amore eam retrahere valuerunt. Et rursus fame, penuria, exilio, relegatione, malorum persecutione, et quod superest in morte minatione, ut idolatriam coleret instigata, a ferventissimo Christi amore, quem pro sponso perpetuo super omnia delegit, evelli, removeri seu avertiri non potuit; sed tanquam armata virtutum potentibus catervis, immobilis permanxit et perseveravit. Hæc Beata Kenoca, Virgo intacta mente et corpore, pretiosam margaritam minutissimis eleemosynis comparavit in celo; et quia non abundavit divitiis a parentibus relegata, seipsam [velut aurum] examinatum jejuniis, vigiliis et orationibus ad eum redimendam in promptu dedit et exhibuit; et ita vitia carnis et ipsius maculas virtutibus domnit et subjungendo

fugavit, quod in ea nullum habitandi locum habent. Et quoniam pro coelestis regni amore terrenam potentiam dereliquit, regalis matrimonium tori spernendo, spontaneæ paupertatis seipsam contulit. Quare procul dubio quia terreni Regis conubium contempsit, sponsa facta est Regis æterni, cum eodem et Angelis regnans in celo, et in mundo cum eodem requiritur. Dignum namque ideo est ut qui temporeliu in hoc mundo Virginem quamplam debitis venerantur honoribus, multo magis hanc Deo gratam et Virginem sanctam atque gloriosam Kennochiam devotis supplicem precibus, ut nos suo exemplo in Christi nomine congregatos, ipsius meritis in futuro judicio Deo reddat acceptos. Sed B. Kenoca in sancta senectute, dierum numero plena, Angelis aspicientibus, ætheræos penetravit celos, et in Ecclesia S. Kennoce, nuncupata Kyle, hactenus magna in veneratione habetur et colitur. *Hactenus Martyrologium Aberdonense.*

2 Meminerunt ejusdem hoc die Lachrius in Menologio Virginum; Hermannus Greven in suis ad Usuardum Additionibus Kevocam nominat, et Dempsterius in Menologio Scotico, sed errore typographico, Kennie scripti; in Indice vero Kennetham. Errorem descripsit Ferrarius et Arturus a Monasterio in Gynacco sacro. Camerarius citato etiam Breviario Aberdonensi, refert eam x Martii addito hoc elogio. Hoc eodem etiam die S. Kennochia Virgo in Colle Scotie provincia celebris, utpote qua propagandæ discipline religiosis et monasticæ apud Collensium Virginum monasteria studio flagravit maximo: cui etiam magna vita accedebat puritas, et erga pauperes et orphanos tenerissima animi affectio: nec defluere varia, quibus Christus sponsam suam ornaret, miracula: unde et varias hinc Virginis in Orientali etiam Scotiae tractu cernere est dicatas ecclesiæ, et Glascua non procul extat una. Migrasse fertur ad Christum sub annum Christi millesimum septimum, Malcolmo secundo Rege Scotis imperante. Extat precatio perversta, qua S. Kennochus patrocinium Scotti implorare consuevere. Deus annator castitatis et anchor, S. Kennochæ Virginis tuae precibus, mentis et corporis eam nobis tribue puritatem, per quam eternam valentiam evadere corruptionem. Per Dominum etc.

*nomen in
Martyrologia,*

*et 10 Martii
cum elogio.*

DE B. ERICO SIVE HENRICO PERUSII IN ITALIA,

Synopsis Historica.

Prochialis in urbe Perusia ecclesia est, ruina et porta, qua u. S. Susanna nomen habet; titulus D. Andreæ insignis, et sacro B. Erici deposito; cuius ibidem nota ac publicè veneratio, quanvis non ut Sancti ab Sede Apostolica Canonizati. De hujus vita quam sunt incerta omnia, qua Ordinis Maurorum scriptores certissimis superstrunt iugulatorum, tam est evoluta certa mors pre iste obita, et mortem scuta publica de ejus sanctitate opinio, ex iis documentis, qua u. Conventus Perusini Guardiano collecta anno MDCXXXIX, atque ad R. P. Lucam Waddingham, scriptorem Annalium Ordinis sui transmissa, nobis Martii T. II.

Romæ describenda exhibuit dignissimus illius successor R. P. Franciscus Haroldus: inter qua fide dignissima est relatio Iuonymi Franciscani, hanc ex fonte, multis dum hominum pie curiosorum conjecturis, ut appareret, infecto: cujus hoc ex Italico verba Latine redita.

2 In quodam senioris Patris nostri manuscripto libro, Conventus nostri Montis Moretum, hæc consignata repertur memoria. Hoc anno millesimo quadragesimo decimo quinto, Perusium advenit peregrinus, eremita in habitu devotissimus; atque ad Hospitalum extra portum S. Susanna adiunctus in mortuus incidit, et paucos intra dies vitam commutavit.

*Mors Perusii
obita,*

A cum morte, Nomen ei Erricus fuisse, patuit ex quibusdam scripturis apud eum repertis; crediturque fuisse magnus aliquis e Germania Princeps. Caput ejus ostenditur festo S. Andrew, et magna per eum Deus operatus est miracula; ut ex scriptura authentica comprobatur. *Has scripturas, easque, quas apud demortuum reperit, in urbis Archivium esse translatas, ibique post quinquennium in illius incendio perire, primus Wadingus asseruit.* Ad miracula hanc dubie pertinet quod Marcus Ulyssiponensis lib. 1 cap. 31 affirmat. In ejus obitu campanas ecclesie vicinioris, que S. Andrew erat, nullo trahente, sonnasse; ideoque Episcopum re perspecta una cum Clero universo accurisse, atque in predicto templo honorifice condidisse corpus miraculis elatum.

B Post hoc ex eodem Marco addit. Wadinghus: Si gisnuminus Imperator post aliquot annos Romanus veniens (anno scilicet MCCCXXXIII Coronationis causa) dum Perusio transiret, atque hanc audiret, templum subiicit, sepulcrum osculari. Reliquias alteravit, sequi sancti viri meritorum rogavit fieri participantem. *Quis hucus sepulcri tumi forma, quis ornatus fuerit, num explicat.* Nullum vel exiguum adhucdum fuisse colligunt ex eo quod in Tübilio publicus consignatur tum repertus anno MDLXVII; quando die xvi Junii Rector et Parochianus predicti ecclesie, rogaverunt Magistratum, Prioris et Camerarii Urbis Perusiae, ut, pro fiende uno tabernaculo et in eo reponendo corpus B. Erigi, necessarium premissum summum conferrent: quoniam in reu decreto condito facile consenserent. *Priores et Camerarii, pro conservatione tanti boni et domini quoniam in nostra civitate habemus, utique, tertio B. Erigi nomen reverentes; quem Pompeius Pelinus eum in sua Historia Perusiana lib. 2. p. 3. annun. 1304.* Nobilem Angulum fuisse dicit, satis indicit nihil de eo certi cognitum haberi potuisse ad sua usque tempora, post quo renovata est Aera, versibusque inscripta, quibus trium regnum haec fuisse dicitur.

C Scholae cum caput defuncti, ex praeconcepta de illius nobilitate opinione, imposta easel coronu ferrea, et nonnulli dubie loquenteruntur de morte Olavi, pli Marquartis et Haquani, Suecie, Dania, Norvegice heredis; ac ne illius quidem, qui se Olavum esse mentiebatur, existime omnino deleta fuisse et quorundam animis opinio credula, quod adhuc vivet flammis subductus aut ipse aut ipsius frater aliquis (quem tamen nullum Olavus legitur habuisse) satis hoc esse fundamente credularent, ut certum hinc peregrino patrionem et conditionem invenerint, atque alia pars simplicitate persuaderent. *Fideli potest Waddinghus hoc disputans contra Eypodium, Pontoniam, Krautum pro sui Ordinis scriptaribus, et constanti, ut ut perpetua firmaque totum Perusini traditione: que quam parum firmiter dici possit evanescere atque perpetua, ex ante dictis liquet; magis autem ex depositione testium et informatione per Episcopum factu unius non plusquam triginta, post quam ista evanescunt a Franciscanis venditari: prout ex Guardiani Perusini rescripto comprimimus, cupus hinc sunt verba.*

D In Dei nomine Amen. Anno Domini MDLXXIX, id vero in Januarii. Ego Fr. Aegidius de Perusio, Ordinis Minorum Regularium de Observantia, ad presens Guardianus S. Francisci montis Perusii, fiduci facio, me repperisse in libro Visitationum Perillustris ac Reverendissimi Domini Neapolensis Comitoli, olim Iugis civitatis Perusiae Episcopi, quod idem Perillustris ne Reverendissimum anno MDLXIV, et die xi Aprilis, visitavit ecclesiam Parochiale in porta S. Susanna prope muros civitatis, in qua post visitacionem sanctissimam Eucharistie et Altarum, visiravit otium corpus B. Henrici, prout apparet in supradicto libro in folio 298 et 299,.... et super idem corpus duxit informationes cipiendas, et tunc

examinavit infra scriptos testes, quorum nomina eorum dicta sunt, videlicet:

D. Joannes Baptista, Rector supradictus, coram Illustrissimo ac Reverendissimo D. Episcopo in dicta ecclesia parochiali constitutus, medio juramento, etatis etc. ad opportunas illius interrogationes, ut infra etc. videlicet: se esse nunc etatis annorum sexaginta sex: et alias, dum esset puer, se vidisse corpus B. Henrici cum barba alba oblonga et cum conchis marinis, coronaque et quadam baculo.

6 Andreas Sanctes de Brunis, de Perugia, Portae S. Susanna: etatis, ut asseruit, annorum quinquaginta quinque per medium juramentum, tactisque etc. interrogatus dixit: se vidisse dictum Corpus, quod olim retinebatur super altare, et recordatur de barba coloris albi.

Ceterum de hoc ipso informationem capi justit a Domino Pompeio Pollino: et videtur qualiter sit etiam decretum a Visitatore Apostolico de informatione capienda. Ante dictum decretum non habebatur notitia, quod aliquid esset de eo reportatum.

Deinde interrogatus est supra predicta D. Vincentius Grisaldus, Ecclesie Cathedralis Perusiae Canonicus: qui dixit, audivisse ab ejus matre, qui dicebat, plures vidisse corpus supradictum, cui tandem affirmavit detinuisse partem naris.

In quoddam veteri Missali, in sacraria supradicta reperto, impresso de anno MCCCCXIX, in Kalendario ad mensem Martii, in margine dicti Missalis sub die XIII Martii, annotatum reperitur cum litteris manuscriptis, hoc videlicet: in die S. EVLALIE VINC. quae verba sunt impressa, et postea manu-scripta Et B. HENRICI CVJIS CORPVS EST IN HAC ECCLESIA.

7 Assernit Rector predictus quod Reverendissimus Dominus Vincentius Herculanus, Episcopus Perusinus mandavit sibi hoc Corpus in capsa collatum, et super altari majori reservatum, et de mandato Visitatoris Apostolici ex eo levatum, et possum in sacraria a dextris altaris predicti collocari, sicut hodie ibi collocatum cernitur: quodque Reverendissimus Dominus Herculanus, postea concessit ibi depungi corpus ipsum. *Hactenus Actorum ipsissima verba a Guardiano Perusino fideliissime excerpta ex publicis monumentis, in quibus nec alius nisi vel minima mentio aut titulus Regia aut tertio Ordinis S. Francisci: Visitator autem Apostolicus, de quo Rector ecclesie predicta meminit, Episcopus Cathensis fuit; ut alibi idem Guardianus testatur; Paulus Morris de Ruvere scilicet, a Pio v ad Umbriam ordinandam destinatus, ut rsi in Italia sacra Ferdinandi Ughelli: Vincentius autem Herculanus, qui referri ad ecclesiam, ex quo diximus loro, sanctum corpus mandavit, ex Sarnensi Episcopatu primus traductus Imolam, inde ad Perusinum Cathedram promovet, anno MDLXXIX, ut auctor est ument Ughellus tom. 1. Italie sacre, et intra septenarium et viis diversit annu MDLXXXVI, ut ex eadem Ughello constat, quamvis epitaphium mendose impressum ex unius destinatur.*

8 A sacraria igitur, ad quam Visitator jusserunt corpora inferri circa annum, ut idem Guardianus scribit, MDLXX, rotatum illud ad ecclesiam est post decem aut plures annos, ex eoque tempore ad dextram altaris predicti requiescit, concamerato parvete, ut aut Waddinghus ad an. 1415: quoniam et in ipso altari, ubi primitus steterat, fuisse locatum imaginem eam, quae nunc cernitur, scribit Guardianus prefatus: quod ex supra alle-gatis verbis, postea concessit ibi depungi corpus, ipsius sane perquam ambiguum est; nam ibi, etiam intellegi potest de dextro altaris latere. ubi ut Caesar Crispoltus in lib. 1 cap. 16 Perusie Auguste, impressa anno 1648 asseratur corpus, rubro involutum panno, intra ligneam grandem capsam non ineleganter pic-tum.

unde poterat Regis Danie filius;

testes auditu de ejus corpore anno 1384 r.

antiquus cultus

corpus circa an. 1370 deponit in sacrarium,

post decennium in ecclesiam referatur,

et in auge pingitur

A tam : ubi et ejusdem Sancti imago expressa videtur.
An in tabulo supra depositum ad parietem oppensa, non
explicat : et crux dubitandi est quod loculo sacra ossa
continenti obducta sit, ut ait Waddinghus, ubi supra,
ad modum armarii exterior custodia, cui a parte
superiori adiecta est imago corporis inclusi cum cir-
cunductis capiti radiis, sanctitatis indicis, uno hoc
carmine subscripto:

Henrici hic corpus : spiritus ante Deum.

Cum autem nec ipse Waddinghus nec ullus quisquam
duplicis imaginis meminerit : non de ulla suspicari
possimus eum tabulam, cuius pingenda facultatem Epis-
copus Herculanus concessit, quæque vel in altari loco
corporis, vel juxta altare supra idem corpus aliquando
spectabatur, conversum esse in tectum seu partem super-
iore vel custodie vel armarii prædicti : cuius ostio
aperto, sicut idem Waddinghus prosequitur, ut corpus
videatur, dimittitur tabula anterior arcæ, in qua
servatur : atque in hac tabula ex parte interiori (scilicet
dum suis nexibus reliqua capsæ cohæret, sed
exteriori dum dimittitur) inscripti sunt auroe char-
actere hi versus :

Qui potuit cœlum precibus contingere sacris,

Qui potuit Latii regna tenere tria :

Qui jam paupertatis amator, cultor et urbis

B Istius, veniens huc, peregrinus obit.

Quique iter ad cœlum demonstrat, quique salutis,

Qui nunc ætherea det regione frui.

9 In quibus Datianum scribendani fuisse pro Latio mon-
nunt is, qui oculata fide Romam accurate transmisit
omnia, et errorem pictoris imperitius tribuit : censet u-
tem, anno 1629 scribens, omnia ante annos circiter octoginta picta et scripta, in eoque quartu minimum tem-
poris parte decipiuntur, ut constat ex anno ordinati Her-
culani : pergit vero narrare quomodo corpus inspererit,

quæ endem
forte, nunc
seruit
experiendæ
capta

interius veritas
aliquos
habent.

Presente
Corporis
status :

libatum ab iis, qui religionis ergo quædam ex carne D
frustula videbantur abstulisse : caput vero, a reliquo
reseruum cadavere, eidem appossum, cuius multum con-
sumpta caro velo operatur, addita corona ferrea anti-
quissima, et valde æruginosa ac male habita. Addit
Guardianus, a quo superius prolatu documenta collecta
sunt, in eadem capsâ preter sacram corpus corollam
ipsius precursorum esse, duas conchulas peregrin indi-
cia, scipionem, et vesculum viatori optim ad potum,
quæ omnia cum reverentia servantur : et baculus qui-
dem mensuram corporis illius æquum longus est, inquit,
palmos omnino septem : caro autem corporis, instar hu-
bulæ maceratæ, in filamenta deducitur, si quid anferre
tentes : supra capsam deinde atque ad pedem prædictæ
imaginis multa sunt rotiva anathema, testimonia gra-
tiarum per ejus merita impetratarum, atque inter hec
moderna nonnulla.

10 Hæc sunt quæ de B. Erico ex originalibus litteris habere potuimus, atque ita simpliciter proferre ma-
linus; quam ex Waddinghi Annalibus, vel eorum
epitome, nonnullis circumstantiis (ut fore usuerit) va-
riata transcribere, quo puteat evidentius, quid, quomodo,
quando de hor Beato scriptum sit. De quo præter jam
citatos auctores agit Maurus Montis-olivetani Abbas, E
in sua Prato Florida, Ferrarinus in Catalogo Sanctorum
Italiæ, Arturus a Monasterio in Martyrologio Fran-
ciscano : qui omnes ex Mari Ulyssiponensis chronico
F De tempore, quo S. Julianus martyrio est corona- tū, silent hartenus citati auctores. Ferrarius in Notationibus ad xxi Junii in suo Catalogo generali assrit, a Gracis in Breviario reformato agonem sub Diocletianū reservi. Verum quod illud Breviarium, nisi Nicu' Aριστόγενον auctoritate Clementis viii Romē anno MDCCVII editum, cujus verba eadē sunt, que Synozarbi et Mensurum, absque mentione Diocletiani. Passi sunt Eḡe in Cilicie imperante Diocletiano SS. Cosmas et Damiani Arabes, sed sub Pr̄sidi seu Dace Lysimachio, non Marciano. Passus vero est sub Marciano Pr̄sule temporibus Diocletiani S. Julianus, martyris S. Basilis, cum quoniam plurimis sociis, sed Antoni sive Antiochae in Egyp̄to, ut probatum est ix Januarii, die illorum natuli. Dem forsitan nomen Marciatum Pr̄sulis reportum in unis horum Actis, ad alia translatum est. Ita Menologium Sirleti continet Homiliam S. Joannis Chrysostomi, habitam de isto Egyp̄to Martire Juliano: cujus natalis in eo refertur dictio xxii Junii.

G Alio controversia adduci potest ex Catalogo Petri de Nutationib[us] lib. 3 cap. 141, ubi similis de Juliano Martyre narratio adseritur, cuius corpus prima ad insulam Proconnesum ultra Hellespontum in Propontide situm, deīn ad portum urbis Ariminensis delatum fuit. Sunt multa ex eisdem Actis martyrii desumpta, et vorie ampliamenta: ut prima passus dicunt tempore Decii Caesaris sub Pr̄sidi Marciano in Flaviade civitate, scilicet Cilicie mediterranea, in qua, cum teste S. Chrysostomus per universam Ciliciam circumduceretur, varios potuit cruciatus subiisse. Mater ejus appellatur Asclepiodora: que potuit ex Actis majoribus innotuisse cum tempore Decii Caesaris: nisi ea temere a posterioribus affecta censeantur. Passus traditur ix Kalendas Julii sen. xxii Junii. At Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italie die xxii Junii ex monumentis Ecclesiæ Ariminensis asservat in Istria natum, Flaviade in Cilicia easum et in vincula conjectum, apud Anazarbum in mare deponit xviii Kalend. Aprilis, Valeriano et Gallieno Imperatoribus. Cuius corpus ab undis in Proconnesum insulam Propontidis delatum, ibi in area marmorea Christianis conditum, postea Ottone primo Imperatore in eadem arca super undas au Bisantum Ariminum

¶ 20
CHRYST

A alio virtutes sursum ipsam deduxerunt, nec prius recesserunt, quam ad ipsum thronum regium adduxissent.

B Post hanc autem vocem cum vidisset is, qui tum iudicium exercebat, se temere cuncta et incassum esse machinatum, sequi contra stimulum calcitrare, atque adamantem perentere, quid facit? Eo tendit deinceps, ut vietas manus dare videatur, et Martyrem ex hac vita subducet. Mors enim Martyrum, eorum qui ipsos encant est aperta clades: eorum autem, qui e medio tolluntur, clara Victoria. Tu vero mihi considera, quo prout suorum quoddam et acerum genus mortis ejus cogitaverit: quod et tyranii crudelitatem et Martyris fortitudinem demonstrare posset. Quodcum igitur illud est supplicium genus? Allato saeclo et arena completo, cum in eum scorpiones, vipers et dracones injecisset, cum illis et Sanctum injerit, et in mare demisit. Erat ergo Martyr: cum bestia, et rursus cum bestiis conclusus erat vir justus. Rursus autem dixi, ut veterem vobis in memoriam revocarem de Daniele narracionem. Illum quidem in lacrima incluserunt hunc autem in sarcinum injecerunt: illi tunc lapidem imposuerunt, hic sarcinum consuit, et justo carcerem angustiorum effecit. At oblique Sanctorum corpora bestiarum reveruntur, in eorum ignominiam et condenationem, qui cum ratione sunt ornati et humanae naturae conditione digni habant, feritatem illarum summae suae immanitatem superant: qualem hunc quaque tyrannum fuisse conjectare possumus. Videre erat stupendum miraculum, nec eo minus quod in Daniele contigit. Nam quemadmodum, cum post multos dies e benelemoni ascendentem illum valisset, tum mirati sunt Babilonii; sic et animam Juliani cum e saeclo et fluctibus ascendentem in celum viderent Angeli, mirati sunt. Daniel hinc leonem subegit, ac viceit, sed sensibile: hic leonem unum, sed spiritualem, subegit ac viceit. Hostis quippe noster diabolus, impunit, tamquam leo rugiens circuit, querens quem devoret; at fortitudine Martyris superatus est; venenum siquidem peccati deposuerat; quapropter hunc minime devoravit, inde ipso nec leonem nec iram bestiarum reformulavit. Vultus et alia, quamdam veteram reseruam narracionem, ubi et justus et bestiae? Diluvii, Noe, atque arca recordantur: tum enim quaque justus et bestiae simul fuerint. At Noe siquidem ingressus homo est, et egressus est homo: Julianus autem ingressus quidem est homo, sed Angelus egressus: ille de terra ingressus est, et in terram est rursus egressus; hic de terra in sacerdotum ingressus est, et de sacro in coelum est profectus.

C 6. Accepit omnis mure non ut occideret, sed ut coronaret, et post coronam nobis sanctam istam arcam Martyris corpus reddidit: hanc in hunc usque diem retinamus, que sexcentorum honorum est thesauros. Etenim Martyres nobiscum Dens partitus est: enique animas sibi ipse sumprosset, corpora nobis quodammodo largitus est, ut perpetuae virtutis monumentum sancta horum ossa teneamus. Nam si bellatoris arma ornatata quis cernens, clypeum, hastum et lorium, hec omnium sit ignavissimus, statim exilit, exardescit, et ad bellum promptus eminet atque a conspectu nemorum sumit nimbum, ut eam actiones aggreditur: nos qui non arma, sed

corpus ipsum cernimus Sancti, quod dignum habendum est, ut ob Christi confessionem eruantur, licet omnium simus timidissimi, qui possumus non ad summam promptitudinem animi exardescere, cum hic aspectus velut ignis quidam in mente nostra incidat, et ad idem nos certainam invitet? Propterea nolis Sanctorum corpora usque ad tempus resurrectionis commendavit Deus, ut maxima philosophiae materiam et occasionem haberemus. Verum enim vero Martiris laudes lingua nostra: imbecillitate minuantur, sed agonothetam Deum expectent: qui eos coronat, ille et collaudabit. Laus enim eorum, non ex hominibus est, sed ex Deo, nam et haec ipsa, quae diximus, non ut illustriorem redderemus Martyrem diximus, sed ut vos promptiores efficeremus.

D 7. Et paula inferius in comparatione Daphnes et loci, in quo Reliquiae ejus adserabantur:

Quid quarto properas ad suburbium civitatis? Ecce suburbium Hierusalem illius, quo sursum est: ecce Daphne spiritualis. Illie fontes aquarum, hic fontes sunt Martirum: illie cyprii arbores infruentes, hic Reliquiae sanctorum sunt, ac radices, quae in terra plantatae sunt et ramos in eodem protundunt. Visne ramorum etiam istorum fructum intueri? Aperi nobis oculos fidei, tum subito mirabilium filii fructuum naturam ostendam. Non enim pomorum aut ancuni, nec aliud quiddam istorum, quae corrumpuntur et pereunt, ramorum est fructus: sed corporum mutilatorum sanatio et persecutorum remissio, abolitio vitii, morborum animae curatio, oratio continua, fiducia apud Deum, spiritualia cuncta bonisque celestibus redundantia. Hi fructus semper decerti, semper pullulant, nec unquam suos cultores deficiunt. Atque arbores quidem quae nascuntur in terra, semel in anno fructum ferunt: quod si non decerpseris, adventante hyemis tempore, corrupto ac dilabento fructu proprio decoren amittunt. Haec vero hyemis necessaria sunt et astatim, non temporum subjacent necessitatibus, nec suis fructibus nudate possunt videri, sed eundem perpetuo decorem obtinet: non eas unquam corruptio, vel mutatio tempestatum attingit. Quam multi siquidem, ex quo plantatum est corpus istud in terra, sexentas sanaciones ex hoc sancto loculo decerpserunt, nec fructus defecit: messuerunt segetem, nec consumpti sunt spicæ: e fontibus hauserunt, nec exinaniti sunt latices? Perennis est quædam securitudo, numquam deficiens, sed eo, quod haustum est, copiosus semper miraculum manans, effundit. Et paucis omissis templi situm insinuat his verbis: Quod si nunc etiam plueat voluptate perfundi, quid jucundius hoc conventu? quid theatro spirituali gratius, membris tuis, tuorum fratrum congressu? At etiam corporalis mensæ vis fieri particeps? Hie soluto conventu licet juxta Martyrium sub fico, vel vite diversanti, etiam corpori recreatione indulgere, et condemnatione conscientiam liberare. Martyr enim e propinquo spectatus, et cun sit vicinus, ipsique mensce adstet, voluptatem in peccatum effundi non sinit: sed tamquam paedagogus aut pater optimus oculis fidei conspectus, risum comprimit, indecoras voluptates circumcidit. Lascivios omnes insultus carnis tollit, quos illic non licet evadere. Hactenus S. Joannes Chrysostomus.

E

miraculis
clareatsaeclo cum
scorpionibus et
inclusus in
mare recessitcomparatur
cum Deniale

¶ Pet. 5, 8

et Nos

Corpus recte
tum ad
humorum
inclusumet vita
comprimu-

DE

DE S. DECEM MARTYRIBUS IN PHOENICIA.

xvi MART.

Graci in Menais excusis et apud Maximum Cytherorum Episcopum celebrant xvi Martii anonymos decem sanctos Martyres, quos muroront in Phoenicia gladio interemptos vitam complevisse. In Menais adduntur hi duo versus :

Χόσοι δίκαιωψεν Μαρτύρων διά Εἰρηνας
Αὐδροπόντει κτείνουσι μαρτυρηθέντας.
Decem viralem Martyrem occident chorum
Gladio, virorum et Martyrum interfectorum.

Nota est regio Phoenicia inter Syriam et Palestinam, ut qua occasione aut quo tempore hi decem athletae da corouint fuerint, non liquet. Deditus xxi Februariorum

VIDE SYNAAXA
BONI TONI I
MART.
PAG. 869.

xvi MART.

But Menais excusis et manuscriptus Cardinalis Marziani aliisque et apud Maximum Cytherorum Episcopum, paucis indicatur martyrii huius Sancti, his verbis : Eodem die xvi Martii sanctus Marty Rowanus gladio vitam finivit. In adjuncto disticho alluditur ad vim atque efficiaciam umoris in certamine hoc eluentis, quo ad propastum gladium accessit. In MSS. Menais biblioteca Ambrusiana et Parisiensis conventus Virgini Annuntiatae conjungitur cum S. Menigno Fullone, quem Parii in Hellesponto martyrio coronatum celebravimus precedenti die xiv Martii. In pervertendo Synaxario MS. Parisiensis Collegii Claramont, et Menologio jussu Basili Porphyrogeniti Imperatoris collecto, certamen sanctorum Martyrum Menigni et Romani sub eadem titulo proponitur,

VIDE ACTA
GRECA
PAG. 740.SUB MAXIMIAN
IMP. XVII MART.Cultus in
Martyrologio, nonin Menais
Graecorum
scriptis,

Tabula Martyrologii Romoni ad xvi Martii consequunt diem natalem S. Papae Martyris, his verbis : In Lycaonia S. Papa Martyris, qui ob Christi fidem verberibus catus, ungulis ferreis laceratus, clavatis calcis incedere jussus est : deinde arbovi alligatus, migrans ad Dominum, eamdem arborum ex sterili reddidit fructuosam. In Notis additur, de eo Graecos agere in Menologio, ubi et plurios ejus martyris crucifixus narrantur. Sunt ea sub finem mensis Martii, quod in hac aliquot dies desent, ex aliis Menais suppletis ; in his ista leguntur : Eodem die memoria Sancti Martyris Papae. Hie domus nausfragio expositum terrarum orbem videret, accessit ad Praesidem, eumque prudore confundit, magna loquacitate Christi fidem professus. Ita humili abjectus, virgis cedat, ac primum corpus illius, dein etiam facies contunditur. In ultimam postea sublatum, ungulis ferreis derenditur : induitus etiam crepidas, clavis ferreis, longa via ad cursum impellitur. Demum sterili arboris trunco alligatus, fertilem arborum reddidit, et simul vitam finivit. Hujus sacras reliquias Lycaones possidentes jure optimo gloriantur. Eudem leguntur apud Maximum Cytherorum Episcopum, et primo loco in MS. Synaxario Parisiensis Collegii Claramontani. In Menais ad dictum arborem hoc disticho alluditur

Διερή πέδας ιτ; διέρηψεν οὐς προθέτες, Πάπα,
Σεργίους οὐα Χριστού επιπλέοντας βλέπει;
Pedicis ligatis arbori ovis instar, Papa,
Christumque anhelus veluti Zacheus vides.

Acta SS. Ananiae Presbyteri et Petri clavigeri, inter quorum tormenta septem militis conversi, baptizati, et in mare mersi fuerunt. At xx Februariorum colluntur sancti Martyres Tyrii Tyranno Episcopus, et alii quamplurimi, quorum numerum, teste Usuardo, solius Scientia colligit, qui diversis tormentis occisi sunt. Horum aut similium uidetur martyrium emunens incidisse in xvi Martii, quo die Galesinus eodem celebrat his verbis : In Phoenicia sanctorum Martyrum decem, qui securi percussi, certaminis pro fide suscepti palam acceperunt.

DE S. ROMANO DIACONO MARTYRE CESAREÆ IN PALESTINA.

et in Synaxario eterque Paro odscribitur. In Menologio vero relato S. Menigni encomi, ista subduntur : Ruinatus vero Diaconus Ecclesie, quia est Cesareæ in Palestina, cum populum veram Christi fidem deceret, comprehensus, et post varia tormenta quo passus est, eodem quo alter die, gladio percussus, finem vitæ suscepit. De eudem Galesinus hoc dicit. In Græcia, inquit, S. Romani Martyris, qui pro Christi gloria gladio cæsus coronatur. Ubi Græcæ moribso proponit Galesinus, quia Menais Græcis, non alia indicata urbe nec provincia, repererat inscriptum. Sub Dœcio Imperatore passus est S. Menignus. Ita S. Romonus ut alio loco, ita potuit diverso tempore martyrium subesse.

DE S. PAPA MARTYRE LARANDÆ IN LYCAONIA.

Additur etiam hexametrum unum, decimum sextum item signum, quo sic ad arborem alligatus puerit : ex quo colligimus mepreri istins Kalendarii auctor, quovis die unum dumtaxat Sanctorum signant, et ei quo illo usus est ecclesiæ, solius Papæ præceptum tunc fuisse cultum, quoniam in Menologio justus Imperatoris Basili collecto non nisi nuda memoria martyrii huius reperiatur.

2. Hunc MS. Menorum membranaceum Parisiis repetimus in conuento S. Virginis Annuntiatae Patrum Preceptorium : in quo pro mense Martia pauca repriebantur integra nec incorrupta, et ex us quæ ad S. Papam Martyrem spectabant, decerpsumus historicam relationem : quam nobis inde Latinitate donatam, cum reliquis Odis (quod est alterum præceptum aliquando hoc die cultus argumentum) transmisit pro sua humanitate R. P. Frontinus Combebis : quæ omnia hic damus, ex usque scimus. S. Papam oriundulum fuisse ex urbe provincie Lycaonio Laranda, memorata a Ptolemaio lib. 3 cap. 6, in quo Neomeni sub initium seculi tertii Episcopum fuisse tradidit Eusebius lib. 3 cap. 19 sub finem. Secundo scimus S. Papam, imperante Maximiano, sub Magno Praeside decertasse et reliquias ejus sacras cum gaudio detinere a Selencensiis. Quæ omnia confirmantur in encomiis eiusdem S. Papæ, que xiv Septemboris referuntur : quo die in Menais ista habentur : S. Papas Martyr vixit sub Imperio Maximiani et Magno Praeside urbis Larandæ provinciæ Lycaonianæ. Genus martyrii ejus fuit varum : verbera impacta et genæ contusæ sunt, suspensus vero ferreis ungulis iaccutus est, et calceamentus ferreis clavis perforati

*durus
Laranda
Diocesaream
et Seleuciam:*

A foratis, ante currum incedere coactus, spiritum edit. *Eadem in MS. Syazarus Jan. indicato leguntur,* et ista adduntur: Coactus inter verbera ante equos currere, venit ex urbe Laranda in civitatem Diocesaream, et ex haec in Seleuciam, terrum nadidam reddens copioso sanguine, quem pretioso linteo abstergebat mulier quædam religiosa, cum illo per viam currentis. Tandem acquiescens flici alicui silvestri et instruendo, oratione ad Deum fusa spiritum redidit. Post mortem autem ejus sicut illa, ut dicitur, frugifera est facta. Haec ibi, ad quæ alludatur in hoc disticho in Menzis ad xiv Septembres proposita.

Ηδεντη πρὸς τὰ στύγωτα στίχοις Ηλασα,

Βαρβόν ιψης τὸν θεὸν αυτερέπειον.

Non sustinebat ad plagas gemere, Deum

Tam sibi propinquum habens in auxilium Papas.

B 3 Ceterum inter urbes plures, Diocesaream et Seleuciam, illa hic accipiens, quæ minus a Laranda et inter sece distant. Est autem Laranda in confinio Ciliciae ad Taurum montem; et in eisdem Ciliciae parte, quæ alius Isauria dicitur, est illa Archiepiscopalis Seleucia, cognomento Aspera, et sub ea Diocesarea urbs Episcopalis. Atque ita civitas Seleucia potest reliquias hujus Martyris ussecuta fuisse, et sequentem hymnum hujus in novum odas rite partes distinctum, ornando illius officio composuisse, quæ sic habent.

HYMNUS EX MENAEIS MSS.

Hymnus de eodem.

ODE I **P**num Regia Christi militem, qui vivifice Cruci gladio, virtutem inimici debellavit, Papam Martynum invictum, Angelorum concivem, hominumque mediatorem, fideles celebremus. Hæreditatem nullis anxiis laboribus, laborans acquisisti, sanguinis effusione, corda fidelium copiose irrigasti, Papa sapiens. Athletarum decus, Lycaonite gloria, ac ferventissime coelentum te Patrone. Martyr fortissime, verberatus fustibus, horrende abrasus, clavis aenatis calceis confixus, per longa locorum spatia fatigatus letalibus, quousque divinam requieam ingressus fusti, agone tuo consummato.

One in Divinis laudibus tuam sacram, o Martyr egregie, memoriam prosequimor. Tu etenim verus Christi Martyr existis, qui dira tormenta, cruciatuſ atque mortem, qua vita Divina comparatur, fortimmo tolerasti. Codorum regnum modico Martyrii sanguino, et exportem laboris hereditatem, exiguis laboribus aepnidivisti: quapropter in unum omnes hodie congregati, Beatum te magna voce praedicamus. Naufragantem videns Deorum superstitione, voluti procerula inundum, clavo cruce, vixor inclyte, fortissime gubernans, ad tranquilla perduxisti litora, merces animae servans incolumes.

C **O**DE II In Divina patientia petra stans, immotus pedes permanasti, omnes minicorum machinas, o gloriose subvertisti, gressus ipsorum inhibens. Stabas o Beatissime, coram judicium tribunalibus Christum praedicans: inter quo verbera gaudebas, carnis tuae vulneribus, daemones, o sapiens Papa vulnerans. Verberibus instar confertim in te decidentibus, more curris, inconcessus peromisisti. Papa Martyr, erroris mutationem Sanctissimum Trinitatis gratia dissolvens.

ODE IV Facie tua, Papa Beatissime, pluribus percussa colaphis, quasi pretiosissimus exornata certa-

minum trophæis, hostium incorporeorum ora reperi- **D** cutiebat. Illesam inter plagas mentem conservasti: fustibus enim inimici te, gloriose vixor, crudeliter affec- runt, immotum pepitus, nullisque contumelias o Beatissime, superatum. Impressa carni tuae verbera, inimicis tuis verbera facta sunt: vulnera tua atque cicatrices dæmones pupugerunt, cunctisque te coletibus divinam. Papa, medicinam præbue- runt.

ODE V Robore Dei Papa confirmatus, suspensus, radulas perferens, dæmones cruciatuum auctores, radulas generosissime, ipse cruciabas. Mentis aciem ad universorum Regem, Christi Martyr, erigens, distento corpore omnino non vicebaris, sed ut columnæ immobiles, tormenta sustinebas. Mortem vite præstalisti, superadditis laboribus delectatus: vitamque futuram, victoriis clarissime Papa conse- cutus.

E ODE VI Patientia fideque munitus, improbi spicula retulisti, fortitudinis tuae gladiis ipsum enecasti, et victorie diadema, Beatissime, reportasti. Papa pie, super terram sancte conversans, quasi lapis effectus es: qui dæmonum idola destruxisti, omnia erroris inimimenta dissipasti. Quasi splendor solis, tui memoria, Martyr eximie, resulget, ac mundi fines illustrat. Tu enim, vixor fortissime, ad purissimum ipsum lumen proprius accedens, ipse lumen existis. Sursus elatus, fustibusque contractus, carnis tuae vulnera, velut alio paciente, vir inclyte, sus- tinxisti: arborem diu jam aridam, illi alligatus, fructiferam effecisti: postquam igitur e terra ad astræ consondisti, precare, clarissime Papa, ut eam- dum tecum misericordiam consequan- tur.

ODE VII Impudenti sermone deniens Tyrannus, te pinni ac sapientem, ut idolis immolares impellebat: Sed ipse pura Deo victimæ factus es. Inimici torturas evertisti, recte incedens, ferroque compeditus, et excubis, tamquam justificationum Christi custos, Martyr Papa custoditus. Post mille verbera, plantas tuis clavis perforatus, vivificas martyrii vias, Papa, pertransisti, inimici tela confringens.

ODE VIII Deum vivum prædicans, enimque veneratus, qui malo auctore passione sua inimicum sustinuit, deos mortuos, o sapiens, non alorasti: propre- te mortuum, qui sedus est immortalis, ad seles trans- tulit immortales. Ad necem spontaneam, o Martyr, abductus, venerando tuos, ac beatos peiles, clavis confixos habuisti, dum clamares: Illustratione tua fretus, Jesu mihi, in via testimoniorum tuorum delectabor. Latam spernens viam, omnes pestilentis ini- micis vias coarctasti, solasque duecentes in cœlum se- mitas omnibus complanans, dominum ejusque opera voceferando, laudibus extulisti.

F ODE IX Impletum in te visum est mirabile prodigiunum. Ficus enim arida, fructifera statim effecta est, te scilicet, o admirande, in ea ligato, beatumque tuum spiritum in manus Dei reponente. Carnis tuae verbera alacri animo suscepisti, magna pertransiens itinera: et corpore strenue solutus, incorporeis conjugatus es, Papa vixor inclyte, de coelentum te salvo posthac incessanter sollicitus. Reliquiarum tuarum pulvis, o Sapiens, morbos hominum, demonumque phalanges dissipat: sancta tui memoria, veram sanctificationem copiose effundens, animas sanctificat.

DE S. EUPHRASIA MARTYRE

XVI MARY.

Menologium MS. jussu Bositi Porphyrogeniti Imperatoris collectum ista conjuncta habet: "Αθηναῖς τεῦ χρίσιον μάρτυρος Πέπλω, καὶ τῇ ἄγιοι μάρτυρος Εὐφρασίας. Certamen sancti Martyris Papae et sancte Martyris Euphrasie. In Menis MSS. librioteca Ambrosiane, signatis littera O et numero 148, relato eucosmo S. Pape, ista adduntur: Certamen sancte Martyris Euphrasie et sanctorum Martyrum Romani et Menigni Parii passo-ruin. Verum S. Romanus passus est Cæsaræ in Pa-lestina, et S. Menignus Parit in Helleponio. Interim ordine inverso legitur in Menis MSS. Pariensibus con-ventus Virginis Annuntiatæ Patrum Prædicatorum hoc modo: Parii certamen S. Euphrasiae Martyris, et SS.

Romani et Menigni, Martyrum nisi ista a translatore sint inversa. Reliqua nos latent. Reservatur in Martyrolo-gio S. Hieronymi S. Euphrasia cum virginis sociis Nicome-dia xiii Martii passa, ac primo loco reliquias præpon-tur. Est in Menis ad xx Martii S. Euphrasia cum aliis summis Amisi in Paphlagonia passa, ac tertia inter illos collatur. Hinc est a nobis memorata xix Januarii S. Euphrasia Virgo et Martyr Nicomedensis, cuius Acta dedimus ex Menis et Nicoplii histo-ria: sed an illa hoc die in dictis ianu Menis et Meno-logio reseratur, non facile resolvitur. Agitur in memo-rato Menologio ad xix Januarii de ultima Euphrasia sub Maximiliano Imperatore capite plexa apud Ughel-lum tomo 6 Italice sacre,

DE S. AGAPITO EPISCOPO RAVENNÆ IN ITALIA.

B

Primos undevim Episcopos suos Sanctorum ad-scriptos fastis Ecclesie Ravennæ colit; omnes, ut popularis habet traditio, divino Spiritu Suncti, in columba forma supra eligendum op-parentis, indicio designatos; omnes in abside Ursuina-sulis, que urbi Cathedralis est, expressus tessellato opere sane antiqui, et coloribus adumbratis in alia D. Thedori seu Spiritus sancti antiquiori basilica, sed opere recentiori, prout nos ihude coram asperimus. Et in hac quidem etiam cathedralm retinissimum videntur, ex qua primaria recens consecrati dicuntur ad populum habuisse sermonem: quo monstrabatur ibidem per aper-tum supra chorum cincamerationem fenestella, ea in loco per quem creditur visibiliter descendere solitus Spiritus sanctus; aliusque in angulo ad portuam locis, in quo dis-cebat S. Severus constitisse, quando tertorio oppre-relieto, huc venit, spectatus quem consueto prodigio Deus designaret Episcopum, et ad voluntatem ad se columbam non minori sua quam populi admiratione excepit.

2 Hujus S. Severi Vitam dedimus ad Februoru-dum, et Commentarii prævii § 2 clare ostendimus, ut huius ratione, qua minus anno CCCXLVI, Constantiu-tum et Constantem in AA Cors. sicut in Vita traditum, electus esse teneatur: eademque occasione insinuovimus longe esse verosimilis, quod Romana Synodus sub Julio Popa, cui S. Agapitum Ravennatum Episcopum

constat interfuisse, habita sit anno CCCXXXVII, decennio ante Sariceensem, ad quam prædictus Severus accesserit non possumus attingi sur Anna, ut vult Rubrus; sed primo a sua electione, et ad annum cucitor CCCXC superantes. Addidimus etiam non propterea everti Episco-porum Ravennatum seruum, qualis Musico exprimitur, in qua post S. Liberium, xxx die Decembri coledum, S. Agapitum xviii Kalendas Aprilis defunctus, post Agapitum S. Marcellinus collectur, in Nonis Octobri commemorandus, Marcellinum vero Severus ex-cepit.

3 Nos sane antiquar. isti picturæ multum deferimus et quādū potius nulla supponit monumenta, ex quibus in eum rectum ritum aliquod irrēpisse ostendatur, ei-dem standum esse evasimus; quādū propter S. Marcellinum Episcopatum esset ad panes menses contrahendus: nam quod ut Rubeus satis diu in episcopatu-vixisse nullus antiquioris auctoris testimonio probat. Sed neque in tam arctum cogendum est sputium: cur enim non potuerit Ravennatum resistere Ecclesiam quinquennio, sexennio vel septenario intygro¹ et aliui Pro-venienti Synodo Rome post Aga. i tempore et omnium CCCXL habita interfuisse: si tamen id opus fuit. neque

Martin. T. II.

CIRCA AN.
CCCXL
XVI MARY.
Primo IX
Episc. Rav.
sancti,

hunc ultimi
Agapitum
Marcellinus,
Severus,

a Rubeo
corvus et
gravis
audictus
Agapitum

entum habemus unde id affirmemus, vel negemus, nullus Concilii Actis extantibus. His autem positis, nulla nos necessitas cugit, vel cum Rubeo duos Agapitos statuere, quorun unius fuerit S. Marcellini decessor, alter suc-cessor S. Severi, quem puto in Musivo Cathedralis quæ non inventi; aut cum Ughello tres, quorum secundus inter Marcellinum et Severum medius sedetur, tertius ultimo fuerit ecclesiæ iudicio ad Episcopatum electus, quod a Rubeo gratis ille accepit.

4 Scimus Rubem in suo Episcoporum Ravennatum catalogo Marcellino unius dare Episcopatus adminis-trati L. Agapito XXXVI; nunc consequens foret, S. Se-veri initio ad unum CCCXI postto, Marcellinum quidam anno CCCXI sedere copisse, Agapitum vero CCCX, atque adeo nulli Romano Concilium intrisuisse; nedum ei, quod anno CCCXXVII celebratum esse diximus, et Rubus post Sardicenæ reieciere valut ad annum scilicet CCCXLVII: sed quanlibet non exprimat unde isto Episcoporum Ravennatum annos accepterint ipse, aut qui ei materialium preparavit Joannes Petrus Ferretus, anno maxima Episcopus Lavellensis in Apulia creatus, nihil ei tenebimus respondere. Neque si catalogum aliquem tribus quatuor seculis antiquiorrem, quartam haec tenus citavit nemo, forte aliquis preferret, propterea ei circa tempora tam antiqua crederebimus, ejusnumli numeros ex arbitrii conjectura affectus non fuisse. Et sone non minus epistoli catalogus si proficeretur, adversatur Rubo, alterum Agapitum communiscenti, quoniam eidem pariter utque Ughello repugnant antiquiora Ecclesie Cathedralis musiva. Quid autem si primus istorum numerorum auctor quinque scripserit, idque alii postea in quinquaquo mutarint?

5 Ex Rubeo porro desumptæ sunt lectiones, quas no-bis Ravennæ existentibus de mandato Illustrissimi Fr. chirurgi, studiis nostris miri facientes, exhibebit admodum Reverendus Dominus Joannes Carolus Paschalis; cum aliis ex archivio depromptis Sanctorum Ravenna-tum monumentis: sed ex eum needum essent a sacra rituua Congregatione approbatur, ex episodi Archi-episcopi et Capituli mandato etiamque nunc, ut historiæ rei perissimum, a modum Reverendus Dominus Hieronymus de Fabris, cum de Antiquitatibus Ravennatis librum vulgasset, jussus est manus accuratori studio componere lectiones, quas nuper predicta Congregatio approbavit publice in Officio dirimo recitandis, ipsique nobis a preso recentes et notis quibusdam suis illustratos submissi in hunc sensum.

6 Agapitus natione Grecus post Liberium ejus nomini primum, signo columbe colitus Misere Ravennatum Episcopus est creatus: ejus tempore be-
<sup>aliter nunt
aprobato
de S. Agapito</sup>

84 tas

Ata: Virginis in Cosmedin et D. Theodori, quod postea Spiritus sancti appellatum est, templo constructa sunt. Simplicitate ac pietate fuit plane admirabilis; cumque annos sex et viginti Ravennati Sedi sanctissime praeiussuet, ad coelestia premia vocatus in Domino obdormivit decimo septimo Kalendas Aprilis, anno post Christum natum ducentesimo trigesimum secundum. Cuius corpus in D. Probi basilica juxta Clensem sepultum fuit: atque inde in Metropolitana adem translatum sub arca maxima honorifice conditum conservatur.

*circa annum
mortis
corrigenda.*

7 Haec ille et ex illius iudicio Ravennatum Ecclesie: a quo subservente, constituta per Rubrum in chronotaxi contra propriam suam openorem, amice reverenterque receditina saltem quoniam annum mortis, donec argumentis validioribus, quam quae sunt a nobis confutata, alter edoccamur. Nostrum autem opinionem non ignoravit Joannes Petrus Ferrarius, qui cum in catalogo Episcoporum a se conscripto in hunc modum, sed admundum confuse, Rubro prelubet his verbis: sepultus etiam fuit cum Prædecessoribus suis tempore I. Septimi Severi Perlinacis Augusti et Antonini Caeciliacis, sedente in Romana Sede Calixto et Urbano

anno salutis ccxxx: certiore doctrinam sic proposuit. Quidam autem asserere nituntur, imperantibus Constantino et Constante Augustis, anno ccxli Agapitum sub Julio et Romano Episcopo fuisse, et in Romana Synodo cum aliis Orthodoxis convenisse.

8 Notandum autem Philippum Ferrarium ad hunc dirm in Catalogo Sanctorum Italiz citare antiquas Ecclesiaz Ravennatis Lectiones, quas satis constat nullas unquam fuisse: nam quos nos istic descripsisse duimus et ipse potuit, eis nec antiquae sunt, nec in usum fuerunt inductæ ecclesiasticum. Cardinalis Baronius in Fastos Romanæ Ecclesie S. Agypiti nomen retulit cum titulo Episcopi et Confessoris: in quo secutus v. detur Florentini Martyrologi, anno ccclxxxvi excusi, oculuritatem: ante illud vero impressum ejusdem cum iisdem titulis nomen insertum fuit duplice Martyrologio MS. altero Bibliotheca Medicæ ad S. Laurentium, altero Caroli Stræzi, Senatoris Florentini, et additur utroque: qui nonnus revit et floruit post Apollinarem, quod in solim S. Libri successorem, Marcellini prædecessorem eadit, iusta serim in picturis Ravennensium ecclesiasticum expressum.

*Memoria in
Martyrol.*

B

DE S. COLUMBA VIRG. ET MART. IN ANGLIA.

E

xxii Mart.

*S. Columba,
Virgo et
Martyr, alla
Senonesis*

*alia
Cordubensis,*

*alia Briton-
ica,*

*a qua appud
Cornwallum
appellatur,*

Tres sunt hujus nominis Virgines et Martyres, quorum primaria est Senonesis in Gallia sub Aurielium Imperatore pro fide Christi, igne superato, cæsa gladio die xxxi Decembris, cuius plurima Acta et manu exarbita typis cusa habemus, et ipsi apud Senonas in propria illi dicata ecclesia sacros ejus reliquias veneratissimum. Hujus S. Columba tanta per orbem in Ecclesia celebrata fuit, ut aliarum duriorum ridentur memoriam absorbuisse. Hoc obseruat Imbensius Morales in Notis ad librum in Memorialis Sanctorum editum u. S. Eulogio Archiepiscopi Tolestanori Martire, qui capite x proponit martyrium S. Columbae Virginis Cordubæ in Hispania sub Saracenis passum. Anno decucu, sive anno Christi decucu die xxv Septembris. In rufis lucis, quod hujus Fita et passio incognita foret, deplorat Morales ubi ipsius Hispanis assumptam fuisse veneracionem S. Columbae Virginis et Martyris Senonesis. Est prius illa sopita, et ultraque fastis Martyrologi Romani inscripta.

2 Tertium proponit Angli, et potissimum Cornwallia, ultima in Dumnoniis præuenientia, Britannice Kernew dicta, quod quasi cornibus, que Britanni Kerne appellant, undequinque in mare excurrent. Adiit Cumbrensis Saxones Britunnæ demotores exotica omnia et peregrini appellasse Welsh, atque ita hujus provincie incolas Cornwales nuncupasse. In hac Cornwalle, que etiam recentioribus Cornubia Latine dicitur, est oppidum mervatorium S. Columbae nomine etiamnum vocatum in Hundreda sive territorio Padero, quod ait Cambrensis memoria S. Columbae Virginis et Martyris consecratum ut certo ex ejus Vita se edocula esse usserit. Hanc Fitam non potuimus haecne assequi, ex qua licet tempus et genus Martyri cognoscere. In Tabulis Speci Geographicis Angliae etiam proponuntur eadem S. Columbae, sed absque ulteriore explicatione.

3 In posteriore editione Martyrologii Anglicani, citatis Cambdeno et Spedo, ac Catalogo Sanctorum Britannicæ, ad xvi Martii illud elogium profertur: Eodem die in Cornwallia Commemoratio S. Columbae Virginis ac Martyris, quæ multus temporibus in illa provincia celebris fuit et sanctitate vita et miraculis patratis, ubi ad hoc usque tempus multa monumenta ejus nominis extant, quæ videri possunt. Hæc solum contingit haecne ubi nascere, et arbitramur, si hæc sancta Virgo et Martyr fuisse Columba aut Senonesis aut Cordubensis, id indicandum fuisse in Cambdeno: qui lectorem monet oppidum non appellari a S. Columba, sive Columbano, Abbe Scito, sive insula Hyensis, qui colitur ix Junii.

*colitur
16 Mart.*

4 Alfordus in Indice Sanctorum Anglie excuso ad entrem tenui in Annalium Historiarum Angliae istu habet: Columba Virgo et Martyr e sedibus S. Ursulae mille Virginibus, ut narrat Usuardus. Exstat ecclesia in Cornubia S. Columba nuncupata, quæ Virgo et Martyr perhibetur, cur non ab hac Virginæ Iesu meminit nostrum Martyrologium ad xvi Martii. Agit Alfordus de Virginibus Ursulanis od annum ccclxi et num. xxv recenset aciem illum sacram in duas, Centuriones et Chiliarchas distinctam citatis veribus Usuardi, sed quis illæ auctor? In Martyrologio Usuardi nulla horum Virginum mentio fit. Sunt illa, quæ profervuntur excepta ex libro 2 Revelationum, quæ B. Hermannus Steinfeliensis attribuntur ab Hermanno Crombrachio, et capite xiv SS. Columba et Cordula dicuntur filiae Regis Aviti et Columba wille Virginibus principesse. Sed quidni hoc indicat Cumbrensis, qui Vitam illius se legisse indicat. Hunc qui in lucem profret, rei veritatem edocere poterit. Ceterum ad xxi Octobris poterit hæc questio iterum resumit, cum de Ursulanis agetur.

DE SANCTIS MARTYRIBUS
VALENTINO EPISC. TARRACINENSI, ET DAMIANO EJUS
DIAONO, IN TEATINA APRUTII DITIONE.

CIRCA AN.
CCCLII
XXV MAR.

S. Valentinus
Episc.
Tarracinenus

colitur
16 Mart.

Acta
martyrii :

charaktere
Longobardico
exarata,

in 9 Lectiones
deposita

ad aliis lau-
daria,

Tarracina, oitis Terracina et Terrecina, in antiqua Latini littoralis parte, quæ hoc tempore Campania Romana appellatur, urbs Episcopalis, gloratur Sedem suam a S. Petro Apostolo erectum, ubi coque ordinatum sibi Episcopum S. Eparphoditum. At qui huic proximis seculis successerunt, lotent, exceptis Satino, qui anno ccxxii interfuit Concilio Romano, et Felice, qui tempore Damasi Papæ circa annum ccclxx virid : inter quos doqs ridentur constitundi Avitus et huc substitutus S. Valentinus, qui cum Diacono suo S. Damiano apud Prilignos in dierno Aprutto riteriore gloriose martyriavotum finivit : et ibidem inter Teuten et Sulmonem quiescit in oppido, olim Castro-Petræ appellato, nunc vero a suo Patrono numen S. Valentini sortito. His Martyres ex monumentis Ecclesiæ Teatinae inscripsit Catalogo generali Ferrarius primo loco ad diem xvi Martii his verbis : In territorio Teatino sanctorum Martyrum Valentini Episcopi et Damiani Diaconi Tarracensium.

2 Acta martyri horum Sanctorum extare manu exarata, in dicto pago S. Valentini, suggestis in Notationibus memoribus Ferrarinis : quæ ut obtineremus, litteris missis Traten, rogamus Reverendum Patrem Rectorem collegii nostre Soc etatis, ut illa nobis procurare dignaretur. Adhibuit ix omnem industria, ut desiderio nostro satificearet : at cum vaderet suum studium frustra consumi, imploravit Archiepiscopi Tratini operam : cuius jussu municeps S. Valentini libellum dicto Rectori deseruit : in quo istarum Sanctorum martyrum ex Longobardorum chirographo, quo primum fuit expressum, vulgari characteri fidelissime restitutum fuisse testatur memorosus Rector, R. P. Marcus Antonius Rura, in epistola cum pretiis monumentis xvii Septembribus anno MDLXV misso. Archiepiscopus Tratinus, cuius benevolentia plurimum delemus, fuit Modestus Gavazius, ante Ordinis Conventualium S. Francisci, Sacra Theologia Magister, et sui Ordinis Generalis Procurator, et Socii Officii in Urbe Consultor, ab Alexandro VII ad hanc Archiepiscopalem Sedem anno MDCLVI promotus.

3 Acta hinc sunt in novem lectiones disposita, solebantque o Presbyteris dicta S. Valentini Ecclesiæ ad Officium Matutinum reverenti, quæ, ut sub firm additur, Sebastianus Venturinus Veronensis, Canonicus in Terra Laureti fideliter anno MDLVI scripsit, aut potius ex charaktere Longobardico ad commodiorem usum transcriptis. Eudem Acta habuit Lucius Comavru Tratinus et latus in Teatæ antiquo pag. 61 et 69 pag. 70 allegat uncturitatem et nomen Iohannis Baptista Mari, quem nobis Romæ amicissimum reperimus, at robustior illi defuit valetudo cum longiore vita, ut quæ voto concepserat, potuisse in publicum preferre.

ACTA MARTYRII
Ex MS. Lectionario Ecclesiæ S. Valentini.

CAPUT I.

S. Valentini educatio et Episcopatus. S. Damiani adoptatio et Discensus. Persecutio Juliani apostatæ; horum coptitas.

Temporibus a Magni Constantini piissimi Imperatoris erat quidam vir in civitate Terecina, Clarus nomine, nobilis prospæcia, sed nobilior moribus, Christianus et timens Deum: juxta siquidem præsumum suum nominis pollens in servitio Domini nocte

ac die, præclarus et laudans ab omnibus laudabatur. EX MSS.
el matre
Flavia, Hic accepit uxorem ex nobilissimis primatibus ejus civitatis, nomine Flaviam ex Christianis parentibus ortam, Christianissimam ac satis religiosam. Comorantes denique simul parvo tempore, Divina favente clementia duos filios et unam filiam genuerunt : unum Valentinnum, alterum b Sabricium, filiam vero Florentiam nunc pavere, gratias agentes Deo largitori omnium bonorum. Quinqueumq[ue] igitur transacto a tempore nativitatis, Valentinus et Sabricius liberalibus artibus a parentibus traditi sunt : Florentia vero cuidam viro nobili est sociata. Post non multum vero tempus Clarus, et Flavia dormitionem accepere in Domino, filios bone incolis superstites relinquentes. Igitur post mortem parentum Sabricius domum suam revertens, curam gerebat de omnibus bonis paternis, Valentinus vero numquam ab ecclesia recedens, in lege Domini die ac nocte meditabatur : et ut prudentissima apis flores sacra rum Scripturarum sine intermissione carpere non cessabat. Videns autem Praeses ejusdem civitatis, Avitus nomine, prudenteriam sancti juvenis, nolentem et invitum sacris eum Ordinibus sublinavat : sperans eum post suum decesum (sicut Deo auctore postea factum est) superstitem fore. Denique postquam summis Ordinibus sanctus vir est promotus, Edun se in campo sancte Ecclesie ingerens, castitati, humilitati, ac ceteris virutibus erupit operam dare : et si quid forte ex suo labore vel aliunde latere poterat, pauperibus erogabat nihilque de crastino cogitans, irreprehensibilem secundum Apostolum, duebat vitam.

Factum est autem, ut sanctissimus Avitus Episcopus migraret ad Dominum, et Ecclesia Terecina, proprio Pastore orbata, velut navis in pelago, tempestatibus quassaretur. Fideles Christicole ab impiis civilibus durissime convitabantr. Omnis deinde fidelis populus ejusdem civitatis ad ecclesiam confundens, Pastorem sibi Valentinnum fieri optabat : sanctum, justum, et dignum eum esse clamabant : voce una omnes extollebant ad eum. Tandem eum supuentem et eccestantem, invitom et nolentem, cum magna violentia Episcopali throno sublinavant. F Videlis sanctus vir voluntati Dei se contra non posse, accipiens regiminis curam, perrexit ad Montem c. Soracten, ubi sanctissimus Silvester, Urbis Romæ Episcopus persecutione Constantini Imperatoris latitabat ; atque ab eodem sanctissimo Praesule satis honorifice fuit receptus, et consecratus : versusque est ad civitatem Tarracensem, ubi eum ingenti honore, ac lastitia virorum ac mulierum a Claro et universo populo est receptus.

Postquam igitur arcem Episcopatus S. Valentini ascendit, de virtute in virtutem proficer coepit : curam agens de egenis, viduis et orphanis : ac necessitatibus habentibus quidquid latere poterat erogabat. a S. Silvestro
concesserat : Erat interea quedam vidua in civitate Terecina, Prae nomine, quæ habebat unicum filium, nomine Damianum, et non erantearia, unde cum unico filio aleteretur. Hic accessit ad pedes almissæ Praesulie Valentini, rogans eum, ut sua inopiae subveniret : quatenus ipsa vivere, et suam prole posset nutrire. Motus itaque piissimus Pater precibus pauperrimæ mulieris, accepit infantem in brachia suis, et amplectatus ac deosculatus est eum, atque in conspectu omnium, qui aderant, adoptavit sibi cum in illum. EX III
Preamys
deditus, S. Damianum
in illum
adoptat : Mulieri

A Mulieri vero quinquaginta aureos donavit, ut suam inde paupertatem relevaret : et sic gaudenter remisit mulierem ad propria puerum autem secum retinuit. Cepit itaque sanctissimus Praesul puerum diligentissime emutire et in Dei servitu studiosissime informare, imbuens eum Ecclesiastica doctrina juxta consuetudinem et ritum sanctorum Patrum. Postquam autem adolevit, a sanctissimo Patre et Antistite ad Diaconi gradum promotus, in doctrina Magistri sedulus mansit.

Florebat tunc temporis Ecclesia Dei vigore piissimi ac Christianissimi Imperatoris Constantini : qui nuper a beatissimo Pape Silvestro baptizatus, Christianos ubique Christum confiteri permittens, credentibus libertatem dedit, non credentibus vero servitutis pecuniam propinavit. Tanta enim serenitate illis diebus Eccle ia Dei iustrabatur, ut nullus gentilis publice auderet diis sacrificare, neque alicui Christiano injuriam irrogare. Ubique Dei tempora erigebantur : ubique Crux Christi vigebat. Fideles lactabantur, et infideles confundebantur ubique. Factum est autem post mortem secentissimi Imperatoris Constantini, ut Julianus apostata (qui erat Subdiaconus Sancte Romana Ecclesie, nutritus etiam et eruditus a Pigmatio Presbytero se ostendit Ecclesiasticum ritum) Christum negaret, et Ecclesiasticum doctrinam relinquere, atque imperialia sceptra obtineret, ex quod esset de stirpe et familia Caesarum prouerens. Hic constituit ex jure Romanas leges, ut Christiani ubique militarent, et auferrent a eos omnes facultates et possessiones, dicens Christum in Evangelio praecepisse : Qui non renuntiat omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus. Addidit autem ad confessionem Christianorum et ad sua damnationis cumulo, ut mitterentur leges et imperia per universum mundum, ut si quis non negasset et idolis non sacrificasset, statim puniretur. Misit autem diversos Ducees, Procuratores, Tribunos atque Comites per diversa regna ac loca, qui ab eo Christianos compellerent idolis sacrificare secundum imperiale praeceptum, dicas et aliud mandatum, ut quicunque Christum negaret, et idolis sacrificare voluisse, amplissimis donis ex imperiali aula datur; qui autem eorum nefandissimis jussis non obediissent, diversis puniis affecti capitali sententia punirentur.

B Accidit interea ex hac pestifera imperiali ordinatione, ut quidam nefandissimus Praefectus, nomine Andilianus, vomiret ampaniam ad extirpandos Christianos. Qui vomens in civitatem Terreinam cum magno exercitu, cepit Christianos requirere, ut eos compelleret ad sacrificandum idolis. Audientes autem haec turba virorum et mulierum Christianorum, confugere omnes ad sanctum Episcopum, et jactavero se ad pedes eius, clamantes et dicentes : Pater ameto, redime nos tuus sanctus precibus de potestate tyrannorum hujus, ne quando nimici nos doceviens gloriebatur de evilis Christi. Tunc B. Valentinus prorumpens in lacrymas, cepit eos blandi consolari, dicens : Fratres et filii mei, nolite timere machinae et insidias malignantium. Valet enim valida manus Domini, et hos depere et in terram prosternere, et servos suos liberare de omniibus periculis et iustus malignantium. Haec dicens sanctissimus Praesul cum magna festinatione agens sacra Missarum sboniam, tradit omnipotens abutitum Corpus et Sanguinem Domini, et dans omnibus ultimum pacis osculum, commendavit eas Christo. Cum autem haec agerentur, quidam nefandissimus Ursacius et Hirrenens accesserunt ad Praefectum et dixeront ei : Illustrissime virorum Domine Praefecto, est quidam nunguis, nomine Valentinus, in hac civitate, qui contra Deos et contra Imperatores agens, non cessat quotidie,

nescimus quem Christum praedicare, templa deorum subverttere, et omnes quos valet subtrahere a cultura deorum. Audiens haec impissimus Praefectus ira commotus praecepit suis milibus, ut cum magna verecundia expulsus de ecclesia, traheretur ad ejus consistorium. Milites vero perficientes ejus nefandissima jussa, venerunt ubi sanctissimus Praesul manebat, et cum magno furore illum trahentes, praesertim taverunt eum iniquissimo Praefecto. Damianus autem flens et ejulans amarissime, sequebatur eum usque ad consistorium Praefecti.

u Imperiorum Constantinus Magnus a 25 Iuli anni 306, usque ad annum 337, quo mortuus est ipso Pentecostes Festa. — Subiectum legendum in margine notabatur, non Fabricium, ut scriptum erat. — Socrates mans Elazar Pontificis seu Pa-temonii S. Petri, nunc Mons S. Silvestri dicitur, quod ibi totuſe, credatur, ut hic dicitur. — d Ima Constantino Magno mortuo tres filii, dicto imperio, regnante, Constantinus, Constanus, et qui reliqua vel sunt, Monarcha. Superfuit Constantius, cui patruel suo successit anno 361 Julianus.

CAPUT II.

Tormenta his Sanctis inficta. Curatio et directio Angeli. Conversio multorum. Martyrium.

A undianus denique Praefectus intuens Valentinium Episcopum, interrogavit eum dicens : Tu es Valentinus sacrilegus, qui contra deos et contra Imperatores ogenus, destruis templa deorum, et omnes quos potes suadere, alienare facis ab eorum cultura? Sanctissimus Valentinus Episcopus respondit : Ego sum peccator Valentinus, non sacrilegus, ut tu dicas, sed Christianus; Episcopus, hec indignus : qui in quantum possum Ecclesiam Dei edificare non cesso. Homines vero, qui ad imaginem Dei facti sunt, semper suadeo, ut derelinquant culturam demoniorum, et ad culturam Christi Filii Dei studio illos revoare. Haec audiens nefandissimus Praefectus, exarsit ut ignis, et jussit ministris, ut tamdiu eum fustibus caserent, quo usque spiritum exhalareret. Tunc ministri corpore jussa perficerent, et extendentes eum in terra, tota virtute cingebant eum, intantum ut ossa et nervi ejus rumperentur. Beatus autem Valentinus vultu et mente hilaris persistens, dicebat : Gratias tibi ago, Domine Iesu Christe, que me interficeris tuos numerare dignatus es. Et haec dicens ministerorum brachia dissolverbantur. Damiani autem Diccionis cepit clamare et dicens : O filii diaconi, quis vos coarctat diabolus in sanctum Dei Præsulem ista mala exercere? Audiens haec Praefectus, jussit ut et istum diutissime caserent. Quid com factum esset, praecepit ut ambo mitterentur in carcere, et per totum carcere fragmenta testarum sternerentur, ut vel sic cruciati Christum negarent. Intrantes autem carcere sancti Martires, voce clara psallebant : Anima nostra sicut passa crepta est de luquo venientiam : laqueus contritus est, et liberari sumus. Adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit celum et terram. Ministri vero constringentes eatus manus et pedes ac colla eorum, diligentissime clauserunt carcere, atque in intratu ipsum carcere se locaverunt per totam noctem. Circa medium vero noctem venit Angelus Domini, et stetit juxta Martires, et ait ad eos : Nohte, fortissimi Athletæ Dei, formidare poenas iniquissimi tyranni, quæ ad modicum valent: quia preparavit Deus vobis quietem et lucem aeternam, atque immortales coronas de manu Domini accepisti, si usque ad finem in filio nominis ejus perseveraveratis. Haec eo dicens tanta lux obombravit carcere, ut custodes, qui ante januam carcere jacabant, putarent se ictu fulgoris interire. Protinus vero consolidata sunt ossa eorum, et omnia membra eorum sanitati sunt redonata. Catenæ autem

lxx. vi

*Coram Preside
item profite-
tur :*

direverberatur

uice s.

Damianus.

Ps. 123, 7

includitur

carceri,

*ab Angelo
iuncti,*

*catena in
pulcro
redacta,*

autem

*Ex MSS.
curat Instrut,*

*Diaconum
ordinali :*

leg. IV

*Imperante
Juliano
apostola,*

Luc. 14, 33

*ob motum in
christianos
persecutionem,*

leg. V

*subditos a t
se confugientes
pote solvatur,*

A autem, quæ erant circa colla et manus ac pedes sanctorum Martyrum, redactæ sunt in pulverem.

Angelus autem Domini dixit ad sanctos Martyres: Oportet vos alio civitatibus predicare verbum Dei: etenim prædestinavit vos omnipotens Deus alii locis, ut passio vestra non sit infructuosa. Hæc diceunt sancto Angelico copit eosducere foras civitatem Terracinae: et eoperunt Sancti ire ducatu Angelico. Post tertium vero diem venerunt in Comitatu a Valuensi, et applicerunt civitatem b Corfiniam, in quam ingressi, quædam religiosa vidua, nomine Hirone, honorib[re] suscepit eos. Huic autem erat filia, quæ sanguinis fluxum patiebatur per annos septem, et omnem substantiam suam jam spenderat in medicis: sed nihil ei valere poterat. Hæc accessit ad Sanctos Dei Valentini et Damiani, et osculabatur pedes eorum dicens: Misericordia mei Sancti Dei, et liberate me ancillam vestram a languore, quo sum detenta. Beatus autem Valentinus faciens signum Crucis super eam, dixit: Salve esto mulier ex hac hora. Satim vero salva facta est mulier a sua infirmitate. Tunc mulier illa videns se esse sanam, egressa cœpit dicere omnibus: Venite, et videat deos latentes in effigie hominum. Denique eoperunt omnes hinc inde

B currere, et quotquot habebant languidos ante pedes sanctissimi ponere Valentini. Beatus autem Valentinus faciens signum Crucis curabat omnes. Tunc baptizati sunt in civitate Corfinia a sanctissimo Episcopo quatuor milia homines extra parvulos et mulieres per septem dies, quibus morati sunt Martyres in civitate Corfinia. Hæc audientes templorum Pontifices, comprehendenterunt Sanctos Dei Martires Valentini et Damianum, quos diutissime carentes ligaverunt funibus eorum colla, et traxerunt eos foras civitatem, et semivivos eos reliquerunt. Cumque jacerent foris muros civitatis, quasi mortui; ecce Angelus Domini stetit iuxta illos et confortans eos dixit: Nolite timere: surgite sani: atque properate: venite ad locum, quem Dominus vobis concessit. Surgentes autem Sancti, eoperunt iter agere cum magna fiducia.

F 42 Haec fuit vita atque conversatio sancti Abramiti; haec Deo acceptissima vita ipsius ratio; ista patientia ac tolerantia ejus certamina. Et sicut caprea ex laqueis, ita ille ex corruptibili ac mortali hac vita excessit: neque prorsus umquam cogitationem mente inquit suam, in hou proposito timentiam atque corroboratam, retrosum converti permisit. Atqui hi agones et sudeores Beati hujus viri fuerunt; quos quilibet hic nunc ita conscrispimus, ob consolationem atque devotionem omnium, qui vitam consequi aeternam volunt, ad laudem et gloriam Dei: a quo, cunctis affluenter quamcumque opportuna sunt atque utilia, suppeditantur. Reliquas porro virtutes ejus n alibi descripsimus.

G 43 Vixit quoque beata illa Maria, alijs annos quinque post mortem patrum sui: atque ita supra modum pie alacriterque residuum illud vita instituebat, ut dies noctesque integras non cessarit cum planetu ac lacrymis deprecari Deum: adeo ut etiam stepe per locum illum praeterentes, vocem ejuslatus ipsius audientes, commiseratione moti gratum sistarent, itetunque suum cum ejus flenti conjungerent, ac propria peccata deplangerent. Gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi: Cui gloria et potentia, nunc et semper et in aeterna secula seculum. Amen.

H In MSS. luteret eoque rebo absolvantur dux sequentes. In aliis videtur proferri. — In MSS. omnia: Graco xviiiij. ad typographicu modo ut impudicum, quod ipsi Vassus legolur cum seruente: sicutur et Graco restitutus. In proposito ne deprehenderetur: quod Vassus veterum, ne auctor videatur, et cum etiopico syllabatu idem, quod Franks supradicunt quas subprehendere. — c. Addit. MSS. Hoc autem non ob aliud est credendum, nisi quod locutae famuli tui avunculi ejus, hujuscemodi apud te inuidore locutus, ut ex impossibilitate possit facere dignareris. — d. Post sequentem memorem in MSS. his verbis absolvantur: O vere discrecio salutaris! e. Item totus reliquias parangraphus hoc modo in illi continetur. — Sanctorum Angelorum chorus super discretione Regi lupus miratus esse non dubito. quoniam indubitate curio perfectus, ut animam in timore dellam obstrueret. Venite, fratres, et adoramini super hoc imperium, ventre, expanso super hoc multitudinem sanctissimam viri, quoniam perfectus, soplens et discretio effectus est, ut ex ore draconis absorpionem animam ejeret. — f. In Graco simpliciter est uox doloris: terror ostendit ut mendax sit pro pro sit, sed, solus, sic inuiditas, iusti: quod magis mirandum de exercitu in congressu hominum evenerunt, nupse scandala obscuriora, quam quod simpliciter aliquis ex causa ad locum ab hominum frequenti cultum, quod veteres interpretes hoc intellexerunt, occurrerat. — g. Addit. MSS. quas qui patraretur osculari eam. — h. Reliquum huius parangraphi ut plenus est in MSS. Latinis: Noli diffidere, illa, de elemosia Domini, hie tua sint peccata velut montes: sed illis misericordia omnem supergeratur crationum. Sicut legitur accessu mulier immunda ad mundum, et non enim inquinavit, sed politus ipso ab eo inquindata est, lacrymos polles Domini lavit, et capillis extersit. Si potest favidia pelagus inflammatore, possunt et peccata tua ejus mandibula inquinare. Non est novum cadere in lacrimam. Sed matutum est lacrima defuncti levoces unde distuleris pedem. Te cadente risit innatus: sed fortorem te sentiat resurgentem folias, te obsecro filia, pro canice mea, et exurge sem ad celum locum inueni.

Huius

etiam
cura unum
gratia
donatur

Abramius
xvi. an. 70.
solitaria vita

felicitas
suo
agone
consummatu

E

uit et Maria
ann. 5
superstites
patruo;

uit et Maria
ann. 5
superstites
patruo;

Aius cedit, sic velocius per Dei adjutorium surgit; qui peccantes non vult mori, sed vivere. — *In MSS. Latina*: quia ex parte maligna acquisita sunt — *In MSS. Latina*: monstraretur. Ita siquidem in aie contra adversarium stetit, ut nequam se post fergum converteret. Sed neque in tribulationibus quas in vita perpessus est, neque in prælio contra phantasmata diabolorum animum suum relaxavit, vel in aliqua trepidavit: maximum autem atque admirabile certamen horum fuit, quod erga Mariam beatissimam gessit: quomodo per sapientiam spiritalem, prudentiam, in qua, et imperitiam, per indifferentiam, et incontinentiam de voragine iniquitatis eam abstraxit. O miraculum in ipsum culum Dravonis expressus est, ibique cum pedibus concavus, et ex medio dentum ejus escam eripuit. In agones etc. — *In MSS. Latina* in alio volumine: nihil tale nunc reperitur in iis que extant. *S. Ephremi Edessem operibus*: quod non est mirum, cum atus hic Ephrem sit ab auctore nostro. — *In Bursum additur in MSS. Hora autem illa*, quia sed ad Dominum migrare agnoscat, pene universa rivitas congregata est: et uniusquisque eorum omni cum devotione cashissimo ejus corpori appropinquans, benedictionem sibi ex vestimentis ejus diripiuit, et si quemcumque languorem id quod direptum fuerat contigisset, sincera dubitatione curabat. — *O Hoc quoque addendo in MSS. Hora autem dormitionis ejus*, quia ex hac vita assumpta est, omnes qui videbant eam, properi splendorem cultus ejus, gloriam Domino retulerunt. Utroque haec addito in *Metaphrase* inventur.

EPILOGUS. Ex MS. et impressis.

Heu me, dilectissimi mei, quoniam hi quidem dormierunt, et ad Dominum cum omni fiducia pervenerunt: quorum mens nullis prouersus mundanis negotiis colligata est, sed soli divinae caritati: ego vero impromptus atque imparatus in ea veritate permansi. Et ecce comprehendit me hyemis infinita tempestas; et nndum me atque expoliatum bonis operibus inventiens, admiror in memetipso, carissimi, quomodo quotidie prætentiam ago. Per horam sedi, et per horam constructa subverto. Ad vesperum dico. Sequenti die prenito: mane autem facto elatus diem prætero. Rursus ad vesperum dico. Noctu vigi-

labo et cum lacrymis obsecrabo Deum ut pacatis, **D** meis propitiis fiat: cum autem nox advenerit, **AUCTORIS** somno potius satiabor. Ecce qui mecum accep- **EPHREMI** runt pecuniam, die ac nocte negotiari contendunt, **cum eurum** et laudem præconii consequantur, et decem civita- **feriore** **comparans**, **dictam** **implorat** **miserere** **diam**.

44 Miserere mei qui solus sine peccato es Deus, et salvum me fac, qui solus benignus et clemens es: quia præter te benedictum patrem, et unigenitum filium tuum, qui incarnatus est propter nos, et Spiritum sanctum, qui vivificat omnia, alium nescio, neque in alium credidi. Et nunc momento mei amator hominum et educ me de carcere iniquitatum meorum: quia utrumque tuum est Domine; et quando volunti me in hunc inundum intrare, et quando migrare me ex eo præcepere. Memorare mei indefensi, et salva me peccatorem gratia tua, quia mihi in hoc seculo opitulatio, refugium, et gloriatio recta est. Ipse me sub alas tuas in illa die horrenda atque terribili protegas: tu enim agnoscis, qui scrutator es renis et cordis, quod multos pravitatum et scandalorum tramites declinavi. Pravitatem execror scandalorum, prudentiam pravitatis et hereticorum defensionem. Et hoc non ex me: sed ex gratia tua, per quam illuminata est mentis mea. Vide obsecro, Sancte Domine, salva me in regno tuo, et dignare mihi benedicere, cum omnibus qui plauerunt ante te: quoniam te decet gloria, adoratio, et magnificencia patrem filium et Spiritum sanctum in seculorum secula. Amen.

enquis auxilio
haceras
utrumque
debet navis
peccata.

E

DE S. COLLOQUILLO REGE APUD SENONES IN GALLIA.

XVI MART.

Nomen in
fastis:Senonibus
adseratur
reliquiae;

Multam improbus operam, ut in notitiam hujus Regis ejusque regni perveniremus: sed haec tenus irritus fuit noster conatus. De eo in *MS. Florario Sanctorum* et in *Auctario Usuordi per Hermanum Greven ista salutem leguntur*: Item Colloquilli Regis. *Celebremi* *venerationem* *habet in Ecclesia Cathedrale urbis Senonensis in Gallia*. *Unde ix Novemb. anni MDCLXV ultima nobis misit litteras Petrus Courier, Collegii Societatis nostra Rector, et quibus haec exerceo*: Sermones habui cum Domino Claudio Driot Canonicus, qui plura non novit de S. Colloquillo Rege, quam quæ scripsi ad Reverentiam Vestram, nimurum cum vocari Regem, et suis Albionis existinari: ejus reliquias notabiles in templo S. Stephani Cathedrali servari, et ut putatur, totum corpus: ejusmodi autem reliquias nec miraculis nec peregrinatione celebres esse: chartas de

illis reliquiis, si quæ sint, asservari in quadam lipsanotheca, cuius clavum habet illustrissimum Archiepiscopus: a quo non speratur obtineri posse ut recludatur. Mittu' hic inclusam collectam, que in *Oratio* *festo* *recitari* solet, et habetur in novo Breviariorum Senonensi, quod etiam est anno MDCLXII. *Ipsa autem Oratio seu Collecta* *ejusmodi*: Propitiare, quoniam nunc Domine, nolis famulis tuis per injurias sancti Confessoris tui Colloquilli, qui in presenti requiescit ecclesia, merita gloriosa; ut ejus per intercessionem ab omnibus inimicis adversis. Per Dominum etc. In veteri Breviariorum prescribitur Officium ix Lectiuncula, sed usque ad ipsum Orationem omnia leguntur de Gau-manni Confessoris non Pontificis. *Dicitur xi Martii S. Constantini ex Rege Cornubiar monachum, sed Martyrem*. An ab illo nomen Colloquilli fuerit detinutum, quis audet divinare?

et officia
Exinde fasti-
ciuum.

DE S. FINIANO ABBATE SURDENSI IN IBERNIA.

CIRCA AN. DCX
VII. IN MS.
referita.

Colligentem Sanctorum Hibernorum Acta Colganum suum minime sefelli judicem, quod plurimus persuasus argumentis formavit de Vita hujus sanctissimi viri, histerorum monumentis consignata, idque ante annos multos: et etenim inventa ea a nostra Societatis hominibus in Hibernia fuit, atque ad nos per P. Henricum Fitzamon transmissa in codice chartaceo, non illo quidem admodum vetusto, sed quem ex aliis restusiori ante annos paulo plus centum transcriptum esse satis appareat: cuius ipso in exordio satis

manifestatur auctor Anglus fuisse, aliquis ex iis qui, post Insulam a sua nationis hominibus subjugatum Anglicorumque coronæ adjunctam, eadem ad reformanda Hibernie monasteria inducti, pro turbatissima, quam iste inventebant, religionis et discipline forma, abjectus de tota gente sentiebant: nam in Hibernia quidem natum Finianum fuisse, sed morum gentis penitus exportum praefatur.

2 Seculo igitur undecimo, quo magna passim armationis studio capuisse conquiri et ex Hibernica lingua scripta,

secundo

in

A in Latinam transferri Sanctorum monumenta diximus ad S. Kieranum Vitam v Martii : undecimo, inquam, seculo hunc quoque auctorem floruisse merito arbitramur. Et quidem majori quam alii passim felicitate prima illius ac genuina Acta, atque ab Antiquariorum Hibernicorum fragmentis satis munda, reperisse videtur quæ Sanctum hunc spectabant; ob iisque judicio majori arcuisse, quæ forte ex populorum incerta traditione, quod alii fecero liberalius, ius posterat insarcire: ut præ multis fidem mereatur styli alias simplicissimi candor, et suerincta brevitas etiam laudem.

Surdense,
monast.
a S. Columba
erectum,

3 I'xit autem S. Finianus, quem ex auctoribus Hibernicis Colganus passim Finanum nominal, temporibus S. Columba, ab eoque Surdene est monasterio praefectus: qua de causa a Colgano citata Hibernica guardans ipsius S. Columba Vita hujus illum discipulum dicit, Surdensis monasterii originem his serie expolnens verbis: Quadam die, cum S. Columba S. Comgellus et S. Cannochus in eo loco consedissent, in quo hodie Surdene jacet monasterium (id est quinto lapide Dublinia) S. Comgellus rogavit S. Columbam, ut dignaretur divina peragere mysteria, et Missæ sacrificium pro spirituali præsentium Consecratum consolatione et devotionis fomento celebrare. Anuit vir Dei: et dum sacro sanctam Domino offerret

commendatum
S. Finiano

B Ho-tiam, S. Cannochus vidit lucidam igneamque columnam a vertice S. Columba ad astra usque protusata, quod et S. Comgello mox intimavit. In illo postea loco S. Columba excitavit monasterium, quod hodie Surdum S. Columbae nunenpatur, eique unum e discipulis, Sanctum nempe Finianum, cognomento Lobhar, vice sua Abbatem præfecit, sacros que Codices manu propria scriptos ei reliquit.

leprosa :

4 Notat Colganus vocem Hibernicam lobhar, quavis proprie significet leprosum, eaque sensu ab omnibus Hibernicis scriptoribus tributatur S. Finianus; ita tamen etiam usurpari, ut denotet quaenamque gravi et dinterna corporis infirmitate, præsertim ulcerosa, pereuseum; alioquin enumerat quatuor sub isto cognomento relatos in Hibernicis Martyrologiis, ex quibus hujus quoque Sancti cultus probatur quatenus, in antiquo Sanctorum Hibernic catalogo (quem Jacobus Usserius luci datum in Britannicarum ecclesiistarum primordiis pag. 913 protulit) primi in secundo Sanctorum ordine sunt duo Finiani; et eis cum epithetu Præfulgiū meminit Festiologium S. Angussi, pluris nobis astutum quan cetera quæ cituntur, etsi omnia hartenus notis æque ignota et in tenebris latentes; propterea quod isto in apocriso anchor selegisse videatur eas, quibus Ecclesiasticus cultus signator deferrebat: ex pluribus quoque quæ conjunctim S. Finiano tribuntur locis, satis apparat, quad extra eum, in quo sepultus est, celebris etiam alibi veneratio ejus fuerit. Non licet vetustissimum Tamlaetense martyrologium solum habeat Finianum Lobhar de Suedo: Casselense tamen Kalendarium Cluain-mor Madoci in Lagenia, Iuis-fablein in Iucu Lenensi et Ardlumin addit; quod postremum in memoria esse dicit Cataldus Maguir, eadem loca numerans; Mariani autem Germani scholastes relatus prioribus istud omisit.

hujus cultus

C in variis locis.

An Episcopus
Lismorensis

corpus in
Cluain-mor

5 Quomodo ea loca viri mortuus sanctificaverit, explicaremus ad Actu, si talia in illis nomina repertur: nunc vel nulla apparent, vel alia. In medio ergo rem totam relinquimus: nam ab Actis ressecundum credidimus scholion, iisdem ab ipsis Codicis collectore attoratum, quo dicitur: Isote S. Finianus supradictus, Episcopus fuit Lismorensis, et jacet apud Ardfinnan: cuius festum agitur in vigilia S. Patricii. Fuit et alius S. Fobianus Abbas, qui upnd Molli-sontem dicilicetur esse sepultus, cuius festum colitur vni Ides Februario: quo die de ipso egimus; huc ipsa citantes, tanquam ex S. Finiani Episcopi Lismorensis Vita: quid harum Actorum soli titula et hinc scholio creditum, ex nullo autem ipsorum loca vel alio antiquiore scriptore

probatum, fatemur nunc nobis vir verisimile videri. Ac D ne de Ardfinain quidem, quad istic sepultus jocet hic cum S. on-Finianus, credimus: etsi aliquas ejus reliquias ei leco chuoni, non negemus. Nam S. Molingus opul Colganum, in quodam metrico opusculo de ecclesia Cluainmorensi Hiberniae composito, sic loquitur: Venerabiles sunt duo quorum quiescent corpora juxta Crucem ad Austrum: S. Onchuo, qui mundi fluentis non tenebatur affectu; et S. Finianus leprosus, operum bonorum strenuus operator. Agit de Onchione Porta hymnographo et studioso Reliquiarum tota insula colligendarum, quæ cum ipso omnes Cluainmorensia remanserint, ad 18 Febr. diem Colganus: nos vero eum maluimus dissimilanter prætermittere, quod nihil certi offerretur, unde, disfiniri posset, habueritne an non verum et publicum in Hibernensi Ecclesia cultum.

6 Quæ multa de S. Finiani stirpe ex genealogiarum Hibernicarum quisquiliis oporoate idem auctor colligit, malumus hic prætermittere, quem circa eam controvertenda, nullius certi monumenti prælucente lumine, per incertas conjecturas examinare. Sed omittere omnino non debimus, quæ de illius morte dedimus 31 Januarie in Vita S. Edam sine Maidoci, Episcopi Fernensis num. 39. Fuit quidam homo annis triginta infirmus in finibus Aquilonalium Lageniensium, nomine Finanus: hic in visione in festivitate S. Moedoc, vidit currum mirabilem de cœlo descendenter ad civitatem S. Moedoc Fearnæ, in quo erat senex Sanctus, pulcherrimus facie, in clericali habitu, et clarissima virgo palliata cum eo; et ipsi sibi invicem dabant honorem, quasi servus Domino. Ille vir interrogavit eos, qui essent? Respondit Clericus ei: Ista est beatissima virgo Brigida, Domina Hiberniae: ego autem sum servus Christi Moedoc. Festum jam meum crastina die celebratur, et festum hujus virginis beatissimæ post eras colitur: jam vero venimus, ut benedicamus loca nostra, et eos qui suis donis et oblationibus honorificant dicim exitus nostri. Tu vero lætus et paratus esto; quia crastina die migrabis ad cœlum. Surgens ille homo de extasi, ascendit cœlum, et exiit ad civitatem beatæ virginis Brigidiæ, nomine Killara, positam in campo Liffe in terra Lageniensium, narrans omnibus visionem suam. Et, sicut predictum est ei, die tertio feliciter post victimarii infirmitatis ad cœlum migravit.

7 Ex quibus consequens esse videtur, ut primo vel secundo Februario die mortuus S. Finianus dici ibeat: quia tamen omnia Martyrologia tam Hibernica quam Anglicana Withfordi, tres mortuos a S. Finiano suscitatos commemorans, ipsum habent ad hunc diem; merito Colganus arbitratur, ob incidentia primis Februario diebus S. Brigidiæ et Purificationis festa, ipsius solemnitatibus hoc translatum esse, quando reliquæ fortasse soleniente elevante, et publico cultui exposite sunt. Tempus quoque quo S. Finianus mortuus est, immo et S. Aidanus, certius ex hoc loco erinetur, quam vel iste fecimus ex Wareo, censente Aidanum anno DXXXII obiisse; vel hic cum Ketino hallucinatur Colganus, ad tempus Finactæ, cognomento Fleadhuigh, Hibernie Regis, qui ab anno DCLXXIV ad DCCXIII regnaverit, mortuus S. Finianus referens. Etenim si annis dumtaxat triginta infirmus fuerit, ulque decem aut pluribus annis antequam S. Columba anno DCCV vivis abrebet; (prout tempus contracte haud du post susceptum Episcopalem seu patens sacerdotalem Ordinem infirmitatis, et res postea gestar plano exigunt, quamvis Surdensi praefecturæ admotum eum quis dicere vellet circa extremas S. Columba annos) triginta, inquam, solis annis si infirmus fuit, mortuum eum esse oportet ante annum DCCVI: et aliquot annis prius Aidanum.

Genealogia
incerta:

mors in
Cluain-mor
revelante
S. Maidoco

initio
Februario
obita

principio
seculi vi.

A

VITA

Auctore Anonymo Anglo ex nostro MS. Hibernensi.

Fuit vir vita venerabilis, nomine Finianus, in Hibernia, quidem natus ac nutritus, sed gentis morum penitus expers; utpote divina gratia a tenera aetate perfectus: cuius sanctitatem et sinceram munditiam commendat etiam locus in quo natus est, quia in eo incolae loci illius testantur a nulla animalia obire, nulla parere posse. Qui cum crevisset, et puer esset factus, duxus est ad quemdam venerabilem virum, nomine **b** Brendanum, qui in brevi eum et seculares et divinas docuit litteras. Sufficienter igitur imbutus, accepta magistri sui licentia, cessit in **c** australes partes Hiberniae, quia de illis partibus erat mater ipsius, pervenitque ad quemdam Episcopum, nomine Fathlad, qui eum bonifice suscepit, et per aliquantum tempus visa ejus sanctitate et morum gravitate, divina gratia ut res fieret instigante, Episcopi eum sublimavit honore. Consecratus autem Episcopus, quantis virtutibus claruerit, quanta per eum Dominus miracula fecerit, non est meae facultatis edicere; B quippe Angelico colloquio et consolabatur et confortabatur.

2 Accidit autem ut die quadam Angelos audiret, quasi laudem et gloriam celebrantes et dicentes: Hi qui venerunt ex magna tribulatione et laverunt stolas suas in sanguine Agni. Unde nimio desiderio accensus, petivit a Domino, ut quoquo modo mereatur ad martyrii palmas attingere: promptus ad faciendum si adesset occasio, et esset qui faceret. Accidit ergo ut mulier quedam ad eum veniret, et portans puerum parvum et cæcum a nativitate et mutum, necon et leporum: qui pro eo preces fñlit ad Dominum, responsumque accepit, quod aliter per eum puer non posset sanari, nisi ipse in suo corpore lepram illius vellet pati. Qui non solum ut hoc fñret optavit, verum etiam magis gratias ob hoc egit. Puer igitur sanatus est, Finianus percussus est lepra a planta pedis usque ad verticem ad exemplum B. Job: causa tamen extit diversa, quia B. Job, quod Dominus sibi irrogaverat non querens, patienter ferebat: ille vere optabat et æquanimiter ferebat. Cujus gesta ne omnia præteream, pauca pertringam.

3 Venit ad eum mulier quedam ferens puerum morti proximum, qui pro eo Dominum rogavit et saluti pristinæ restituit. Die quadam sedebat super ripam lacus cuiusdam legens: accidit ut easa liber in lacum caderet: qui aderant librum levare non poterant, quia erat nimis profunda: tamen subito divina vi liber de lacu sublatus est, multis inspicientibus, et homini Dei restitutus: et quamvis ad horam sub aqua latuit, nil laesus erat. Alio die venerunt ad eum agroti, qui pro eis prece fusa, sanos dimisit. Puer reger quoque duxus est ad eum, sanus discessit. Fecit ergo coemeterium et basilicam, que hodie claris virtutibus fulget: si quis enim in ea dormiret, licet jannis clausis, projectus foras super ripam lacus inveniretur: Sanctus enia Finianus non ut ibi dormiretur basilicam instituit, sed ut Dominus oraretur. Quadam tempore proposuit molendinum facere; sed incolae terre illius rixati sunt, ne aqua ad molendinum duceretur: vir Dei solitus suum refugium adivit, Dominum rogavit; videntibus omnibus qui aderant, Iacus totus in aere suspensus est: incolæ vero perterriti statim ceciderunt ad pedes Sancti, sive quod voluit impetravit.

4 Discessit autem inde, et pervenit ad quemdam lorum, qui vocatur **d** Olnaimar, et ibi habitare cœpit. Seaturiebat totum corpus ejus vermis ob ma-

Natus in
Bibernia,

a

b
litteras
dorculur
a Brendano,
c
ordinatur
ab Episcopo

Angelico
canu ad
Martyris
dederunt
stimulatur,

curand a se
pueris leprosumsponte in se
recepit,muriunsum
ruocat,librum ab
aquis illiuswa
recipit,varios morbos
cureat,eccliam
conditet molendu
num.

gnitudinem lepræ, fluebantque vermes de corpore D ejus ad aquam quamdam qua proprie erat, et iterum revertebantur: vocatur etiam hodie via, per quam ibant, Via vermium. Accidit autem ut nocte quadam vigilantibus sorris, Sanctus acriter ingenuisceret, interrogatusque a sociis quid hoc esset. Unus, inquit, de civibus meis deest, et ideo non possum somniare. Dixerat autem hoc de verme uno, qui postquam reversus est, illico dormivit. Tempore quadam venit ad eum quidam mente compunctus, -seculum parvpendens, dura pro Domino pati volens, rogavitque eum quatenus per ipsius interventum mereretur fieri leprosus, volens particeps esse et glorio [parum curans] quid esset de corpore tantum si anima salva est. Cui vir Dei: Non poteris inquit pati. Ille respondit: Hinc non discedo donec impetrē quod quaro. Vir ergo Dei Dominum rogavit. Mox ille perciussum est lepra, qui statim sentiens in membris suis immidiocrem pruriginem, et intolerabilem eructationem non ferens, reversus est ad virum Dei, et dixit: Jam non moriar senex, pator: open fer misero. Qui misit ut ad aquam proximam ieret, et se lavaret. Igit, lavit, sanusque factus est.

5 Tunc Clerici ecclesie illius debebant Regi convivium una vice quotannis, et multum aggravabat eos, quia multum expendebant: persuaserunt ergo homini Dei quatenus ipse apud Regem intercederet. Qui eis compassus, misit virginem quamdam quia ei ministrabat, mandans Regi ut debitum dimitteret. Qui eam derisit: quod illa reversa viro Dei nuntiavit. Tunc ipse aliquantulum commotus surrexit, ad curiam perrexit: cumque appropinquasset, misit eamdem virginem ei: Dic Regi, cito exeat, et locum dimittat, vel jam terra devorabit eum: locus enim in quo superbus despexerat, subvertetur et desolabitur. Bac en Regi narrante, ecce locus totus cepit tremere et penitus moveri. Tunc Rex fugit, et ad pedes viri Dei cecidit, et quod sponte noluit, invitatus dimisit: de loco autem factum est, quod vir Dei prædixit.

6 Postea placuit ei patriam suam visitare, pervenit ad locum quemdam qui dicitur Sord, ubi S. Columbam invenit: cui cum propositum suum intinasset, quod Romanum vellet ire, restitutus S. Columba dicens: Non ibis; potius hic manebis. Cui vir Dei: Votum, inquit, vovi, [et illud] non possum non expleere. S. Columba dixit: Pone hic caput. Posuit super genu ejus caput, moxque dormivit. Expergefactus, et interrogatus quid viderat, dixit se Romanum vidisse et loca ejus circuisse sancta. Tunc Sanctus Columba: Modo hic manebis, Romanum non ibis. Commendabat erga locum suum et circumiacentes terminos ejus, ipse vero discessit. S. Finianus vero sanabat ibi agrotos, omnem diligentiam exhibebat hospitalitatim, membra non trahebat quieti, sed quarta parte noctis sedebat in frigida aqua pellere, reliquis tribus partibus sedebat super undam humum, habens circa se quatuor lapides, super quos vicissim eajus ponebat, quando solebat se quietare. Talem et tam duram vitam S. Finianus duxit: bine quoque illi gloria.

7 Nocte quadam scribebat, quinque et digitos laevam manus habens pro candelis ardentes; quidam rusticus venit, introspexit: quod viro Dei displicuit, statimque rusticus unum oculum amisit: quodque est mirabilius peccatum illius usque in hodiernum diem probat sua successio: nam sicut videmus, magna ex parte nascentur privati oculis, vel alias diminuti membris. Ibat autem frequenter ad quandam Insulam visitare fratres qui ibi erant: vice quadam venit ad eum grande cete, mortem minabatur: homo Dei signum crucis opposuit, et ceto fugit. Ilo tempore erat ibi importuna murium copia, homo Dei orabat, mas non comparuit. Appropinquabat postea tempus

EX US.
IBERNICO
souvenientes
e corpore
vermes,
hospites suos
dicunt:

alti, qui
similiter
lepram
optulerat,
cam
communicat:

E
Regem
reactione
convivis
molestum
clericis

nec moultis
obtemporan-
tei ruina
domus sua
mutant.

a peregrina-
tione Romana
probabilitum

S. Columba
perficti
Surdenit
cenobia

quam austere
ibi vixerit

e
scribent
lumen dant
digit

et cum signo
cruci fugit.

d

*ex vss
hibernico.
paucis copiosos
priores
egentibus
precipitatum
resuunt :*

*contrario
vento
convenient
dumtazat.*

*varia
miracula
pert.*

*mortuus ad
utum revocat,*

*eridem impre-
dit,*

furtum rectifici,

*missale recipi
alibi relatum,*

B

A tempus, piscis fratibus decerat : jussit S. Finianus retia in capturam laxari, moxque triginta salmones capti sunt. Quidam de fratibus gyrans insulam, incaute pergens, occidit in immane precipitum, cuius mortem condolentes fratres (erat enim non solus mortuus, immo communius talus) venerant ad horonem Dei; qui oravit, et sospitati restituit.

Post hec immotui viro, adventum ipsius fratibus, qui illi erant, displicuisse, et presentiam suam molestiam esse : voluit ergo eos dimittere, sed ventus erat contrarius : jussit tamen velum in altum tolli, et sic contra ventum mirabiliter optatum tenuit portum. Cum autem venisset ad locum suum Sord, erant ibi omnia vestia clausa : sed divina vi, antequam aliquis sciret ipsius adventum, reserata sunt. Erat illi quedam arbor acerlos ferens fructus; illam benedixit : dulces non cessabat proferre fructus. Venit ad eum quidam egenus petens elemosynam, homo Dei spiritu in summa ejus, postea quondam vixerat dives fuit. Venit quidam leprosus, sedet, nil ei locutus est : homo Dei spiritu in terra, leprosus collegit, faciem linxit, statimque sanus effectus est. Obitus est mutus, sordus et claudus ab utero matris : verba cum sanavit. Quandam die dominica defuit ei vinnum, allatum est ad eum vas aqua plenum, convertit in vinnum.

9 Quandam die cum Missam celebrarent, cunctis qui aderant globus igneus super caput ejus apparuit, quod et frequenter arduit. Quidam ital ad bellum, venit commendare se orationi viri Dei; accepit benedictionem, perrexit, in bello occisus est. Venerunt cognati ejus querere eum inter oeris, suspicantesque eum semivivum, nomine vocabant : surrexit mortuus per virtutem S. Finiani. Venit ad eum quidam rusticus ultima mortuum ferens, neisque jubarat quod non discrederet nisi filius ejus suscitaretur. Vir Dei respondit : Pater est Dominus, ipse sacerdotibus illium nunc : statimque mortuus surrexit. Hospites venerunt ad eum biennali tempore, defuit eis instrumentum, quo aqua cabelleret : oravit, data est de eculo patella, quae du ali cunctis aspicientibus fuit. Accidit rixa inter dnos, unus fugit, alius secutus est promptus ad ferendum : qui fugit non habuit quo fugeret nisi ad refugium Finiani : ille alius percutere voluit, viro Dei deferre renuit, subita percussus est exercitate; sieque miser evasit. Haebat S. Finianus artem, torati sunt fures, vocalatur aries Bedan. Qui torati sunt, venerunt ad dominum Dei, juraverunt in me per purgaverunt. Vir Dei artem vocavit arios ex ore furiis respondit.

C

10 Cum venisset de insula super nominata, oblitus est Missale secum ferre, erat autem Paschale tempus. Cum ergo in crastino surrexisset, tristis quia non habuit librum, et ecclesiam intrasset, inventum liberum suum super altare Angelicis maius.

restitutum. Erat ejus consuetudo calidum bibere : puerum afferre sibi lapidem de igne, ut inde potus caleficeret : puer incantus manu eum tractavit, nihil ei tamen noctuit. Illo tempore paravit convivium suis : vocavit amicos, quotidie epulabantur, epulæ non deficitabant, plures sic transibant dies. Intererat quidam rusticus, dixit : Iste epulæ numquam deficient, statimque ad ipsius vocem epulæ desecerunt. Quadam die ignis invasit monasterium : vir Dei sanguinem crucis opposuit, statimque ignis extinctus est. Duxa est mulier insana ad eum : oravit : mulier sana recessit. In monasterio erat arbor sterilis, vir Dei eam benedixit, in crastino plena fructibus apparuit. Quidam discipulus ipsius, nomine g Boeran, subuersus est : vir Dei oravit : qui mersus fuerat vivus surrexit, quod qui viderant glorificabant Deum. His ergo aliisque pluribus per S. Finianum peractis miraculis, quievit in pace, apud cujus reliquias crebra fieri miracula non desinunt, praestante et operante Domino, qui vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

a *Uralthus Cambrensis in Topograph. Hibernia distinct. 2 cap. 5 serialis, in Monachis Bureni lacum esse et in loco insulam, rupes iuriles, usi in majorem ipsedem facta insulam translati non mortuantur unam item in Boreali Britannica parte, qua Sancta director, in qua prequantus nuncquam pacavit, usi ad altrum item vicinam adverteret. Ceterum cum infra num. 6 predicta quod Sunelus patrini valens reversere, in Sord pervenit ad Orientalem Hibernie plagam; patet hinc laudem, similitudine popularibus indigenatum de sive insula fabrili, non unius spectaculi Finianus patitur, sed tota Hibernia alterius ab auctore, ut cui gloriosum sit in aliquo sui parte tam esse mirabilem, quod tamen majora probata quam veritate Anglis esse per Hibernos narratum nemo dubitabit. neque enim credibile fingere voluisse quod S. Finianus fuerit sua patria originatus. Idem si fuisse, ut putatur Colagnus in Helia, Monachus et Legionis conterranea regione editus in Iverum, ex Monachis ubens suum prius patrini transire debuisse quia in Sord perveniret. — h' celebri Hiberni sunt duo hoc nomine Sancti, utique sub medium seruvi si mortuus ; ita ut ratione temporum usque res pugaret, quo minus alterius discipulus S. Finianus fuerit vel Abbatia Bureni in Elio, vel Tylscoi Clauisferentis in Lagnia. — Et sub Monachis nomine venerantur in hac autem Lagniorum est oppidum, Sedes olim Episcopalis; cui Institutum Finianum esse Episcopum, nusquam dicitur, neque nos tenere admittere possumus : vel igitur Presbyteri grande dignitas significatur; vel ubique certa sede Episcopae ordinatio dicendus fore, et proptermodum nullam Episcopatus tituli rationem habuisse. Ut et eius scriptores. — Et post hoc multis Hiberniis nomibus facta, ut ab Anglis in Sanctorum eis transcripsi unum pene, ex qua nomen possent, formam dimillent. Ita et hinc voca accidisse videtur, ex Hibernis in lugubrem lingua non sine aliqua pronuntiuntibus transcribendisque deputatione translata, que suspicimus Insularem in remotioribus Monachis finibus atque Senani fluminis alto elevatis significari, a.s. Senano Abbat ante medium seculi sexti exterrit; de qua in ejus Vita 2 ad 8 Martii num. 24 ejimus. Hunc-nom. enim, Insula maior est, quod Anglano paullo antiquiori dialecto Hiberniæ dicatur. — Et deinde inventur in S. Senano predicta Vita Motrica num. 16 : ut cum altera ejus Vita num. 15 inconveniens se narrat, ut integrum septimum laboranti in milendino unicam conditam diec sufficere existimat hoc de digitis leviculatis a S. Finiano ad suumnum, ob novum affinitatem, transire motus istius metri. Simile inveniunt in S. Patricii Vita tripartita num. 154. Itemque alia per Jocelium num. 202 uideamus. — Et hoc in S. Patricii Vita omnibus legitur, ut ab ejus tempore istam regemus fuisse ratione dictuus Finianus uaderi possit. — Et forte Boilani sive Baillani magis famulare Hiberniæ nomen.*

*puerum ab
igne præstat
illatum,*
*epulæ indefi-
cientes prædati,*

*inrendum
restinguit,
facit arborem
fructuosa n.*

*g
submersum
resuscitat
intraclus
claret pag
mutem.*

DE S. ISICIIIO EPISC. VIENN. IN GALLIA

Commentarius historicus.

*circa An.
CICERO
XXXI MART.*

*S. Isichius an
Alius Avili
Impr.*

Venit Allobrogum, uolubilissimum in Gallis pro- emere ad Libidannum fluvium metropolis, et celebre Archiepiscopatus Sedes; in qua seculo Chri te quinto fuerunt successive tres eximia uincitatem Episcopi, Mamertus, Isichius, et Avitus. Ex his Mamertus uoluit ac Muui, Avitus v. Februario, ad eugenii Vitum plorique de S. Isichio, cuius filius erat, sunt a nobis dicta. Bouchetus rerum Francicarum scriptor partea de vera origine secunda et tertia stirpis Regum Francorum cap. 2 Isichium Separatorem ac deo-

Episcopum Viennensem asserit filium Aviti Imperatoris, qui partim anno ccclv partim sequente regnaret. Ad Viennensis Episcopum in Chranico aetate sexta Isichium virum primum Senatorem, dein Episcopum Viennensem celebrat, ut de patre aliisque progenitoribus sicut ex quibus aliquis dignitate Episcopali excelsius docet S. Avitus filius, in Poemate de lude Virgini Senator, gemitatis ac Fusciam sororem, Virginem Deo devotam, quam sub finem sic alloquitur :

Jam

A Jam te signiferam sequimur, vexillaque Christi
Te portante libens sectatur stemma parentum :
Quos licet antiquo mundus donasset honore,
Et titulis monstraret generoso semper ab ortu ;
Plus tamen ornavit divinum insigne gerentes,
Ordine quoq; proprio sauctas ineruerat Cathedras.
Non atavos jam nunc tibimet, praeavosque re-
texam.

Vita Sacerdotes quos reddidit inclita dignos ;
Pontificem sacris adsumptum respice patrem.
Cumque tibi genitor vel avunculus, undique magni
Post fasces, placeant populorum somere fasces ;
Suscepit quos humiles patroni ad consortia fratres
Officio similes necentes Ecclesiam junxit.

Sunt hi frates Episcopi, scriptor S. Avitus et S. Apollinaris Episcopus urbis Valentiae ad vancem cum Viennam ripam delabentis Rhodani : cui dies quintus Octobris est sacer. At qui cum S. Isichio genitore avunculus conjugitur, non exque certo statui potest quis sit. Au S. Sidonius Apollinaris ex viro Senatorio Episcopus Arvernorum? Hinc ante matrimonio sociatum fuisse Papianillam Avitum Imperatoris filiam testatur Greg. Turicensis lib. 2 Hist. Franc. cap. 21, tunc maxime si hujus Papianilla frater foret S. Isichius et S. Sidonii affinis, ambo, genitor et avunculus S. Ante dicerentur post fasces scutarium dignitatem, populorum Ecclesiae fascem, sive insulam Episcopalem sumpsisse.

2 Quam sancte in coniugio cum Audentia uxore sua vixerit S. Isichius, tu indicut in dicto Poemate S. Avitus sub initium :

Edidit ut quartam genitrix Audentia prolem,
Teque dedit generi partu secunda supremo,
Confestim parcam promitti ducere vitam,
Ac deinceps paribus castum servare cubile
Constituit votis carorum cura parentum,
Et quia principium tam sancti fuderis essem,
Tu simul offerris Christo, qui protinus ipsi
Accipit in cunis intentia membrum dientis.

Referuntur postmodum in dicto Poemate varie ex eadem S. Isicha stupr. Virgines Deo sacrate, Aspida, senior Fuscina, et Euphrosyna, risque propria Mater Severiana : quarum exercitata sanctu ibidem indicantur, ad quae Fuscina filia S. Isichii a matre Audentia incitat. Hare namque utrisque cura et sollicitudo fuit, ut filii fibere sancte educarentur. S. Avitus in Homilia de Royationibus grata animo agnoscit sibi a parentibus procuratum S. Mamertum Sacerdotem, spiritalem a baptismio patrem : cui ante nos panceos annos pater carnis sue, Isichius, accepto, sicut Ieo- visum est, sacerdoti tempore successit. Florusse

Marmertum anno CCCLXIII et sequente indicut epistola Hilari Pope, Basiliu Consule et post ejus Consultatum ilate in causa Mamerti ob ordinatum extra suis fines Diversibus Episcopum. Eadem Mamerto scriptis epistola primam libri septimi S. Sidonius tum Episcopus, ergo non annum CCCLXXI quo ille ordinatus est. Intra ad annum CCCLXXA superfluisse indicut libellus Lucide Presbyteri, fidem suam proficitus jactu statu Squidi Arelatensis, quam circa dictum annum habitum trudit Sirmundus.

3 Mamerto xi Man defueto successit S. Isichius : de quo dolentes nulla extare propria Acta ab auctoribus eiuscemsus conscripta. In Vita S. Aviti haec pauca habebatur : Tempore Zenonis Imperatoris B. Avitus Episcopus, sapientia et doctrina mirabilis, Deo mortaliibus favente, Ecclesiam Viennensem, post patrem Isicium que Episcopum, suscepit regendum. Imperavit Zeno ab anno CCCLXXIV usque ad annum CCCLXI, sub quo circa annum CCCLX ex hac vita cum migrasse diximus ad Vitum S. Aviti. In Vita S. Apollinaris alterius filii solum istu haec spectant : B. Apollinaris, Valentiae urbis Episcopus, apud Viennam et natus

et institutus est, qui nobili generis ortu conspicuus, D^o natalium titulos mentis fastigatione sublimavit, quam nobilitatem nem repedit. Aliquanto plura indicat Ado in Chronico his verbis : Eo tempore Severus Presbyter, natione Indus, vir miraculis clarissimus, destruxit idolorum templo, ubi error gentilis centum deos cultura insanissima adorabat, ecclesiam beatissimi Stephani Protomartyris ut consecraret pro foribus Vienne parabat... Isicius tunc temporis Viennensem regebat Ecclesiam sextu a B. Paschatio, cuius diebus prefatus Severus gloriatus Presbyter ab Indis Viennam venit. Qui Episcopus floruit usque ad tempora Zenonis Imperatoris. Hac Ado, Halemus MS. Martyrologium Sanctorum Ecclesie Viennensis, in quo ad xvii Kalendas Aprilis, ista leguntur : Eodem die Natale S. Isichii Magni, primi bujus nominis Confessoris, et xviii Archiepiscopi Viennensis. Qui temporibus Leonis et Zenonis Imperatorum ex Senatore Lugdunensi assumptus ad Episcopalem dignitatem, ob ejus singularem doctrinam et fidei integritatem, magnam sine sanctitudinis specimen toti Ecclesiae exhibuit; atque ambos filios dedicat ecclesie sive Viennensi sibi superstitem scilicet Avitum, et Valentiam Apollinarium, velut duo micantia silera reliquit. Hie Ecclesiam hunc Protomartyris Stephani apud Viennam a S. Severo Presbytero construxisse solemniter dedicavit, atque clarus miraculis obdormiens in ecclesia Apostolorum conditus est. Cuius reliquias hac die annua visitabilis Innocentius IV Summus Pontifex Indulgentias quadraginta dierum pie concessit. Idem Martyrologium veterius Viennae, labore et industria Joannis le Lure instauratum, quod pauculus sub initium omnis ita exorditur. Vienne S. Isichii Magni, xviii Archiepiscopi, qui temporibus Leonis et Zenonis Imperatorum ex Senatore Lugdunensi etc. Venerabilem quia filius ejus S. Apollinaris apud Viennam et natus et institutus est, et S. Avitus etiam plus S. Mamertum Episcopum Viennensem habent spiratalem a baptismio patrem, quida ex Senatoro Viennensi assumptus ad Episcopalem dignitatem non sub Leone, sed hujus successore Zenone Imperatore, ut ex supra dictis constat? Nam Mamertus vadeatur natus ad annum Christi CCCXXX, Imperii Zenonis secundum.

4 Brevarium Ecclesie Archiepiscopalis Viennensis anno MDXXI excusum, ad xvi Martii prescribit cultum S. Ystii Episcopi et Confessoris et in communione unius Confessoris. Oratio. Da quiescumque omnipotens Deus etc. Adscriptus etiam eodem die antiquo Calendario MS. Viennensis Ecclesie, et Martyrologia S. Adams ibidem postea Episcopi, apud Mosandrum et Roswulum : Item apud Viennam S. Isichi Episcopi. Eadem sunt in MS. Adone monasterii Lodiensis et S. Laurentii apud Lodienses, que in MS. Adone Florentino monasterii S. Ursus, et alio Ecclesie Monasteriorum desunt. Quae eadem inter omnia legitur in MSS. Ecclesie Pregeans, et Bruxellensis et Ularicensis monasterii S. Naboris, item in MS. Floraria Sanctorum, utri in MSS. et vacuis Martyrologiis sah nomine Bede, item apud Galesium, Camerum, Ferrarium et Grevenum in Auctario Molani. Saussatus ab aliis differt, dum istud hunc diem scribit : Vienne Allobrogum ordinatio S. Isichi Episcopi, S. Mamerti successoris, enjus felix transitus colitur prodie Idus Novembris. Quo die celebratur cum hoc encyclica. Vienne S. Iseni Episcopi et Confessoris, qui post Mamertum celebribus beatitudinis illius Ecclesie Pontificem, obeundum pastorale manus suscepit, clarusque strenue administrationis actibus, virtutibus ac miraculis praestans, post uberes collectus Deo ammirorum manipulos abiit ad premium. Quae est in basilica Apostolorum, quam qui pre in hoc ejus venerationem visitaverint

Episcoporum
habuit maiores

et filios SS.
Audum et
Apollinarem.

post susceptos
liberos
contentus,

Aliam Fuscinam
Deo
consecrat :

S. Avitum
commendat
S. Mamerto
Episcopo

ad annum
475 superstiti,

oracione
tempore
Zenonis Imp.

temporibus
Zenonis

relatis etiam
ad 12 Novemb.

forsa a S.
Inclusa 2 non
satis distinctus.

A visitaverint, iis Innocentius Papa quartus Iudicium quadraginta dierum de thesau militantis Ecclesiae largitus est. Quae in Historia antiquitatem Viennensem etiam scriptis Joannes le Liere. Verum utroque MS. Martyrologio Viennensi, quorum alterum a dicto Joanne dictur instauratum, ad xii Novembris agitur de S. Isicho II Episcopo Viennensi, qui sub Justiniano Iap. floruit. Unde forsitan aberrandi data occasio, tam Sunnai, quam Sunnurthanum solum Gal-

lia Christianæ, dum epitophium S. Hesychii n. huic D adscriperunt: quod ante ediderat Chesiens ab illis citatus tono primo Scriptorum historiarum Francorum, apud quis legebatur extare illud in Antiquitatibus Viennensis ad colorem Bibliotheca Floriacensis, in qua Joannes a Bosco recte observat esse S. Ysicum secundum S. Pantagati successorem, cui artas et res gestæ conveniunt, prout ibidem indicantur.

DE S. BONIFACIO KIRITINO, EPISCOPO IN SCOTIA.

Synopsis historica.

SEC. VII
XVI MART.

Acta hujus
in MSS.

^c Praelatio
Aberdonensis:

memoria in
Martyrologie:

Inter vias Apostolicas, qui seculo Christi septimo Scotiam Septentrionalia, Pictorum tunc regionem, sacra Christi doctrina et varia virtutum exercitus miraculisque illustrarunt, est S. Bonifacius Episcopus, cognomento Queritinus, alias Albinus Kiritimus cognomento Bonifacius dictus: cuius Acta ex eudice MS. Ultrajectino uoluimus, sed nonnullis fabulis permisisti: cuius hoc exordium est: Albinus Kiritimus, cognomenum Bonifacius, natione Israeliticus, de prosapia Radem sororis Apostolorum Petri et Andrew, septimus etc. Endem Acta sed aliquantisper immutata auctore Adomo Kingh intrusa sunt in Breviarium Ecclesiarum Aberdonensis; in Lectio distinta et ad Matutinum recitata ad diem xvi Marti, quo inscriptus est Martyrol. Coloniensi anno mccccxc excuso at Doctrinali Clericorum eodem etiam anno Lubecce edito, Martyrol. Germanico Canissi, et Catalogo generali Ferraru his verbis: In Scotia S. Bonifacii Episcopet Confessoris. Hermannus Greven Calonius Cuthusianus, in Auctario Usuardi tres quasi distinctos Sanctos proponit has verbis: In Scotia S. Bonifacii Episcopi, Albani Episcopi et Confessoris, S. Kiritini, qui supra in Actis Ultrajectino Kiritimus alias Queritinus dictus: de quo in Martyrologio MS. quadam Ultrajectino, ante ducentos aut forsan trecentos annos exarato, ista habentur: Niritini Confessoris cum sociis, quorum uiri actus leguntur. H. Ifsfordus in Martyrologio Anglice anno mcccxxxvi excuso, ita incipit hujus elegyam: In Scotia natale S. Albani, dicti etiam S. Kyryni, cuius cognomen erat Bonifacius, et potissimum vocatur Bonifacius, ac deinde ex supra indicatis Actis multa inseruntur. In MS. Floraria Sanctorum aliter huc offeruntur: In Eboracum S. Bonifacii Episcopi et Confessoris. Et alius interpositus: Item Sanctorum Episcoporum et Confessorum Gumberi et Kirithimi, ex quo ultimus, alius Kiritimus seu Quiritinus est ipse S. Bonifacius, etiam Albanus dictus, quod in Hispania Pictore regione degret.

Elegyam ex
Benedictus
Scotus.

2 David Camerarius in Menologio Scoto cum hoc exornat elegio: S. Bonifacius Rossensis Episcopus, enjus animi candor, vita integritas, aliena salutis humor, fecre ut ex Italia in Scotiam sese conferret: ut videlicet Scotticana Ecclesia per omnia Romanas in externis etiam ritibus sese conformaret: enjus rei gratia variis illius regni peragratius locis, Rossensem sibi selegit provinciam, in enjus urbo primaria, Rosmarkum nomen est, Episcopi munia non sine sanitatis laude et mirascerorum gloria annos multos exercevit, quibus feliciter pereursis, necessitati religiose concessit sub annum Christi mcccxxx. Thomas Dempsterus in Menologio Scoto ista habet: In Mernia und Rosmarken natalis Bonifacii Episcopi Rossensis, qui Pontificatu maximo deposito, totam Scotiam conuencionando, et mysteria saera celebrando pio labore lustravit. Idem Dempsterus in Hist. Eccl.

gentis Scotorum cap. 131 varia de S. Bonifacio Queritino congregavit, arbitratus potius Apostolicum Legatum, quam Pontificem Summum fuisse; secutus Hectorum Boethium, qui lib. 3 Hist. Scotorum scribit a Pontifice Romano missum Legatum, et ob id rudi populo Papam creditum. Reliquum Hectoris elogium addidimus pluresque fabulas expurgatum, et est ejusmodi.

3 Bonifacius Queritinus, venerabilis Antistes cum piorum cœtu veniens ex Italia, navigio in Taurum aestuarium delatus, ad exigui fluminis ostia, quod Gouream regionem nunc secat ab Angusia, primum in terram descendit... insigni vir pietate, et in litteris sacris apprime eruditus, multis iudiciis ad nostra secula est delatus. Quo loco etenim in terram descendit, templum Divo Petro, Christi Apostolo, sacrandum a fundamentis jecit. Inde profectus concionabundus ad Tellein vicini, tribus passuum milibus ab Alecto, alterum templum ejusdem Apostoli nomini dicatum condidit: tertium ad Restennotum, nunc Canonorum Divi Augustini cenobium. Illic aliquot annos moratus, ad se confluentem populum, posteaquam salutari doctrina frequentissimis concionibus confirmassot; Angusia reliquum, Merniam, Marream, Buthquahiam, Bogevalem et Moraviam Christi dogmate gentes erudiens penetravit: haud paucis templis, variis in eorum regionum locis in Petri Apostoli honorem conditis sacratisque. Tandem vero deuenit et in Rossiam, ubi ad vitæ exitum moratus, multis et piis sudoribus pro vera pietatis cultu impensis, sanitetate et eruditione insignis, felicem animam Deo reddens, corpus apud Rosmarcken sepeliendum reliquit. Joannes Leskens Episcopus Rossensis lib. 4 de rebus gestis Scotorum in Eugenio IV, Rege LI, ista habet: Sub Eugenio Bonifacius F Episcopus sanctissimus in Scotiam venit: cuius opera cum populus omni superstitionis et Pelagiiani erroris caligine discussa, Christi luce suisset illustratus variaque variis Divis templa fixa et constituta; ad Rosmarkeum vicum in agro Rossensi sepultus fuit. Asserit deum Regem Eugenium anno Christi mcccxx essem mortuum.

4 Hic pauca adjungimus ex Actis MSS. Ultrajectinus selecta, in quibus Kiritinus appellatur, et sunt ista: Tunc nutu Dei Nectavus Rex Pictorum inspiratus, baptizatus est, et locum baptisterii dedit S. Kiritino cum omni parochia sua, in servitatem peregrinorum Christi servorum absque alia subjectione in aeternum. Accepta autem Rex benedictione ad suam curiam reversus est. Sanctus autem Kiritinus secum seruas multas reliquias Apostolorum et Martyrum ac aliorum Sanctorum, fundavit ecclesiam iu ostio fluminis Gabrial in Pictavia, et illam consecravit. Evangelizavit autem Pictis et Scoto per sexagesima annos, et praecellarum templum construxit in Rosmarkyn. Hic sanctus Domini Kiritinus virtutes Apostolicas faciebat, caecos illuminabat, leprosos mundabat

E
rit
compendium
ex Hectori
Boethio,

L'istro Er-
Rassend,

^c Actis
MSS.

A mundabat, surdos audire, mutos loqui faciebat, dæmones fugabat: mortuos septem suscitavit, capti vos multos redemit: centum et quinquaginta tempora construxit, triginta sex millia hominum ad fidem Christi convertit. Tandem consummatis octoginta aetatibus sua ænnis, mensibus tribus, diebus septendecim, xvii Kalendas Aprilis migravit ad Dominum,

sepultusque est in eadem civitate in ecclesia S. Petri ante altare, ubi signis et miraculis quotidianis effulget. Hæc ibi, quæ sere eadem referuntur in Breviario Aberdonensi. Ceterum loca supra indicata ex adjunctis præfectoris in Scotia Septentrionali sitis facile cognosci possunt.

DE S. EUSEBIA ABB. HAMMATICENSI, MARCHIANIS IN GALLO-FLANDRIA.

Commentarius prævious.

§ I. *S. Eusebiæ ætus: Vita scripta. Conversatio cum S. Amato exule perperam ei tributa.*

CIRCA AN.
DCLXXX.
INI MARTH.

Intra quamplurima o. S. Amanito Episcopo Tractensi eastru monasteriu, uti ad diem vi Februario ante ejus Fitem late deleximus, est velle ad Scarpum fluvium monasterium Marchianense, in fundo S. Adalbaldi Duci, mori S. Rictrudis, exterrutum anno Christi DCLV et sequente, cum S. Eusebia horum filia esset biennio ante prognata, et a Dagoberto I Rege Francorum et Naundile ejusdem conjugi, aut certe ab hac Regina, de sacri baptismatis fonte suscepta: cui possessiones dederunt et redditus permultos in Francia, quæ omnia Marchianensi Ecclesiæ erant profutura, uti ea indicat Raphael Beauschamp tractatus de Westergothis, adjuncto ad Andreæ Silvi Historiam Franco-Merovingianam, pag. 379, et nonnulla infra referuntur. S. Adalbaldus anno DCLV die II Februario interempto, S. Rictrudis cum S. Eusebia et aliis duabus filiabus SS. Clotsende et Idusende volumen monasticum auspiciata est in dicto monasterio Marchianensi. Erat tunc temporis ab altera parte Scarpi fluvii, nunc Hainoniensi Confluentis attributa, monasterium Hammaticum, alius Hamagia, in quo Abbottissa florebatur avia S. Adalbaldi, S. Gertrudis vidua: apud quam aliquoddum vixit S. Eusebia, eique defunctæ successit in regimine diuodenus, ac proinde circa annum Christi DCLV aut sequente. In die a S. Rictrudis matre Marchianas revocata, aliquandiu cum illa vixit, forsitan uno altero anno: ut postmodum ab ei Hammaticum renissa, præfuit ibidem aliius annos tres, ac regnuli, mortua circa annum Christi DCLXXX. Successit in regimine alia Gertrudis et hæc vidua nobilissima: quæ alia multo angustiorum ecclesiarum extinxit, ad quam C Hattia, primus canonici Fædastini Abbas, sarcum corpus beatissimæ Eusebiæ translatu post onnum ccccxi, quo anno a S. Vindiciano fuit in abbatem consecratus.

B

S. Eusebiæ
nativitas.

vita
monastica.

prefectura
Hammaticensis.

obitus.

translatio.

Fu ex MSS.

editio.

locella ex
Monachicis
scriptis et
v. i. m.

alia carpi ne
scripta;

num nisi ant sequentem. Supra memoratus Beauschampius poema de S. Eusebia allegat sub nomine Joannis mouachi Benedictini, illius videlicet, qui poema de S. Rictrudis elaboravit. Molanus in Additionibus Usuardi ad xvi Martii censet auctorem eundem fuisse, et quemdam profundioris scientie, quæ ejusdem Eusebiæ actionum gesta et prosa et carmine ediderit. Leguntur dicta verba in Historia Miraculorum S. Eusebii Virgini, quam nuper accepimus Marchianis, et hic addamus.

historia
miraculorum

E

3 Cum S. Rictrudis filiam Eusebiam duodecentum ex monasterio Hammatico ad se eum regali edicta revo- caret, auctor Vita prosa scripta: nomen Regis silet, qui erat Chlodovæns, si filius Dagoberti: interim judicio Regis Dagoberti, id perperum scribit poeta peractum. At major ita utroque mendum est, cum dicatur illo tempore, circa annum DCLV, S. Amatus Episcopum et monachum a S. Eusebiam convocatum, do nocte Hammatici eum alii diuari cursus officium comple- visse. Quæ clarissim Poemata indicantur his verbis:

Accidit siquidem, similis quos ardor eidem
Conciliahabet. Amatus erat venerabilis in his
Iam dudum Presul, tunc vero monachus exul,
Hammaticum properabat, eo divina gerendo
Permetans, tosi supplet solvenda diei.

Nomen
Dagoberti pro
Chlodoveo
inseritur.

S. Amatus, ut num, 6 dicitur: primum Antistes Sonnenensis, apud Theodoricum Regem de infidelitate instimulatus, et a sua Sede exiliatus, eidem Maurontio Dei famulo fuerat commendatus. S. Amatus decessor in Sede Senonensi apud Claudium Robertum et Sonnenthinos in Gallia Christina statutur Enamo, quem anno DCLXXV mortuum esse et sepultum in monasterio S. Petri. Vix tradunt duo hujus monasterii scriptores in suis Chronicis, Odorannus tom. 2 scriptorum Historie Francorum a Chesarø editurum, et Clorus tom. 3 Sperdegia Luca Dacherio collecti. Ab eo igitur tempore pœfuit Sedi Senonensi S. Amatus: inde expulsus, postquam interficti Childericus Rege in aestate anni DCLXXIX, hujus frater Theodoricus regnum recuperavat. Perdulcus tunc Peronam S. Amatus, sub Abbatte Ultano enstolidie persutus manipulatus non parvo bonoris spatio, donec Ultanus ab Angelo veheretur ad ecclæstem patriam. Quæ unius dei færit non erat indicatur in Actis MSS. S. Amatus, apud Marchianenses adseritus et quibus dicta et sequentia evanescunt. Ultanus ergo viam universam earum ingresso, iussus est a Rege S. Maurontius, Fra-ter S. Eusebii, in suo noviter extracto monasterio S. Amatus enstolidendum servare... Finito autem viæ spatio haud procula Marchianis loco super Scarpe fluvium sito, aliquantulum Hammatico manserunt in carnislo. Hæc duo viennæ soli et commoda sub una lege et societate degabant amici, ita ut quævis loco segneta, omnino tamen parerent vota communixa cum stupri sacra vita concordia, in uno S. Gertrudis S. Adalbaldi avia cum sua proprie et Virginie Eusebii, in altero sumili florebant studio Jona-
tus, incliti Pontificis Amanni discipulus et Rictrudis cum matibus duabus. Hæc ibi. Quæ etiam apud Su-

Episcop
creatus an. 078.

in extum
abluvi
Peronam
an. 080.

F

el postea
Hammaticum,

2 Utiam S. Eusebax datus ex codice MS. Monasterii Marchianensis, quam Divitio nobis etiam donauit Petrus Francensis Chifletus ex alio codice descriptam. Nomen auctoris non addebatur, quem censebat Rosweitus esse Huchalduni monachum Elmonensem, qui anno ICCCV ad Stephanum Episcopum Leodiumensem conscripsit vita S. Rictrudis. Verum debuit alius et forte Huebaldo antiquior multo fuisse Vita hujus auctor, qui una, 9, ubi particulari virginarum, quibus S. Eusebia fuit flagellata, ex antiquitatis traditione asserti fronduisse, miratur, cur quælibet scrip-ete, hoc posteriorum subtraxerint notitiae: satis innuens, se ex monumentis nonnullis historicis, ab Nordmannia a popula-
tione servatis, illa hausisse, que posterior Huebaldus satis apte in Vita S. Rictrudis inducat. Utraque demide Vita coramero descripta fuit. priorem S. Rictrudis edidit Joannes monachus Elmonensis ad Stephanum monachum Gandensem, rogante immo præcipiente Episcopo Cameravensi. Ecclæsie Erlin-
no, qui in ea dignitate vixit ab anno DCCCLXVI, ad an-

Martii T. II.

84

Sursum

Arium sed stylo mutato leguntur: quibus alia adduntur in MS. Duacensi Ecclesiæ collegiatæ ipsius S. Amati his verbis: Inter ea Christi famula Gertrudis sanctæ senectutis suæ plenitudinem dierum cumulus operibus bonis, migravit a seculo, et a beato Pontifice Amato cum magna veneratione ibidem sepulta est. Prope autem ejus Eusebia, soror B. Maurenti, ab ipsa Gertrude in eodem monasterio sacris moribus educata: honeste indolis puella erat: quæ cum tenera esset atatis, utpote duodennis, mediante B. Amati prædicatione, virginitatem suam Christo consecravit, et in locum præfectiōnis prouiae sue successit. Ille quotidie ad prædicationem sancti Prasulū pergens, et verba salutis ab eo retinens, sic vixit in terris, ut aeternum sibi habitaculum præpararet in cœlis. Prin-quam vero in hijs præpositura officio dno., ut fertur, annorum curricula peregisset, septimo decimo Kalendas Aprilis, saecula plena virtutibus assumpta est a Christo. Sacrum vero corpus sacer Prasul Amatus in supradicto B. Petri Apostoli sepelivit monasterio: in quo venerabilis præavia ejus Gertrudis sepulta fuerat ab ipso. *Huc ibi, quæ fore vadem cum magna rerum et temporum confusione leguntur in Vita S. Rictrudis.*

*et post 2 annos
S. Eusebiam
Virginem.*

*Multa a S.
Amando ad
S. Amantum
translata.*

B Nullum nobis dubium est, quin horum plerique a S. Amanda, qui tum Eliome, ab eo juxta Amandopolis dicto, potissimum residebat, perperam ad S. Amatum translata fuerint: quibus nonnulla ad libitum scriptorum explicanda rei causa fuerunt adjecta. Ita ab eodem S. Amando res præclare gestæ Episcopis Burdigalensi, Hormaticensi et Argentoratensi, et forsitan Castellensis, quod Annudi nomine appellarebatur, sunt tributa, imo etiam ad S. Amantum Episcopum Rutenensem et Alani Vourensem delata, uti ad Vitam S. Amanti dedicatur. Et in hac sententia confirmant nos alia S. Amati Acta, quæ ipsi Atrebatis ex codice MS. Ecclesiæ Cathedralis descriptissimæ: e quibus Baldurrius lib. I Chronici Cumeracensis et Atrebatenus caput xxii editit, eisdem fore utroque verbis: et ista hue spectantia leguntur: Iter resumunt Amatus et Manrontus, Hamaticum devenient. Quo in loco diutissime commorantes, non minimum Deo fructum reddiderunt, nulla S. Gertrudis prouiae aut S. Eusebii facie mentione: que jam tum ambo migraverunt ad Christum. Supererat adhuc S. Rictrudis, cuius cum S. Maurontio filio collatum indicatur.

C Fuerunt hanc latius deducenda, quod posteriores scriptores prioribus Actis non recte discussis, oblitum S. Gertrudis præmarie ad tempora Theodorici Regis tradidierunt cum errore fretri trigesima annorum. Ex his scriptoribus est Joannes Buzelinus, qui lib. 2 Annalum Gallo-Flandriæ pag. 80 arguit Joannem Molanum, quod anno 615 S. Gertrudem e vivis abivisse tradat, quod et nos cum Molano facimus. Corripit dem opiniōnem multorum auctiorum, et minime levium, qui duodecim tantum annos Eusebium tribuerunt, dum eodem Virginum prædicteretur, cum tamen longa plurimæ series annorum, quæ post inde a patre ejus eadem S. Amati hic deducti adveniunt pertexitur, lumen sententiam minime toleret. Verum inter auctores minime leves sunt Huchaldus in Vita S. Rictrudis, scriptores Fidei S. Eusebii tam prosa quam carmine, et miracolorum ejus, et Vita S. Amati ex indice Duacensi relate. Eiusdem etiam sensus fuit Joannus Poeta Marchianensis in Vita S. Rictrudis asserens de S. Eusebii, quod puerilis adhuc levii sub flore maneret, ac proinde ut infra in Vita habetur iussos a matre Maurenti virginis compescere ejus infantiam: quam castigationem admittit Buzelinus, sed jam in proiecta quadrangula numerum matrona, quis nunquam attigit. In Lectionibus, quæ apud Marchianenses de S. Eusebii ad Matutinum recitontur, in obitu S. Gertrudis pron-

riæ dicitur fuisse iactate quasi ter quadriennis, sed alterum in usus de S. Amato silentium est. D

S. II. S. Eusebiæ dies natalis. Reliquiarum Translationes.

Nomen S. Eusebiæ inscriptum est Martyrol. MS. Usuardi ad usum Ecclesiæ Marchianensis auctum, in cultus sacerdotum Martini, quo primo luce ista habentur: xvii Kalend. Aprilis depositio S. Eusebii Virginis. In MS. Usuardi Aquincum præponitur Apud Hammaticum, id est Hammaticum. At Molanus in Auctoritate Usuardi, Marcianis, ingut, depositio S. Eusebii Virginis. At fusus de eadem agit Molanus in Indiculo et Natalibus Sanctorum Belgij, Mirans in Fastis Belgicus, Sansanus in Martyrologio Gallicano, Ghinius in Natalibus Sanctorum Canonorum. H'ion, Menardus, Bucelinus in Martyrologio Brevidictus et plures alii. Postriùs seu xvii Martii inscripta est MS. Martyrol. Pragensis S. Eusebia Virgo. Elevatum ejus corpus v Kalendas Novembris infra in Historia miraculorum dicitur: quo die ejus elevatio celebratur in dictis Martyrologiis Benedictinis. Sed apud Morcioneuses recolitur prædie sive xxvii Octobris, ad quem diem ista habet Molanus: Elevatio corporum SS. Eusebii atque Gertrudis. Inscripta etiam cum S. Rictrudie matre Adoni MS. Leodiensi S. Laurentii, Martyrologii Benedictini, Germanico Canisii et aliis. At translationem in novam ecclesiam, quam S. Vindicianus Episcopus in honorem Deiparae Virginis consecrabat, factam esse xiv Calendas Decembribus traditur in Historia miraculorum num. 4 quo die in pagi Belvacensis villa ex nomine ejus corrupto S. Isola nuncupata, celeberrime coli diem translationis, decimo quarto Calendas Decembribus ibidem num. 18 traditur: que inde descripta habet ad hunc diem Molanus.

7 Tristatur idem Molanus. Se ibidem scriptum invenisse, cœnobitas depangerat prædicatores quos-dam cum corpore S. Eusebii missis in Angliam, eo quod regnum illud ditissimos haberet incolas et erga Sanctos indulgentes maxime liberales. Sed B. Eusebia nec miraculis ibi clareret voluit, nec eleemosynis ditari. Unde Anglis nihil offertibus, pauperiores et confusi reliquerunt, et simul didicerunt, necessaria ipsis deesse non posse, nisi prius cœnobitalis disciplina rigorem desererent. *Hac Molanus. Mirans in Fastis Belgicus ait, quiescere illam Marchianis in foreto argenteo valde pretioso. Rayssus in Hieroglyphacio Belgica pag. 292 appellat thecam pretiosissimam et sumptuosissimam: de qua fabrica agitur in Historia miraculorum num. 13. Idem Rayssus pag. 411 tradit in Collegiata Ecclesia S. Petri Duacensis civitatis adseriri eostam integrum præclarissimam Virginis Eusebii, cum junctura majori manus S. Rictrudis matris ejusdem, in theca argentea vi-trum habente transversum in modum Crucis effigiem. Quod ex adscripto sequenti diplomate constat.* **F**

9 Universis præsentes litteras inspectum, Jacobus Doene, humilis Abbas monasterii Marchianensis Ordinis S. Benedicti, diocesis Atrebatenis, salutem in Domino sempiternam. Cum venerabilis et discretus vir Magister Petrus Manare, Presbyter, Artium Magister, Decanus et Canonicus Ecclesie Collegiatae S. Petri oppidi Duacensis, super familiare et domestici nostri ad dictum nostrum monasterium pie adfectatus, desideraverit, prout nobis ex ejus verbis immotuit, habere aliquas Reliquias de corporibus Sanctorum Dei Rictrudis et Eusebii Virginis, epus filii, ut per eis deus et honor dictarum Sanctorum in præfata ecclesia Collegiata S. Petri multiplicantur et acrecerent, sincere quo a populo ibidem venerarentur; idcirco notum facimus, quod hoc die datum præsentum, cum Reverendus in Christo Pater

*depositio in
prætoriis
ante*

F

*Cos' adseri-
tur Duaci.*

A Pater et Dominus D. Paschasius, Dei et sancte Sedis Apostolice grata Salubriensis Episcopus, vacaret circa translationem seu transpositionem dictorum corporum Sanctorum Rictridis et Eusebii, quoniam nostris cura et sollicitudine in domo nostra Abbatiali apud dictum oppidum sita, faciebat; priusquam de antiquis feretris in scrutinia nova, nostris sumptu et expensu conscripta, eadem corpora duceret reponenda, ipsa corpora seu reliquias, paucis sericeis conclusas et involutas discopernit et visitavit, ac presentibus ac adstantibus, qui aderant in hujusmodi translatione pro testimoniis invitatis, in testimonium veritatis monstravit et exhibuit. Ex quibus siquidem corporibus seu reliquiis pannis sericeis inclusis, videlicet ex corpore sive reliquiis S. Rictridis juncturam unius digitorum, et ex corporese reliquiis S. Eusebii costam unam cepimus et amovimus: quas partes seu portiones dictarum reliquiarum, a nobis et per nos captas et amotas, ob singularem devotionis affectum, quem circa cultum et venerationem dictarum Sanctorum, nec non favorem quem ad ipsum nostrum monasterium praefatus Magister Petrus Manare habere conspicitur, eidem realiter cum affectu libere dedimus et obtulimus: sub tamen conditione et promissione nobis per eum facta, quod dictas reliquias per eum a nobis gratuito ac munere suscepimus, in capsa seu vase aliquo honesto et decenti includere et reponere curabit. Presentibus adhuc praefato Reverendo Patre Domino Salubriensi Episcopo, ac Reverendis Patribus et Domini, D. Carolo Aquicinctensi, Augustino Arovasiensi et Joanne Viconiensi monasteriorum respective Abbatibus, cum pluribus aliis viris ecclesiasticis et secularibus ad ipsius transpositionis seu translationis actum evocatis et invitatis... Anno Domini MXXXVII Indict. x, die Jovis in vigilia festi B. Matthaei Apostoli et Evangelistae vicesima mensis Septembbris, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri D. Pauli divina providentia Papae in anno III.

Petrus Bonnenuyt Notarius Apostolicus et insignis Ecclesiae Collegiate S. Amati secretarius et scriba.

VITA

Ex codicibus MSS. Marchianensi et Bur-

gundico.

PROLOGUS.

CUM primum animum ad scribendum appuli, in hoc magnopere sudandum credidi mihi, ut, quæ opella ingenioli mei aliorum commendanda erant notitiae, nec obscurarentur sensu contractiori et sermone, nec fustilio essent profusiores. Malebam siquidem ex mediocritate plurimis consultum, quam ex venustate placere arbitrio paneorum: nec tamen idcirco viliori exceptu reprobari opusculum, et eam ex qua narrationis accipit emolumenitum. Liver enim juxta Crispum, acta virorum fortium tanto sint preclariora, quanto ea potuere verbis extollere preclariora ingenia; minime idcirco despicabiles halendi omnitudinis, quos obscuros reddit ex clarissimis actuum textus abundantioris, quibus offenditur disciplina grammaticæ artis. Nec hujusmodi scriptoribus successendum, quod non contigerit eis aliquando fontem lamuisse Caballinum, aut infra hicpitem sonniassesse Parnassum, et nescita aggredi præsumperint. Nempe post interdictum incircumcisus dominus Dominus ingressum, Doctrina Christi non constringitur regulis lionati: cum utique plus contulerit Christianitati simplex rusticitas piscatorum, quam exquisita urbanitas philosophorum. Et si est imperitus

sermone sed non scientia, ejus Doctrina per totum D pene mundum fides intonat Evangelica; qui usque ex MSS. ad tertium euclum raptus, audivit ineffabilis verba, non ut Africanus inepta somnia, Macrobii commentis eventilanda. Nauci pendendum ergo quid mendax Grecia, quid poetica garrulitas referat falsitatem ornata. Scilicet alienigenam prisca non prohibemur ducere lege: verum nisi prius raso capite ceterisque superfluis recisis, ducatur legitime, Syromastix Fines compellimus formidare. Servus vero ille nequam de Evangelio ideo damnationis aeternæ addic-tus est elogio, quia talentum intellectus terra mandare, quam celo malum destinare. Proinde cum haec mibi penitus non ignota, et his pro locorum qualitate inserta aliquantulum a legentibus comparare possent gratiam; mulci usitatis incumbere, quam exquisitis illaborare. Hic igitur auro obrizo pretiosior contextus narrationis, de vita et conversatione sanctissimæ Eusebii Virginis, quem compulsa obsequela fratrum caritatis, posterorum notitia transmittit scriptis: inhibens potissimum huic remuneratio[n]i laboris donari me a Domino ejusdem obtentu Virginis, quibus superabundo nocivis. Nec quemquam moveant quendam initio prælata, quæ minus videantur conductibilia, quia absque his non poterat exordiri narratio ipsa.

CAPUT I.

Nobilis et sancta progenies S. Eusebii. Ab obitu S. Adalbaldi patris vita monastica cum matre.

Franceorum regnum a primordio sui in status perfectione, multis angustiis floruisse, cum fidem faciant aliarum gentium et maxime eorum historie: ex hoc statim est probabile, quod strenuissimum Principum semper administratum est industria et virtute quod regni soliditas creditur fore. Siquidem ubi cum consilio sentit virtus, minima etiam res in maximos effunduntur proiectus. Suffragatus est modernis Christianis quoque religionis cultus: qui per Regem b) Ludovicum, agente S. e Remigio Episcopo Remensium, eis feliciter initatus, nunc usque augmentatur felicis. Quæ vero occasio fuerit susceptio fidei, vel Regi vel ipsi genti, suis in locis plenissimo potest inventari, cuius hic summam libuit titulare in indicium vel confirmationem nostræ narrationis. Quartus autem a Ludovico d'Lothariis ex avita successione regni suscepit moderamine, cum illud rexisset strenuissime quadraginta et sex annorum ferme tempore, defungitur c) Dagoberto filio reliquo sibi successore. Qui imperio potius nequaquam pietatis et consanguinitatis suorum oblitus (ut multis, pro nefas, abusivis est usus) fratrem, non tamen uterum, nomine Hairbertum assicavit in regnum, delegans dispositioni ejus pagus et civitates a Lageri flumine usque fines Wasconum. Quo ille donatus a morte Charibert rionare chas.

3 Sub ea temestate cum eventum varia occasione Wasconia et Francis et patiensibus fierentibus adalbaldus permeandi communitate; quidam Francigena, nomine Adalbaldus, non ex mediocribus quilibet unus; sed inter Palatinos Proceres potentissimus, incompli-tissimus in i fundis et mancipiorum redditibus innu-meris, visa ibi puella nomine d) Rictude jam nubibus contigua annis, quantum ad ingenuitatem nobilissimam

donata

anno 1337.

Auctor
magistri
styli excusati

*ex MSS
acut uozorem
in Vasconia S.
Rictrudem.*

A bilissimæ conditionis, animo in eam collapsus, nuptias petit a parentibus. Et quia erat, ut dictum est, opipatissimus dicitur et prosapia (siquidem mater ejus Gerbertha / S. Gertrudis, nunc in Hammatico monasterio a se constructo quiescentis, exitit filia) vi-

sum est parentibus memorata virginis non contraire petitionibus viri tam illustris. Fit ergo actus tum, quod Dei praesentie disponuerat fore fiendum, licet absque consensu quorumdam virginis consanguineorum. Et juxta morem sponsalibus datis, dotibus enumeratis in exemplum Patriarcharum sociantur, propagatur semen cui ab omnibus generationibus usque in seculum benedicetur.

B Nec sterilis puerpera in conceptione, peperit virum filium, m Mauronti nomine insignitum in baptismate, qui postmodum pro merito castigatae vitæ Diaconi etiam donatus est gradu et honore. Tres quoque filias ex eodem coniuge suscepit, n Clotsendem, quae postea in monasterio ejus Marchenensi praefuit, Eusebiam quoque et o Adalsendem, quae repudiatis carnibus nuptiis pretiosiorem his amplectentes virginitatem, meruerunt in terris vitam exemplificare celestem. Hos ergo parentes ad altiora contenti, cœpientes, et per se et per Deiservos sibi familiariter studierunt in lege Domini efficeri perfectos et prolabilis. Mauronto denique sanctus Sacerdos p. Richarins, honorum omnium præcōnio dignissimus, Pater spiritualis existit: Clotsensem Pra-sul q. Amandus, sua virtutum suarum quinqueversum notificatus, ex sacro fonte suscepit: Eusebiam r. Regina Nantidlis Coniuncta Dagoberti Regis. In susceptione autem spiritualium filiorum valuit oratio tantorum Patrona, quia eos et Deo reuididit commendabiles, et sui pro posse imitatores. Quantus enim erga Dominum eorum fuit affectus, indicio est miraculorum et virtutum per eos ostensarum effectus.

C Vir igitur illustris Adalbaldus, felicissimæ Rictrudis maritus, cassis quibusdam rei familiaris exigentibus, arripuit iter Waseonium versus, fatale sibi, ut post modicum probavit eventus. Nam inter itinerandum insidius appetitorum, quos supra diximus non assensio in ejus coniugium. Provaluit ergo iniquitas eorum adversus innocentem virum, sublatumque a nō bonorum oculis sicuti prospectibus divinis, in consummatione certaminis parem factum suo sanguine decoratis. Afflit illico conviventi obsequi famularum Dei, a quibus sibi debatum accepit honorifica sepulture locum, qui usque hodie moretus experiri, ejus pignora refineat commemardat sibi. Nec potius matribus filialis esse erat quod ita futurum ante erat praescitum. Que certissima facta de viri consummatione, licet tristaret pro sua viduitate; tamen letabatur in illius glorificatione: utpote quem sciebat stola immortalitatis candidatum, jam cum Christo regnare. Celebratis igitur pro tempore exequialibus officiis, int. consilium cum Philochristis, qui erant ei in secretis, de effectu sue salutis: inter quos B. Amandus consilii perspicacia et salubritate erat præcipuus. Cujus luctu et admonitione aggressa (quod etiam adhuc viro vivente, si humerum aliquid contingere, disposerat facere) decrevit se divino famulatu mancipari sub sancta Professione. Eligitur itaque locus huius preposito aptissimum, Marianas nomine, in monasterium super Scarbonyum situm. Quod, quantum datur coniecti, tempore junioris / Letharii, patris scilicet Dagoberti, extremum siderita B. Amandi et impensis fidelium, ad ea usque tempora florebat angustissimum, utpote in ejus opulatione plurimi videbantur operam dare. Hinc igitur locum venerabilis Matrona eligens quasi a Deo suo saluti oblatum, oblitus quoque secundum tres filias Virgines, desiderabi-

lem Christo thesaurum super aurum et lapidem pre-tiosum.

D At frater earum Maurontus seculari habitu adhuc potius corpore quam animo impeditus, operam dabat obsequiis regalibus, ut competebat officio et nobilitati ejus. Ipse quoque tandem adeptus pro voto cupita, abdicato omni seculari honore et pompa, a B. Awando insignitus Clericali tonsura. In monasterium etiam susceptus Conversorum more, multis quibus erat posterior ordine, factus est in brevi prior religiosa conversatione. Cui exemplar singulare in justitia et sanctitate, u. S. Amatum Dominus in collegium dignatus est addere, ut in eo haberet speculum perfectioris vitæ. Hic primum Antistes Senonensis apud Theodericum Regem, alterum suis temporibus Neronem in servorum Dei persecutione, de infidelite insimulatus et a sua Sede exiliatus, eidem Mauronto Dei famulo fuerat commendatus. Qui beatus vir in tot sibi occurrentibus adversis nequaquam corde obloctus est aut labiis, sciens quod omnis vita hominis super terram tentatio est in comprobationem sui.

E a De Francorum origine, sedibus et migrationibus regimus I Februario ad Vitam S. Segberti Regis § 1. pag. 100 et seqq. — b Hic est Chlodorus i, qui regnare coepit ab anno 470 aut sequente, Christi pœnum implexus anno 493, mortuus anno 509. — c S. Remigius consecratus Episcopus anno 457, mortuus anno 530, ut probatum est in Vita ad Vitam S. Vedasti § 2 et 3. — d Sunt interponendi Chlotharius i Chlodovici filius, anno 562 mortuus, et hujus filius Chilpericus anno 583 rido functus, cui filius Chlotharius ii successit — e Anno 528. — f Charibertus filius, cui Dagobertus concessit regendum pagum Tolosanum, Caturenum, Agenensem, Petracorium, et Sanctonium, vel quod ab his versus montes Pyrenæos excluditur. Ha Fredregius cap. 57. — g Quonamodū Vascones ribelles extulerunt Fyancis et suis domini, deduximus ad Vitam S. Adalbaldi 2 Februario, num. 17. — h Anno 837. — i Ejus dominia in Belgio ostendimus nonnulla § 2. ad ejus Vitam. — k Colitur S. Rictrudis 12 Maii. — l S. Gertrudis ridua et prænata colitur 6 Decemb. — m S. Maurontus habet diem nativitatem 5 Maii. — n S. Clotsendis dies festus est 30 Junii. — o S. Adalsenda sacer est 25 Decemb. — p S. Richarins colitur 26 Aprilis. — q Vitam S. Amandi dedimus 6 Februario, utdiximus hoc factu circa annum 640. — r Monachus Marchenensis in Vita S. Rictrudis osserit S. Eusebius Dagoberti Regis et Nantidlis Regiae manus de sacra fonte suscepit, circa annum 643. — s Circa annum 652 ostendimus ad ejus Vitam — t Ima junioris Chlodovei post obitum S. Dagoberti factum circa annum 645 ostendimus ad Vitam S. Amandi § xi. — u S. Amatus colitur 13 Septemb. — x Post receptionem a Theodoro regum anno 670

CAPUT II.

S. Eusebia praefectura monasterii Hammatici.
Obitus, translatio.

Eodem tempore sanctissima Gertrudis, cuius mentio halata est, imprintis in monasterio Hammaticensi sue dispositionis natura concessit debitum, ex spe diutina activa exercitationis assumpta, ad emeritam contemplativa requietionis. Cui loco regiminis a successit Virgo prudentissima Eusebia, ejus pronepatis, rotata quasi ter quadriennis Quapropter mater præcavens ei adversus astus persuasoris nequisissimi (necum iam latebat, quæ sint ejus machinationes contra iei etiam annostate jam maturores, nedum Virgo fragilis ejus obniteretur versutiis) jussit eam sibi accessiri, secumque voluit in monasterio conversari. Illa agnita voluntate matris, imperium ejus renuebat omnimodis. Tentatum est id secundo et tertio, sed inventa qualis et primo. Proinde mater compulsa est per internarios potestatem h regiam appellare, voluntumque consequitur ex rescripta consignatione, quod licet ei in illa ius maternum exercere. Legatione misa denuo cum regali edicto, illico invita assensum præbet Virgo: assensusque avice loculum et de Reliquis inibi conditis Sanctorum, prout illi est visum, cum omnibus suis seedit ab Hammatico ad Marianense monasterium. Tota olviam processus Congregatione, excipuntur Sancti cum cereis et thymia-materis et psallentum choro, ac deferentium eos affectu et amore debito.

F At mater ex spe rem adepta, quot diebus agere cum

S. Maurontus
a B. Amanda
allorsus degu

x cum S. Amato
Epic.
Senonensi
exule.

S. Eusebia
duodecimis

a praefictus
monasterio
Hammatico

a matre,
cunata,

b multa migrat
ad Marchia-
nense
in monasterium

m
gignuntur ex
ets SS.
Maurontus
n

o
Clotsendis,
Adalsendis
et Eusebia

p
q
r
a Nantidis
a sacro fonte
suscepta.

s. Adalbaldo
occiso.

t
S. Rictrudis

ex consilio
S. Amandi.

Noricianense
monasterium
ingreditur
cum tribus
filialibus.

A cum filia, ne aliqua de redditu animo ejus insideret molestia : deleret potius primam voluntatem secundam ; disceret etiam humiliter subesse : non aliqua fastus aut secularis rei cupidine velle preeesse. Verum illa nihil in eo proficeret in quo vincebat desiderii magnitudine, in alio vero igni oleum addebat : quia quod plenius ardedit, plenissime accendebat. Quid plura? Non poterat ab animo ejus expungi, quod reciprocus amor quotidiano desiderio innovabat sibi. Diebus et noctibus bæc erat omnis intentio operationis ejus, ut competentem effectum affectui suo tribueret Dominus : satisque faciens animo, cum hoc non licet alio modo, surgebat in tempore noctis silentio, relicis pro cautela minus perpendidi ante lectum sandaliis : juxta quid conditum convocans c. S. Amatum Episcopum et monachum cum quibusdam aliis quondam sue congregationis, recurrebat ad desideratum propriæ prævisionis monasterium. In quo pernoctans celebritate vigiliarum et orationum, totum etiam diurni cursus implebat Officium, sic quod reinebat aut in ipso gallicio, ant diem pronuntiante lucifero, ut etiam ad vigilias Fratrum interesse collegio. Nec gravata eam quilibet asperitas frigoris, quamvis incederet

B pedibus nudis, essetque tenerrima astatis et corporis : quia pene impossibile efficit possibile vis amoris.

jussu matris
virgo
corripitur :

9 Nec vero latuit res diutius : fuerunt qui banc deferent maternis auribus. Quia illa cognita, iterum et per se et per suos comminationes exhibens et blandimenta, cum cassio labore sua videret consumi conamina, virgis compescere ejus infantianam proficiunt rata, imperat germano ejus Mauronto sua in hoc exequi jussa. Quo obsequente non ex consensu crudelitatis, sed obtenuit castigationis, subditur Virgo adjudicatae corruptioni. Sed dum inter verbera hac illaque declinando eludere ntitur ictus, capulus gladii, quo qui eam tenebat forte erat accinctus, lateri illius est illitus. Quæ illisso adeo inflicta est gravis ut hac occasione saepissime extussiret quamdam feculentam commixtionem sanguinis, ac in testimonium patientiae et subjectionis non careret hac passione usque diem sua deressionis. Ferunt aliud quoque tuu contigisse : a flagello, dum illa corriperetur, excessum virginalem terræ inhesisse, et absque ullo succi incremento protinus fronduisse. Est apud vulgus hoc quidem in opinione, quod ab eo ruminatur ex antiquitatis traditione : et mirum cur qui alia scripsero, hoc en modo posteriorum subtraherant notitiae. Hac eternæ causa quibusdam videatur incredibile, sapientibus autem paleto cordis minime, quia scium et in hoc illum valuisse, ad cuius nutum virga Aaron jam dannata ariditate potuit non solum reviviscens florere, verum etiam germinans sui seminis, fructum proferre.

quarum
particula
subito
frontes, i.e.,

imperato
matri
facultatem
B. intratrum
redendi:

C 10 His et similibus mater certificata nequaquam hæc fieri absque voluntate divina, accersit Episcopos et Abbates, ut eorum consilio acciperet, quidnam ageret de filia. Qui in omnimodo adhortationis sibi vicissim succedentes, cum de flectenda Virginis constantia omnis eorum eluderetur spes, dant consilium matri relinquere illos sue voluntati. Annuit illa licet invita; quod libenti animo amplectitur ista. Fit ingens gaudium pro concessso redditu omnibus suis : sed et aliquantulus moror pro separatione fraternali sollicitus, per quam vacante intercedente ex duabus quasi unius erant congregacionis : quod tamen instantia temporis patiatur. Osenla multiplicantur, alterna commendatio ad Dominum affectuosa imprecatione iteratur : quæ oīnma extremo vale finiuntur. Commeatu interea apparato ordinatus, confirmata matris benedictione atque ut in proposito permaneret, adhortatione, cum sibi faventibus solvit abire. Precedentibus itaque sanctis D

comitibus eorum exultationis, veniunt ad sonum non ^{ex MSS.} jam cœnobium, sed diutina solitudine quasi quoddam neglectum domicilium, continuo religionis cultu ex unanimitate inhabitantium efficiendum protinus habitaculum deficiarum. Quis etenim reserre sufficiat, quæ ibi deinceps virtutum coauerint increments? Fervebat ibi caritas nec minus obedientia, assiduitas in continuatione orationum, similiter vigiliarum, et ut ita dicam, erat illic conciliabulum omnino virtutum.

11 Exemplabatur enim in capite, quid reliqua ^{præstatibus} membra dignum ducerent imitari vel agere. Ipse si quidem animus, Virginis prudentissime ex morum qualitate et habitus sui dispositione imitabilem so præstabat in omnimoda virtutis specie. Prudentia in ejus verbis et actis, justitia in discernendis iudicis, temperantia in concessis, nedium in interdictis, fortitudo in adversantibus sive prosperis. Et quid opus inferri speciale, ubi adesse illud fidem facit premissum generale? Istæ enim quatuor virtutes, etiam sapientium seculi auctoritate omnibus notantur excellentiores : quibus reliqua supponuntur ut speciales. Si quando necessitas prelacionis cogebat eam secularibus interesse negotiis, nihil penitus ex his ipsius habebat animo, cui denegabatur ipsa etiam habendi voluntas et cupido. At no cui sit fastidio prolixior æquo bæc ethica contexio, utrum hoc comprehendiosatis epilogo : nullum omnium nostrorum fere temporum in hac gratia excellentium sic obtinere posse virtutes singulas, quomodo illa obtinuit universas : quas ut promererit elaboravit, ita et oculea studuit.

12 In hujusmodi itaque exercitis d septem minus tricenis vitæ hujus transcursis annis, cum ex divina præmonstratione præscisset diem sue glorificationis instare; convocat omnes, qui sub se militabant in sancta Professione. Et quamvis molestum scirot fore futurum, indicat tamen accelerari sibi transitum. Mortatur eos in caritate fraternalis permanere, propositum illudatum inviolatunque custodiare, obedientiam exequi promptissime, nec desperare de divina providentia, licet illis sua subtrahatur præsentia. Cumque consolatus eos his et hujuscemodi multis reddidisset, atque commendans illos Domino ultimum vale dixisset; repente dominus, in qua decumbebat, tanto luminis irradiata est splendor, quantum vix unquam humani oculi potuerint videre : aut si viderunt, ut et illuc stantes experti sunt, minime quinverunt sufficere. Quo abscedente, patuit causa præsentie. Nam felix illa anima carnis utique intemerata, Spiritus sancti gratis cooperatrice, ergastulo soluta, cum eadem claritate assumpta, sponsi celestis obtutibus assignatur, in fidissima virginitatis cyclade candidata, et pretiosissimis virtutum moniliis compita : ubi organizans cantuum immaculatorm, agnum sequendo tripludiat. Quis ibi continuo incerevit Iectus ex eventus et morioris auctoritate humanus animus compatiendo facile intelligit, ex ipsa quotidiana consuetudine inter multitudinem eventus hac miserabilior conditione, licet in talibus sit gaudendum potius, quia pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus. Tunc ex more funeralibus obsequiis exequatur, feretro imposita in ecclesiam, nomini et honori Apostolorum Petri et Pauli consecrata, defertur : ubi non sine iterato suorum genito et planetu in spacio Resurrectionis terra ferro mandatur.

13 Ipsa autem Ecclesia, quantum ad loci dignitatem et sui principialitatem, prorsus angustissima, adeo erat incompetens, ut tanti thesauri retineret pignora. Quædam vero nobilissima mater-familias, nomine Gertrudis, relata eisdem Ingomari, viri sane

^d
prædet diem
pro officiis;

^e
adibus relecta
lucis illustrata,

^f
mortuus

repellitur.

e
sane

*trans seruos
ad novam
ecclesiam*

A sone illustris, et ex seculari facta monasticae conversationis. Christum querendo consolorem suam viduitatis, pro vita merito praefecta est illi, locum obtinere regiminiis. Quæ cum alia disponeret prudenterissime, nitebatur omni ea in parte locum nobilitare, scilicet ut augustus templum edificaret: quo beatissima Virginis Lipsana transferret. Deputatis itaque pro posse impensis, cum opus illud urgeretur diebus singulis, tandem ad fidem usque perductum, suo tempore est dedicatum. Tunc invitato Atha quodam sancto, ut creditur, viro, Patre cœnobii Atrebatenus cum convicinanum maxima frequentia utriusque ordinis, sed et personarum exteriores decreverant in commune solennes letanias agere, tridiano jejunio intercedente: ut divina clementia dignaretur palam facere quid sibi placitum foret super transferendo virginis corpore. Jam tertie noctis celebros agebat intus vigilie, ex eis duarum pari devotione, et eis quibusdam visum, quorum ad id singulare erat meritum, quasi missam manum hominis, quæ conando evocare seculorum Virginis, immobilitatem amorem se eorum votis. Illico sublata omni dubitate, levantes sacras reliquias, alternantibus choris modorum sub alterna modulatione, ab ipsa in novam basilicam detulere, ibique Missis celebratis, in designato loco recondidere. Qui quamdiu excommunicato pignore est perfundit vivere eam, per quam vigebat, meritis et virtutibus est expertus, convalescens entibus inibi quacumque valetudine oppressis ad laudem et gloriam omnipotentissime Deitatis, in unitate Trinitatis, nunc et in secula seculorum permanentis. Amen.

a Circa annum 655. — In Chlodoveci 2 filii Dagoberti, in carmine proprio Dagobertus exprimitur. — e Quisnam est in Octobus maura S. Anati et arches ut supra hinc probatum. — d In carmine legitur hic deus et Iridis omnis, seu 23 anni. — e Iniquum fuisse prædictus et patus, Comes Veromanduinus in tempore regis a S. Auditu. In Vita S. Ethili Episcopi Aquitanus. — f Atha, alia Nota primus monasterii S. Udrizi apud Atrebatenus abbas constitutus anno 680 ac sequente 691 solenitate a S. Vendelino consecratus: mortuus credulit Karlsruhe Februarii anno 710. Consulte a nobis dicta ad Vitam S. Verdisti in Febr. pag. 588.

ITEM II CAPUT CARMINE EXPOSITUM.

t Ut nituit primis gliscens virguncula gestis.

b Indolis egregia: felix Rictrudis amore
Accumulata, subi documen dabit his incundi
Moribus ornata, se facta prædixire, vitam.
Quidquid votorum fuit hoc, ne quis foret horum
Exors aeterni meito canamini regni.
Ac velut est moris, quibus est ea cura, docendis
Concevisso seios in qualibet arte magistris,
Plenus ut poteat quod tecta scientia colit:
Sic ubi cognovat aliquem quem diva hebat
Actio natorum, quoniam perspiciebat agendum
His exerit, illuc mittet, ut illuc
Summet effectum perfecto vera capitum.
Adiectu simili simplex Eusebia, castis
Imponis avia Rictrudis justitiae
Institutione: Praebatu fuisse resurgent
Illa monasteriu, quod quondam divate voto
Extrusis datum, ut verum fama fatetur;
Hammaticum vocitat præsens ex patribus actas,
Hic erat illo saeculo conuentus, et Ordo magister
Adversus vitia domitor, scilicet caterva
Contentptrix; avia cui decessente, beata
Unguentum Virgo: nec erat quis, qui foret in hoc
Adversans, omnes uno sub nomine a vocis.
Dom his lumen tenet agitaverat illa Decembres:
Hic hec notitum sit inops et consiliorum,
Et quacumque sibi post possint esse saluti,
In quamvis partibus proclivis, nescia sortis
Mensuræ quoque suo; non haec tamen illa cavere
Nescit; major erat annis pudentia montis,
Vincebatque senes annos actio solers.

c claret
intraculus:

*A. S. Rictrudis
Ubi
canonicudan-
tur prefec-
Magisteris.*

*S. Eusebia
dolere prædicta
S. Gertrudi
magistri*

*ta. Hammatico
monasterio,*

*a
et successu
doucentum,*

*supra ratione
matura.*

2 Vi superante, locum linquit quem noctu regendum.

A Et stupet ad factum mater Rictrudis, ut ausum
Audiit illius, metuens quoque præcavet illud,
Quod non tuta fides, ubi salvior hostis adurget,
Cum b sit in hoc aeo vitiorum fax c adolescenti.
Imperat accersit; mandatum dirigit illi,
Ad se contendat, ac non sua sponte relinquit.
Itur, desertus legatio, commemoratur
Matris ei velle; sed denegat illa subire.
Tentatum crebro; sed nescit Virgo secun lo
Detrudi pulsu, primo stans nixa repulsu.
Judicio Regis Dagoberti Res ea juris
Deficit editio, compulsa a matre relatu
Caussam deserere: cui statim Rege favente
Mittitur Eusebia. Non differt accelerare
Haec, licet invita: discedens, pignora sacra,
Gertrudisque suæ loculum devectat ab inde.
Subsequitur chorus omnis eam, plebs ipsa regenda
Nuper suscepta: sat justum quippe probabat
Omnimodis pietatis ei solatia ferri.
Vix pauci residet: sed et his placet officiales
Ne desint cursus, deserte turve locellus.
Nec mors progressus: ubi ventum, suscipiuntur
Landibus bymisonis Sanctæ comitatus herilis,
Affectu merito pietatis ut exigit ordo.

*b c
Iustia matris
revoleta
permanet.*

*e in Chlodovi-
vet.*

*additio imperio
Regis:*

*intra venit sed
Marchante
monasterium.*

E

3 Non valet ex animo deleri sancta cupido.

C esserat in votum pro nata sollicitudo
Matris, sublatis reliquis haec ultima curis.
Delendam penitus ejus spem d' velle prioris.
Hac etenim reside frustra conamen adesse
Tractatuni, dum semper adest fierique perniget
Hoc animus, quod spes optat, speratque voluntas:
Fit labor hinc expes, casso conamine mater
Id tentat: non haec vento quiecedat arundo,
Immitens solidae perstat fundamine petrae.
Alternis vicibus animus hinc sufficit unus.
Terrores ridet, et blandimenta perhorret.
Non est vis ulla, quæ mentem semper aniatam
Auferrat aut minuat nisi permutatio sola.
Cunque satis sibimet aliter fecisse nequiret,
Imperialis dñe peragat sapientissime nocte:
Acciuit siquidem, similis quos ardor eidem
Conciliabat (Anatus erat venerabilis in his
Jani dudum Praesul, tunc vero monachus exul)
Hammaticum properabat, ibi divina gerendo
Pernortans, toti supplet solvenda diei.
Non in eundo mora, quamvis vestigia nuda
Altatis teneræ possent incepta gravare:
Frigore vel modico leviter quamvis adinsto.
Denique pre lecto, dum discedebat ab ipso,
Haec tegumenta pedum linguebat, ne foret horum
Quodlibet indicium, si dissentiens pavimentum
Caleens erraret: quod si par illud adesset,
Forsitan absente sole mentiretur ibidem.
Lucefer ut Veneris sumetus vice prædore terris
Mutatam e (de qua sat congruit etymologia)
Nominis, ex tuta qua designatur ab hora)
Haec, nox divinis qua cultos religionis
Exenbat, Hammatico digressa redibat, et ancto
Ex sociis numero, psallentes inter agendo
Abilebat factum, sic naturando regressum:
Abilebat: verum tenuis scintillula tantum
Accipit augmenti, quantum dat cura fomenti:
Vix modo visibilis jam servit lumine multis.
Hinc Evangelium sonat, hand præstare profectum
Tectum funale, quod f si fors urna pateret.
Magnum g, dum multis micat hinc scintilla salutis.

*d
effectu degu
Hammatici.*

*nocte cum
S. Amalor et
altis:*

F

*eo ab aliis
pedibus et
frigore,*

*rever. manne
cum aliis
Officio diu no
intercessi*

g

Verberibus

A

4 Verberibus torta, nec sic devincitur illa.

Virginis affectus talis sub amore negoti
Insinuatus erat Matri : fuit amplius illi
Atque sibi, verbis nil suffragantibus ipsis,
Ac decuit dignus citius restringere iusus :
Tental verberibus grassans expellere virus.
Virus credebat quo virtus sancta vigebat :
Cor perscrutatur Deus : ast homo carne tenetur,
Cernit confusum, ceu mentis motio, vultum :
Sed non discernit : Deus hoc proprium sibi fecit.
Dicitur, (et vero sit proxima dictio) toto
Nisi cruentis furari menbra flagellis,
Virginis illius capulo gladii latus : illo
Forte erat accinctus, hanc qui sastollere jussus.
Visceribus tortis intruseus, exteriori
Vulnere quassatae, crux emanabat ab ore
Ejus percepit sputo permixtus, et usque
Extremum vitæ hæc fertur tormenta tulisse
Hinc renitet signum, quod non est præterendum,
Unde vivere potes et inest quod tollere debes.
Nempe flagellata, post vulnera postque flagella,
Martyr Eusebia, pietatis nomine compita,
Alloquitur fratrem, super hac re conqueritatem:
O Germane, viam quid in hoc queris spatiōsam?
Lucentes tenebras cernens, miraris et istas :
Invenies aliam, quam dicunt scilicet arctas
Quid faciat dextra, non debet scire sinistra.
In tenebris sanctus lucem petiit Nicodemus,
Lucem, que verax terras perlustrat et astra.
Joseph justus erat et justitiam simulabat,
Occultusque sua prudens benefacta tegebat.
Sed Salvatoris nocturno tempore nostri
In montem facta pia nos oratio salvat :
Servula cuius ego, cuius vestigia signo,
Ipse meum speculum, simul exemplar venerandum:
Quo faciem hæc miror, quo menteum demque purgo :
Ipse prior sanxit quod alumnos vult operari.
His dictis, sumptum, Domino couisa, flagellum,
Atque solo fixum (dictu mirabile) siccum
Protulit in viride folium novitatis honeste;
Virgaque porrecta larga distenditur umbra,
Et monet haec testis tanta virtutis in annis.
Mox stupet attonitus frater, veniamque precatur.
Indulgetque soror prudens Eusebia Virgo.

5 Annuitur redditus quia non vult esse
retentus.

Fit mirum matri quapropter filia tanti
Penderet affligi : stupet ad miracula facti,
Nec sibi jam per se consultum sat putat esse :
Accersit quoque, quis vulgar religione
Percelebres fama, narratur in Ordine causa.
Consilio placet his uti, mentemque puellæ
Attentant rursus; hunc constantia cassum
Tentamen; veluti narretur fabula surdo,
Concedunt victi : dant quod stat mage matris
Cenaculum; Velle linquatur ut ipsa, suoque
Arbitrio, quando non quit divellier ipso.
Annuit illa, licet invita, quod accipit ista
Exultans : celebre fit hoc sautoribus hisce
Quis Praelata fuit, et adhuc prodesse valebit,
Congaudient animis accepta spe redeundi.
Hinc tamen affectus patitur, quod dissoientur.
Hic amor haud fictus fuit his plenissime, cujas
Verax unitur vero vegetamine virtus
Sancti Iosephus; dum multi sunt velut unus
Enīsu, quovis qui sine notetur honesti.
Finis honestatis jus sacre religiosus,
Quo perfecta bonum summum dat; credimus istud
Esse Deum, quem qui sapuit precellere novit.

iusta matris
verberatur :capulo
iuditur :

h

excusat se
S. Mauronto
fratriflagellum
solo irrgu-
mox froni-
ducens :in toto
proposito
peritume. comito
virorum
prudentium
permittitur
redire
Bainmaticum

B

m Omne quod est, esse potuit, quandoque valebit. D
Interea totis servet discursio tactis
Accelerans redditum; referunt sacra xenia secum,
Ipsum videlicet thesaurum Reliquiarum.
Præcedunt illæ: succedunt hi modulante
Consensu vocum, quem temperat altius actum
Applaudens animus, talis concordia cantus
Continuator, eum quo fert iter usque locellum,
Usu nuntato prisces reparatur et Ordo,
Ab his, condigne locus instauratur agendo
Religionis ad officium, columenque manentum,
Publicis res, illa studiis ferventibus acta.
Accepti cumulum perfectius interiorum,
Atque bonorum tune locupletius exteriorum.
Illa sagax dispensatrix, utrumque heatis
Exemplis socios callebat reddere cautos ;
Victu consulere, vestitu quando necesse ;
Sobrietas, pietas, patientia grandis in illa,
Judicunque comes discretio, mansuetudo
Non minor : obloquiis nunquam devicta fatiget ;
Nil docuit verbis, quod non monstraret et actis,
Et ne multa loquer, aeo prudentia major
Quinigena virtute probam perfecorat illam.

reversa locum
instaurat :privatus
exempla
virtutum :provides
diem mortis,adhortatur
ratiadibis evocat
luc
illustratus,

moritur :

a sponsio
thrato
coronatur :

immixtus,

6 Migrat hospitiis prudeus Eusebia carnis.

H

is incrementis his denis et tribus annis
Accumulat merum, quod ultra scire profectum
Carnis sudorem parit, hinc conditor ipse
Abbreviat requie, quo profunda latore,
Præscit hor solers industria. Flamine sancto
Inspirante, refert propriis, quantocuyus ab his
Anferri sese, sed non diffidere: quippe
His conservandis praesentem vim Deitatis.
Sunt memores tantum mandatis invigilandum
Eius, sic posse mercari premia vita ;
Intenerata sui conservant intima cordis
Illecebris seculi, que tradunt perditum
Inflavitas unimas his colluvionibus usas,
Finierat solando suos herbarior : at hos
Iuvavit subitus terror, nam cæditus actus
Splendor, horrifice tota dissimilitudine adeo
Qua deenim hæc era: præsentum lumina tanta
Lux vicit, trepidi nequem discernere quid sit,
Domæ lux cedit, cum qua cedente recedit
Spiritus Eusebii pars, saer, intemerata
Hospitio carnis, qui conjubantibus hymnis
Carminalibus novis in laudem virginitatis,
Ocurrente Spino, exstis complexius nitro
Ipsius assertur, quos virginitate meretur.
Vestitu, cychade super olorizo radiante,
Lanrea condecorat caput in quo lilia vernant,
Pectora dragma incaet, quam viva smaragdus

innumbrat.

Tunc seho sponsi propior, miratur olympi
Sub pedibus culmen, sub se splendescere cœlem
Lumaremqe globum, vel que sunt optima rerum
Terrigenis: antiquum Beemoth videt in veteratum
Crinibus, pro se ferventi folle tumore,
Quod lucrum suudet non enim pereundibus augel
Reges. Magnates, proceres in honore tumentes
Ridet spe vanæ pasei, qua i gloria mundi
Perpetuo tribunatu eis; qua si breviori
Tempore permanit, non et sine fine manebat.

7 Quid proprium meritis hæc uinciscatur
in altis

H

incidepta suis moritis discreta vicissim
Præmia, euclitibus summis sociata resultat.
Cui pudor ingenuus, coelebs, deeu addidit istud.
Audet Apostolicas arcas hæc scandere, ductans
Plebeculam præ se numero quinvis breviore,

Attamen

comparatur
cum Apocalypsi

A Attamen electam, pro qua mercando coronam
Invigilavit, agens exemplis ad potiora.
Quid cum Martyribus? Est testis passio, quantus
Hinc niteat titulus, quamvis sit maxima virtus
Illecebras carnis luctamine vincere mentis.
Cur, cum Martyribus sic sit conjuncta, negetur
Hunc Confessorum paritas? probat istud enigma:
Omnis Martyr, Confessor: non sic quoniam Martyr
Omnis Confessor. Si vincitur hoc, resipisco
Dicere, quod meritum huc associetur et illis.
Inter virginas fausto pede Virgo choreas
Tripadias, hymnum dicit cantare novellum;
Quem Sion illa canunt comitantia laudibus agnorum
Millia centena, decies bis bina, quaterna:
Nec valet hanc quisquam modulari doxologiam,
Quem non integritas vitae docet hoc alagema.
Hoc nathanasia perpetuat, quod o anastasis optat,
Extasim haud patiens, sed que verissima cernens
Post obitum carnis; enim duplex gloria justis,
Injustis contra duplex augenda gehenna.
Tunc decies decuplum proventus semine fructum
Accipies, Virgo; nunc sexagona tenet
Præmia, jam requies, non expectare labores.

Martyribus,

Confessoribus

Inter Virgines
Virgo
tripadiat;

n o

Sepelitur in
Ecclæsa S.
Petri:

B 8 Conditur Ecclesia Petri sub honore dicata.

Spiritus in celis haec mercede beatur: at ipsi
Artibus in terris jam lex impensa fumebis.
A tiensi studiis liberalibus traditus est. Tanta quippe facilitate divinae pariter et humanae philosophiae fluente potavit, ut dubitandum non esset, eum intrinsecus doctorem habere illum, de quo Apostolus dicit: Ego plantavi, Apollo rigavit, Deus autem incrementum dedit: maxima quia cum spiritu scientiae clarescebat in eo spiritus pietatis et timoris Domini, a quo Sanctus omnis ad sapientiam ascendere incipit, sicut scriptum est: Initium sapientiae timor Domini. Hoc perpendens vir venerabilis Hildebaldo, qui tempore illo Pontifex erat ejusdem Ecclesiae Wormatiensis, et prudentem adolescentem cognoscens ex studiis ipsius, sicut Scriptura dicit: Ex studiis suis cognoscitur puer, utrum munda sint opera ejus; gaulebat in eo spes bona, reputans quod homo hic utilis foret sanctae Ecclesiae. Erat namque idem Pontifex ejus benevolentiae, quam in Propheteta Spiritus sanctus insinuans: Dicite, inquit, justo, quoniam bene, quoniam fructus ad inventorum suarum conendet. Et in Evangelio Dominum sibi siccisse noverat: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem. Itaque sanctae Ecclesiae prospectum esse cupiens, et in ea, cui praerat, Sede jam paratum sibi a Deo sperans successorem, bene agentem condigna laude confortare studebat. Denique defuncto tunc temporis ejusdem Ecclesie d' Preposito, protinus hunc subrogavit. At ille Sanctus et Verus, qui habet septem stellas, qui ambulat in medio septem candelaborum aureorum, in nlio armamentum sui loco stellam istam figere, et super alterius Ecclesie candelabrum lucernam istam ponere dispositus.

3 Proinde ut longius innostesceret, qui longius erat expetendus, Otto Romanorum Imperator tertius, de viro illustri, quis vel qualis esset audivit: et inclinante cor ejus Deo, sicut scriptum est, Cor Regis in manu Dei; adeo viri probitas illi complauit, ut cum suo lateri sociaret, primumque Cancelarinum sibi constitueret. A quo etiam persuasus hic Beatus, jugum Domini, scilicet Presbyterii honorem, alacriter suscepit, socio e Brunone, qui postea Romani dignitate pontificii functus est. Attamen tunc idem Bruno, ut Presbyter fieret, non cito acquevit, humiliiter excusans veluti majorem suis meritis accipere gratiam. Sane uteque landabilis, et hic qui animo alacri cito acquevit: et ille, qui primo stupefactus, rem ardum refugere tentavit. Nam et Centurius, qui dicunt sibi Domino, Ego veniam, et curabo puerum tuum jacentem in domo paralyticum; respondit, dicens: Domino, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus; statim ab eodem Domino secundum fidem suo humilitatem induxitur est: et Zacharias, qui dicente illo, Zachree festinans descendit, quia hodie in domo tua oportet me manere; statim festinans descendit, et exceptit illum gaudens; secundum caritatis suae beatitudinem dignus iudicatus est, cui diceret Dominus: Quia salus hodie hinc domini facta est. Verum hic quoque, qui Presbyteratus officium rogatus, cito, ut iam dictum est, subiit, adhuc excellentiorem Pontificii gradum, postmodum sibi oblatum, suscipere humiliiter recusavit. Desumpto namque paullo post Ecclesie Wirzelburgensis Episcopo, optabat Imperator, ut illi subrogaretur. Recusavit, ut iam dictum est, indignum se profitens, et in fratrem suum, nomine Henricum, tamquam soipso longodignorem, novam eamdem transferri obtinuit electionem. Factumque est: frater ejus Ecclesie jam dictie presedit; ipse autem in humilitate et dilectione sua, prefluito sibi a Deo tempore et loco servatus est. Interea Romano Pontifice defuncto, jam dictus Bruno Sedi sortitur Aposto-

licam, agnominatus f Gregorius, vixitque in ea annos ferme duos, et menses novem, undecimus supra Brunonem alterum, qui et bonus g Leo dictus est. De isto, qualiter a Romanis Imperatori rebellantibus, primo h expulsi, ac deinde i veneno perempti sunt, quoniam ad rem presentem minus attinet, nunc omittentes, potius propositum prosequamur.

a De hisce annis supra actum est. — b De hoc Iudro nihil in antiqua vita legitur. — c Erat Wormatia jam tum Imperii Germanici urbs illustris, ita antiquae Gallie, Notitia Germanica primus adscriptio, et urbs Vangionum dicta. — d In priore Vita, dicitur Episcopus cum ceteris sui praefecisse obsequiū, idque cum Ruperti — e Bruno, Dianaro ih. f Ducis Ottonis filius, nepos Ottone imp. otius sobrinus uul consanguineus. Juventus Wormatia nebe Vangionum studuit: hinc uero epitaphio dicitur:

Lingua Teutonica, Wangia doctus in urbe.

f Gregorius v crevta anno 996 mortuus meuse Fehru, anni 999 cum ante fuerit Episcopus Verdensis in Saxonie inferiore controvertitur — g s Leo ix Papa ex Episcopo Talleus creatus anno 1039, mortuus in 1054, die 19 Aprilis, Martyris. S. Leo ix. Inscripsit. — h Intrau Antipa, Joanne xvii, Episcopo Placentian. — i In violento ejus morte nihil aliud legimus.

CAPUT II.

S. Heriberti electio et consecratio in Archiepiscopum Colonensem.

N on multo post Colonia metropolis viuula facta est, defuncto Evergero ejusdem civitatis Archiepiscopo. Ecce antea dum eligere conantur successorem, sciderunt unanimitatem, Clerusque et populus graviter dissentiebat ab invicem. Nam alium Clerus, alium que sua electione poscelat populus: et intantum processit partium diversarum conflictus, ut prope ad arma concurreretur. Itaque velut absente Jesu, navicula in medio mari jactabatur fluctibus. Sed laborantibus velocius succurrerit ipse, et venit ad eos supra mare. Nam is, quem non probante populo Clerns eligebat, videlicet Wezelinus, dominus S. Petri Prepositus, repente silentium flagitanus, per voluntatem Dei sic omnes alloquitur: In caussa ista, Patres et Domini, non sua singuli, sed pariter ea querentes que Domini sunt, melius quoad possumus ineamus consilium. Nam praesesse vobis nec ipse cuiuspius, nec alteri in video: sed in hac re liber ab utroque, scilicet invidia et ambitione, alium vobis notum designo, qui dignus sit, videlicet illum Heribertum, valentem secundum Deum et secundum seculum, utpote Christo devotum et Imperatori carum, Solvamus ergo item, in hiujus dignissimi concedendo electionem. Vix ille haec dixerat, raptimque ex ore ejus, Heribertum universa turba clamabat. Una omnium vox, una voluntas, quos eatenus discordantes, nunc miro modo in uno absente homine vinculum pacis alligabat. Ita Domino imperante, cessavit ventus, et tranquillitas facta est. Hujus vero tranquillitatis tam celerem eventum magis memorabilem nobis facit ahorum temporum sive locorum nonnumquam audita vel visa tempestas, ubi quodammodo dormiente sive absente Jesu, non ante motus maris sedatus est, quam multis animalium, imo et corporum rerumque ceterarum periret ac prosligaretur numerus. Nimurum justo Dei iudicio propter peccata inhabitantium, ubi tale quid accidit, asserendum est. Nam quod naviculae Coloniensis Ecclesiae, dum illis discordia fluctibus jactaretur, tam cito ne ad arma perveniretur, subventum est, misericordia Divinitatis asseribi debet. Porro meritorum hec viri in hoc quoque evidens adstipulatio est, quod oblatum ad electionem nomine ipsius, animosa Cleri et populi discordia quiete, et pax redditia est. Subtiliter namque attendentibus res ipsa loquebatur, quod mitteret illum Princeps pacis, lapis angularis, et pax nostra Christus, qui fecit ultraque unum: qui inimicities interficit in semetipso, et per sanguinem suum pacificavit omnia, quae in celis et qua in terris sunt.

7 Igitur cum praesentia Domini electio memorabiliter

dan Gregorius
v Papa.

S. Leo ix

in schismate
Ecclesiar
Coloniensis
E

proponitur
et elegitur
Archiepisco-
pw.

cum pace et
concordia
omnium i

A liter celebrata est servi fidelis, et haec tam a Deo quam ex hominibus continuo testimonium laudemque habere meruit. Siquidem et Imperatoris supra memoriati cor jam teligerat manus Domini, ut per hunc virum sedaret jam fama compertos sibi motus civitatis discordantis. Nam et cum pecunia tentaretur ab alio, quem (ut jam supradictum est) acclamaverat dissensio populi; ipse responsum differens, contemptumque oblate pecunie dissimilans, haec interim a territorio Beneventano, ubi tunc temporis commanebat, manu propria beato viro scripsit, tunc Ravenne cum civitatis ejusdem Antistite jussa ab Imperatore negotia peragenti: Otto Imperator Augustus sola Dei gratia, Heriberto Archilogothete gratiam et Coloniam et Pallii cubitum unum. Ubi vero Coloniensem adfuit legatio, viri complures honorati, tam de Clero quam de populo, et qui in utroque ordine videbantur prestantissimi, cum quibusdam de Principibus terre maximis, electionem coram depropserunt personae talis. Tum vero vehementer exilaratus idem Imperator prudenti consilio civitatis grates non minimas egit, quia quod ipse optabat, quodque optimum sibi videretur, hoc ipsi quoque sentient et eligerent, uno eodemque secum spiritu. Ita prorsus evidenter huic ostiarius aperuit, intratruo in olive oviū, pacificans cunctos in electione ejus, ut nullum fieret ostaculum. Haec omnia vir laudabilis revera sapienter accepit: qui interea petens ecclesiam, stratus solo, gratiarum cœlestium largitori Domino Deo toto mentis affectu grates egit, nou utique pro gloria temporali exultans, sed supernæ benedictionis munus adorans. Quomodo enim non gauderet, qui se tam evidentibus experimentis Deo curæ esse perspiceret? Imitatus namque est sanctum Regem et Prophetam David: qui, cum audisset sermonem Domini per Prophetam Natham, dicens: Cumque impleveris dies tuos, ut vadis ad patres tuos, suscitabo semen tuum post te, quod erit de filiis tuis, et stabiliam regnum ejus; ipse adhibebat mihi domum, et firmabat solium ejus usque in æternum etc. ingressus est et sedidit coram Domino, et dixit: Quis ego sum, Domine Deus, et quæ dominus mea, ut præstares mihi talia? Et suljuxit: Nunc igitur Domine, sermo quem loquentis es famulo tuo super domum ejus, confirmetur in perpetuum, et fac, sicut locutus es. Haec et cetera cum diverset Rex fortis, sapiens et humilis, exultabat, non utique pro temporali memoria domus vel templi manufacti, quod filius ejus Salomon facere habebat nomini Domini; sed pro æterna Christi, sui secundum carnem filii, et Ecclesiæ gloriæ, quam in illius Salomonis filii et templi ejus figura prophetico spiritu intelligebat. Hoc nimurum exemplo et hic Beatus egit et agere debet omnis, qui vocatur a Domino, ut dominus Dei rector, sive oviū Christi Pastor præsit, non humanam gloriam, sed divinam amplectendo gratiam. Quia prefecto magna gratia est, Pastorem et Episcopum esse animarum, computanda inter dona maxima, que dedit hominibus ascendens Christus in uitum. Nam et Apostolus cum dixisset: Qui descendit, ipse est, et qui ascendit super omnes creoles, ut impleret omnia: et ipse dedit quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas; secutus est et ait: Alius autem Pastores et Doctores ad consummationem Sanctorum. Recte igitur et sapienter hic pro collato sive conferendo benedictionis et pastoralis gratiae munere grates egit.

B 8 Jam de ambitionis vitio quam liber ab illo fuerit, cum tota ejus vita inditio sit, illud quoque est memorabile testimonium, quod vii Idus Julii, quæ dies S. Kiliani martyris erat celebris, cum creari deliceret Archiepiscopus, differi in crastinum præcepit, propter præsentes exequias lugubres, quæ ih-

dem agebantur, a Strasburgensis Episcopi: videlicet D no aliis lugentibus et flentibus, ipse ridere videretur ^{ACTORE} RUPER. AB. cum suis, membrum Scripturæ, dicentis: Hæreditas ad quam festinatur in principio, in novissimis suis benedictione carabit. Et revera dolendum erat pro exitu ejusdem Episcopi: quia videlicet terribiliter acciderat, præeunte signo non bone astimationis.

Nim cum ille mitra redimitus, Missarum solennia celebrare ingredieretur, ubi se ad populum vertit, dicturus de more, Pax vobisnum;

Imperatorem intendens, tanto risu solitus est, ut funditus oblitus esse videretur, ad quid se convertisset. Ut vero ad

prandium ventum est, cunctis pariter consideribus,

perecutitur morbo ^b pleuretico, interque manus ad

proprium delatus hospitium, die decimoquarto redi

didit spiritu. Viderat autem ante annos septem, ut

solitus erat narrare, visionem: videlicet adstitisse

sibi senem quemdam, veste purpurea pontificalique

redimitum infusa, qui se profectis esse Kilianum,

tale, inquit, ille mihi profudit oraculum: Age per

hos septem annos, qualia Episcopum decent opera:

qua non longius tibi a Domino vitæ spatium positum

est. Quomodoenque illæ visionem acceperit, qualitercumque se preparaverit, qualiscumque in illa

hora sue mortis inventus fuerit, recte nimurum sa-

cienti huic talis, ut predictum est, illius exitus me-

ditationem mortis renovavit vel auxit, magnumque

fuit temperantia ejus judicium, quod tempore diendi,

differendo sibi vel suis tempus gaudendi, tristibus

exequiis privatus interesse maluit.

C 9 Et quidem Beneventi Pontificalis ei honor datus

est vii Idus e Junii. Et exinde Romanum profectus,

Pallium ab Apostolice Sedis Præsule accepit: sed

civitatem Coloniam ingressus est, et in Sede sua se-

dit die, quæ apud Christianos non inognita est,

scilicet in vigilia Domini. Quo cum accederet, jam-

que in vicino adesset, dignum memoria est, qualiter

Apostolice doctrina recordatus est, qua dicitur:

Obsecro autem vos ego vinclis in Domino, ut digne

ambuletis vocatione, quæ vocati estis, cum omni

humilitate et mansuetudine, nam vere humilis et

mansuetus, Pallio missionis Apostolice præmisso,

ipse inditus linea, discalceatusque, lento pede seru-

tus est, cum frigus hiemale pro tempore calceatus

quoque per molestum esset. Attendebat etiam voca-

tionem suam, quod non ad regna gentium, sed ad

ministerium vocaretur sanctorum Christi discipulo-

ruri. Et quanvis ad insignem jam veniret suam ei-

vitatem Coloniam, tali schemate confitebatur cum

leatis Patriarchis, quorum Apostolus meminit, quod

perigrinus et hospes esset super terram, patriam se

querere significans meliorem, id est, coelestem, et

eam, quam paravit illis Deus, civitatem. Venit ita-

que dux Spiritu sancto, in spiritu humilitatis, cum

animu contrito, non tamen absque sancto et spiri-

tuali gaudio: et sicut superioris jam prædictum est,

ipsa nocte gaudi sui, seculæ Natalis Domini, con-

secratus est inter Missarum solennia, que eo mo-

re celebrabantur paulo ante vel circa ortum diei. Ve-

nerant quippe ad hoc ipsum cum eo plures Episcopi.

Jam vero in illa consecratione ejus quæ divinam

ordinationem non miretur? Quis non vereatur hic

altitudinem consilii divini, quo ita fieri complacuit?

Denuo totum illud officium matutinum sanctis

Pastoribus oviū Christi Spiritus sanctus compon-

suit, quorum nimurum mysticum exemplar pastores

illi fuerunt, qui nocte illa vigilantes et custodiientes

vigilias noctis supra gregem suum, circumfulgeant

se claritate Dei, nuntium bonum, pannum magnum

nati Salvatoris, quod a sanctis Angelis primi audi-

rant, videre meruerunt, sicut sanctum episodem Mis-

sæ narrat Evangelium. Cunctæ nimurum ejusdem

oficii partes, pastorum Ecclesiæ voces sunt, quales

rationabilibus

^a Episcopi
Argentoratensis
cum levitas
notatur,

^b exequis
no sit
veneresse;

^c Beneventi
creatur
Epi. copia.
noue accepit
pallium;

^d Coloniam
inditus linea
et discalceatus
ingreditur;

^e Hebrei 11

^f consecratur
Episcopus

^g luc. 2

accipit ea
re litteras
Imperatori;

de nuntio
tuo volte
exilarat,

et exemplo
Davidis

Ephes. 6, 10
et 11.

differe
consecratio-
rem

ACT. RU
PENT. AB.

A rationibus curae sue oībus personare debent, nam de Virgine pro salute mundi Salvatorem. Plane nisi legentum vitandum esset fastidium, promptum erat exponere partes singulas secundum ejusmodi sermonem. Unum tamen est, quod jure non pratereundum sit uidelece propheticum capitulum, quod in eodem Officio lectionem Apostolicam ex more precedit: maxime quia hujus sancti Pastoris personae locens ille modo esse accommodavit. Denique dum in consecrando illum, Episcopi duo codicem evangeliorum super ep̄ut cervicemque ejus tenebant, revoluto mox eudem codice versiculos iste primus occurrit: *Spiritus Domini super me: propter quod unxit me ad evangelizandum pauperibus misit me. Propheticum namque hic Esaiæ capitulum Evangelicis litteris hoc modo insertum est: Et regre sus est Iesus, inquit Lucas, in virtute spiritus in Galileam, et venit Nazareth, ubi erat nutritus, et intravit secundum consuetudinem suam die Sabati in Synagogam, et surrexit legit. Et traditos est ei liber Esiae Prophetæ. Et ut revolvit librum, invenit locum, in quo scriptum erat: *Spiritus Domini super me: propter quod unxit me: evangelizare pauperibus misit me, prædicare captiuis remissionem, prædicare annum Domini acceptum et diem retributionis. Et cum pheuisset librum, rediit enim**

1 a. 61, 1

Loc. 4, 16 et seq.

quæso operto
super caput
ejus libro
EvangeliorumPaul. 44
suerit inueni-
tus

B miniistro, et sedit. Et omnino in Synagoga iudei erant intendentes in eum. Cœpit autem dicere eis: Quia iudei impleta est hæc Scriptura in auribus vestris. Constat ergo, quia per-ona Christi est, quia hæc in Prophetæ suo di semetipsu loquitur. At ille nimis non solum unctus, sed unctus est præ om̄ib⁹, sicut alia Scriptura dicit: *Unxit te Deus, Deus tuus, oleo latitudo præ consortibus tuis. Omnes namque Sancti, omnes quicunque illius speciosi et gratiosi Regis particeps sive consortes sunt, eodem spiritu, eodem oleo beatifici: uncti sunt quippe qui nec Sancti absque unctione hac alio modo esse possunt. Cum itaque universos ejus participes unctos esse constet eodem Spiritu Domini, de quo ille Princeps et potentissimus dicit: *Spiritus Domini super me, etc. contestans et dicens: Quid hæc Scriptura hæc completa est in auribus vestris: sine dubio Praesulæ Ecclesiæ, quorū est panperibus evangelizare, et prædicare captiuis remissionem, et ab hæc sacro chrismate uncti sunt; ipsi singuli scire debent, et de semetipsis post Christum dicere possunt: *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, etc. Igutum dum in hujus beati Pontificis auctoritate, aperto super caput ejus evangelio volumine, primum Scriptura sancta vocem hanc edidit, revera pars omnis, qui aderant, venerabiliter pro vero divinitate eius opacæ sententiam arripuerunt, credendo quia Dominus hunc unxit: non dubitando, quia hunc Spiritus Domini unxit. Cum hoc lectione prophætica, sicut est ordo ejusdem officii matutini, consonantibus atque alteruantibus choris, concrepabant divine voces, sacra praecincta lucis et decoris, quem princeps pastorum Deus et Dominus noster induit, qui nocte illa unxit nobis: de quibus non est modo explanatione et intimacula: ne, sicut iam dictum est, prolatus fastidium patiat. Hoc tantum indubitate dixerim, quia quedam signa erant hæc persentia in temore cuius propietati et Dei: qui et dum maceratur hæc beatas, splendorum lucis pro signo mirabiliter edidit, et dum consecraretur, sic eamdem consecrationem dispositus, ut solennia circa illum audiarentur præconia veri luminis, enjus nomi debeat esse pastores cuncti animalium, secundum exemplum pastorum illorum, quos nocte illa claritas dei circumfulxit.***

C *a Hic est Wilderoldus 36 Episcopus Argentiniensis Guillermo, quis haec verba ex Chronico Hermanni Contracti citat: An-*

no 1000 mortuo in Italia Wilderoldo Argentine Ecclesia Episcopo, Alwicus Augiensis Abbas pro eo ab Imperatore promovetur. In Chronico Hermanni a Pistoria, ali et ab Urticio edito, solus indicatur ad annum 1000 promotio Alexici. Fortan Wilderoldus 8P. Triginta annis ex Ruperto adjunxit ultra hanc historiam adiunxit, que non satis cohæret, cum prioris supra indicatis, in quibus indicatur usque ad finem mensis Martii Romæ nufuisse, decessisse Ravennam, atque inde Beneventum regressum ante VIII Iulii. Fortan melius obest a priore Vita — b Hinc fabulam, quod a muriis corrossus foret, patribus Guillmannus melius refutare. — c Supra VIII Idus Iulii nubat hunc honorem accipere, at quomodo VIII Idus Junii suscepit: Quidam VIII Idus Iulii Ruperti scriptus. Et fortan Augustus mensis accipiebundus.

CAPUT III. Acta S. Heriberti in obitu Ottouis ut Imperatoris, et in fame publica.

Tum est hoc opus, Christe, cuius sermo verus est, in quo es ipsa veritas, cuius sententiam permanere oportet, dicentis: Non potest civitas abscondi, super montem posita. Item: Nemo accedit lucernam, et in abscondito ponit, neque sub nudio, sed super candelabrum, ut qui ingrediuntur, lumen videant. Sed quæ unquam civitas sic super montem posita, non invidiam passa et oppugnata est a civitate Cain terrena et in valle posita, cuius princeps est Satanus? At quæ unquam lucerna sic super candelabrum posita fuit, et nullus ei nequam oculus invidit? Quod ut jam manifestis dicam, quis unquam Sanctorum uelutatus in monte virtutum, verboque et exemplo locis ad edificationem videntium et audientium, nullam ab ingratis et invidis passus est tribulacionem? Quis inter supernarum gaudia gratiarum propriam non habuit in sensu ejusmodi lacrymarum, quas faciunt filii locis habitatores Cedar, id est, tenebrarum? Nam hoc est, quod in Psalmo gementes singuli dicunt: *Heu me, quia incolatus meus prolongatus est: habitavi cum habitantibus Cedar: multum incola fuit anima mea. Cum his, qui oderunt pacem, eram paciebus: cum loquebar illis, impugnabam me gratis. Et quamvis tribulenter, non temere permittuntur tribulari sine mensura, id est, supra id, quod sustinere possunt. Item ipsi dicunt: Domine Deus virtutum, cibabis nos pane lacrymarum, et potem dabis nobis in lacrimis in mensura Oportebat igitur et hunc Sanctum, cuius anima erat Regis Dei civitas supra montem posita, qui lucerna erat super insignis Ecclesiæ candelabrum constituta: oportebat, inquam, et hunc pati adversa inter prospera virtutum, quibus intus proficiendo ardebat, et inter radios signorum, quibus foris ad gloriam Dei lucebat, sicut protinus narrationis ordo monstraturus est. Quoniam autem vel per qualem occasione adversitas in eo reperit aditum? Videlicit per ingentem muri vel præcessæ turris ejus ruinam, id est, per mortem Imperatoris sapientiæ: ejus, dum adiuvaret, amicitia pro muro illi esse poterat contra adversarios, quos contra eum postmodum invidia suscitavit. Qui nimis Imperator si, ut in easteris, ita et in causa, per quam mortem incurrit, consilium viri viri attendisset, multo melius sapientie approquinquasset, et non penitus esset eum, quemadmodum ipsa Sapientia dicit: *Omnia fac eum consilio, et post factum non ponitebis. Quod quia non fecit, incidit in insidias mulieris malæ, videlicet ejus, cuius virum Crescentium, sibi rebelantem, captum iussit capitalem subire sententiam: et ab illa non præcavens, quamvis a sancto viro sapientis esset connotitus, veneno intra cubiculum dormiens infectus est. Obiit itaque a Romæ anno post ordinationem beati viri tertio. Iterat autem tunc quoque Sanctus idem cum illo, utpote ad disponenda maxima regni negotia pernecessarius. Cui cum die sequenti confessus fuisset pestem quam percepérat, seque mori perentiret, id quoque supremum ab eo postulavit, quatenus corpus ejus Aqui-**

Wilderoldus
8P. Triginta
annis, ex Ruperto
adjunxit, que
non satis cohæret,
cum prioris supra
indicatis, in quibus
indicatur usque ad
finem mensis Martii
Romæ nufuisse,
decessisse Ravennam,
atque inde Beneventum
regressum ante VIII
Iulii. Fortan melius
obest a priore Vita — b Hinc
fabulam, quod a
muriis corrossus
foret, patribus
Guillmannus melius
refutare. — c Supra
VIII Idus Iulii
nubat hunc
honorem accipere,
at quomodo VIII
Idus Junii suscepit:
Quidam VIII Idus
Iulii Ruperti
scriptus. Et fortan
Augustus mensis
accipiebundus.

Math. 8 15.
Luc. 11 33

Cum aliis
duci a Deo
erat, E

Psal. 119 56

Psal. 79, 6
adversa
poterat
ob
mundis,

Eccles. 22, 24
quia pos-
sunt
omnina

a regalia res
re h. bat,

grani

*el election
s. Henrici non
affuit:*

Jude 1:1

*Ipsa 61, 1
Fons et fons
gratianus*

Rom 8:26

*Ecccl 44, 17
videlicet traduc-
tum j.m. uin*

*In processione
publica*

*modestus honorata
columba
circumvolante*

A grani sepieliendum transferret. Hoc agere insensis vir fidelis regalia quoque penes se habuit, et electioni non interfuit novi principis Henrici, tunc Baarloiorum Ducis: quem secundum seculi dignitatem locupletissimum, et litterarum studiis non temanter instructum, Principes regni Regem sibi elegeront. Haec tuit occasio, quam adversus illum rapere potuerunt adversarii, quales in Ecclesia nunquam defuerunt, ex quo sacrificia Deo primi obtulerunt Abel et Cain, scilicet falsi fratres, de quibus Scriptura dicit: quia abierunt in via Cain, quorum pressuram Apostolus quoque inter cetera perire sua maxime gemit. Et huc quidem regula repetita, citu reddidit: sed quia novi, ut iam dictum est, Principis electioni non interfuit, ex tunc illi suspectus erat. Unde et idem Rex obrectatoribus Sancti prius antem priehebat. Deinde impacato semper eum odio persecutus est, donec a Domino redargui meruit panillo ante obtum Sancti, quod in suo loco praeiens narratio non praeteribit. Nunc memorabilium ejus ad laudem Domini miracula percurramus.

II Res ipsa, qua: jam nunc enarranda est, satis lucide commendat, non easu, sed per divinam dispensationem id, quod supra memoravimus, evenisse: ut scilicet in consecratione sancti Praesulis prima se ex Evangelii codice offerret illa vox misericordis Pontificis Christi: Spiritus Domini super me, propter quod unxit me. Subsecuta namque postmodum siccitas, peccata populorum vehementer arguerat, ut fere omnis herba premorta, omnis ager exstus: non qualemcumque famem, sed fumam mortiferam jamjamque minaretur. Denique cum siccitate pestilenta quoque saeviebat, multique moriebantur, multi adhuc aegra vix trahebant corpora. Erat ergo piissimo Pontifici non parvus vel qualiscumque sollicitudo: sed et in sollicitudine compatiens animi tribulatio, et in tribulatione jngis et lacrymosa oratio. Unde quia ferrum transiit animam ejus, et in corde ejus gemebat Spiritus sanctus, sicut dicit Apostolus: Nam quid oremus, sicut oportet, nescimus: sed ipse Spiritus postulat pro nobis genitibus in narrabilius; meruit et populum reconciliare Deo, sicut de Sacerdotio magno et digno quidam Sapientis dixit: Et in tempore tracundiae factus est reconciliatio, et inter reconcilandum gloriose glorificatus miraculo. Indictio jejuniu triduano, luctuosus ibat populus per urbem secundum tot Sanctorum milibus, et ad singulorum patrocinia locorum fideliter atque suppliciter lacrymosas fundebat preces, quatenus ab omnibus, jamjamque presentibus, malis eriperetur. Erat autem publicus Cleri et populi, monachorum quoque atque sactionomialium processus, et ex omni ordine utriusque sexus. Lingua quidem diversa, sed una intentione et eodem sensu concordando, Kyrie eleison, altitu: cœli polsalatur. Inter omnes et pro omnibus moestus et simplex tristum filiorum spes et pater patrie procedebat Archiepiscopus, ita vulnerato corde tantisque cum genitibus, ut immodo consolatione sua dignum cum judicaret Spiritus sanctus paracletus. Cum igitur oratorium S. Severini litania solemnis egressa, B. Pantaleonis adiaret oratorium, ecce nivi candoris columba, videntibus multis, caput ejus circumvolvitbat, eademque repente disparens, iterum visibilis comparebat. Videlicet eam multi, sed non omnes: quia videlicet non terrena species, sed celestis erat gratia, quam aliquibus videre donatum est. Ut autem ventum est ad locum, ubi iam dictus Confessor Domini Severinus in transitu B. Martini voles Angelorum psalmentum audire meruit: vident enim eamdem columbam caput beati viri tertio circumvolventem, quæ et protinus in sublime elevata, cœlos petat, nec ul-

tra comparuit. Unde quis dubitet Spiritus sancti D
gratiam, qualis in domo pectoris ejus habitabat, ta-
lem deforis apparuisse, presertim in tali lugubris
tempore? Columba namque, sicut et tortur, avis
genitiosa est, gemitumque pro cantu edere solet:
et sicut illa solivaga, sic ista avis gregatim gemere
consevit. Verissime ergo enim signo hujusmodi
orantem pariter et gementem praे omnibus hunc de-
signabat Spiritus sancti gratia, et de isto quoque
quodammodo idipsum dicebat, quod de alio quodam
non ignoto, sed eximio Propheta dictum sacra nar-
rat Pagina: *Hic est fratum amator et populi sui: 2 Mac 13:16*
hic est, qui multum orat pro populo et pro civitate
ista. Nimirum et iste vir in populo suo mitissimus
apparuit, secundum similitudinem columbae mitis
et simplicis, sancto redundans Spiritu pietatis: at-
que idecirco gemitus et oratio ejus perire non posuit.
Nam ubi ad prandium ventum est, enim ipse appos-
itus eis sere jejunaret, ita tamen more suo, ut tunc
maxime jejunium dissimularet: quibusdam ad ipsam
responsiblem, et enim dolore loquentibus, quod ea
die profusis tam multorum lacrimis necham propitiato
Domino culum aperiretur; dignum memoria
verbum respondit hic Beatus, vere mitis, vere man-
suetus: *Vestri, inquit, o carissimi, pastori: est cul-
pa, quia ad eum desuper tam ferrum est, quod mul-
titudine viscerum Domini et miserationum ejus conti-
nuerunt se super vos. Nisi enim Dominus meus irri-
tatus esset sceleribus, qui inter ipsum et vos dehebant
stare medius, jam dirupisset celum, et beneficium
eius descendisset et stillasset super vos. Hoc eo di-
cente, pariter quasi quidam sanguis fluebant anima
vulnerata ex oculis lacrymae, quas erumpentes, et
cum impetu currentes coram multis solebat quidem,
sed non poterat continere. Lacrymis ergo virtus,
caput super mensam declinavit in musibus, et cum *lamentis et
pro bus*
*pluviam impo-
nebat.**

*a illa aliquid rite Ruperti est, cum mo Roms, sed Ro-
ma reverens in castro Paty tuo seu laborio uocet; ut supra in
altera vita, et in Notis ad ultimam dicitur.*

CAPUT IV. Monasterium Tuitense extructum, et post reparatum.

Interea cum multis et magnis misericordie operibus insistoret pauperum pater, viduamque et orphanorum quotidiano provisor, incumbebat autem ejus cura continua, servitibus Deo monachis construendo conobium: quorum ordo videbatur prolitetur, quia pauperes sunt, pauperes voluntari, nihil in hec mundo latendo preueni. Habuerat: item Imperatorum Ottotem, ac adverteret, iuxus rei monitionem. Denique cum novissima protectione Italiana ingrederebatur rempaldi ait de positus, beatum vi-
ernum hanc in coitam, cunctis pro pere suceden-
tibus, tractans cum viro Dei de salute anime sue,
et quodammodo dicens, Quid retribuam Domino,
pro

*In Itinere
Romana cum
Ottone I ap.*

A pro omnibus quæ retribuit mihi; consilium hoc acccepit, quatenus ob salutem suam cœnobium construeret monachorum in honorem sancte Dei Genitricis omniumque Sanctorum. Hoc inito salubri consilio, necessaria protinus ad banc rem prælia Christo delegavit quæ et beato viro in manu dedit, cum pollicitatione vel sponsione hujusmodi, ut quoniam vita mortalium incerta est, si quem ex ipsis necessitas mortis preeoccuparet, alter quicunque superstes existeret, votum perficeret. Talis, Christo mediante, inter illos conditio convenit, et ita pauperum memores extiterunt vii summi, haedae aeterna viriditatis, de qualib[us] in Psalmo Spiritus prophetias dicit: Saturabuntur ligna campi, et cedri Libani, quas plantavit. Hoc namque præconio, sub nominibus lignorum campi et cedrorum Libani, mystice a sancto Spiritu divites et potentes seculi promissi sunt hospitales futuri pauperibus, id est, Ecclesie filii spiritualibus, de quibus ibidem continuo subiungit: Illic passeress nesciabantur: Hierolii dominus, dux est eorum: quia propter ipsum pauperes fuit, preparando animos divitum secularium; ut quonodo passeress in ramis lignorum campi cedrorumque Libani nesciabantur, ita ipsi in possessionibus sive facultatibus illorum parata sibi vita hujus necessariæ percipiant. Hac idecirco com-memorare libuit, ut pariter recognoscet quisque, qui de talium constituto vivit, professus Christi servitum sanctamque paupertatem, quam Christus ipse docuit, quia tamquam passer volare, id est, cœlestia cogitare debet, ut dignus sit hospitiu vel stipendio, quod passerum, id est, pauperum sive humilium spirituali vita paratum est. Nam hinc est, quod idem Dominus Christus, instruens pauperes suos: Nolite, inquit, cogitare de crastino. Item: Nolite solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Scit enim pater vester cœlestis, quid vobis necesse sit. Quarite ergo primum regnum Dei et justitiam ejus, et hac omnia adiacentur vobis. Quod idem est, ac si dicit: Securi o vos omnes, qui laboratis et onerati estis, venite ad me, et ego reficiam vos: securi et confidentes venito ad vitam contemplativa requiem, nihil de crastino solliciti: quia iunctudinum pater vester cœlestis, sciens quid vobis necesse sit, promisit et paravit vobis victuum et vestitum, dicendo in Propheta: Saturabuntur ligna campi, et cedri Libani, quas plantavit: illic passeress nesciabantur. Sed his omissis, revertantur ad rem: neque enim propositum nobis fuerat docere monachos, quod statuta percipere stipendia non debeant, nisi per contemplationis penum volent et a servili opere peccati vacent, sed gestorum beati viri texere narrationem.

C 13 Cum igitur B. Heribertus propositum electo in loco construere optaret cœnobium, et nusquam locum reperiret, quem aptum putaret satis et idoneum: convertens sese ad Dominum sanctamque ejus Genitricem in jejunis et orationibus, postulabat sibi ipsius revelari voluntatem. Fecit hoc instanter et sicut de S. Anna Prophetissa scriptum est, Vultus illius non sunt amplius in diversa mutati: non ante destitit, donec suis condignum meritis responsum eodius accepit. Denique nocte quadam, dum post vigillas fatigata sopori membra dedisset, ecce adest per visum illa beata Angelorum et omnium Regina Sanctorum: quæ stellato sedens solio, latum et amplum eodorum cum illo suo possidente regnum, non parvipondebat etiam hoc parvum, quod sibi in terris illis devotione offerebatur domicilium. Et assistens, Scis, inquit, o Heriberte, exauditas esse orationes tuas: iam ecce venio ad te, ut indicem tibi votum quod mente geris, quo in loco perficias. Ego enim sum Marmamater Domini. Surge ergo,

et Divitense castrum petens, locum in eodem inundari D præcipere: ibique monasterium Deo, mihi et omnibus Sanctis constitue: ut ubi quondam abundavit peccatum et cultus dæmonum, ibi justitia regnet in multitudine Sanctorum. His dictis, misericordia Mater disparuit, beato scilicet viro evigilante, atque ita relabente a dulcedine tautæ visionis. Erat autem in eodem castro sita cluora, pertinens ad servitum Episcopii. Surgens igitur, et gratias Deo corde et ore devotissime agens, et ei, que sibi apparere dignata fuerat, salutis perpetuae Genitrix non ingratus existens, confessum predictæ chortis ministerialem accersivit, jussitque quanticus chortem illam innundari, quoniam Regis co-lorum et Genitricis ejus jam deberet curia fieri: ut exportata supellex universa, locum daret advenienti, atque habitatu illic novimi Domini. Factumque est, et exportata rerum omnium que multa erat copia, citius quam sperari poterat ^{ad curia fieri.}

B 14 Sed quid dicam? Cum enim opus fere peractum esset, jamque sicut propositum fuerat, serviennium Deo monachorum cœtus adunatus existeret, quadam nocte dum finitis Matutinorū solenniis, omnes fuissent egressi, repente sic tota structura concidit, ut lapis super lapidem non remaneret, præter unum parvulum, qui solus inter illas stans repertus est. Quid de eventu sapiens auditor arbitretur? Nisi enim cœlesti auctoritate structura surrexisset, nisi talis tamque sublimis personæ, que apparuit, sicut jam dictum est, dignitas opus tali in loco fieri jussisset, et nisi fundator operis hic Pontifex notæ sanctitatis existeret; fortuito accidisse arbitraremur. Nunc autem considerata rerum vel personarum qualitate, arbitrari licet, divina et justa hoc actum esse dispositione. Et quidem quoniam altitudinem divini consili perspicere non valemus, hoc tantum dicere libet, quia cunctis loca sancta inhabitantibus, et eis maxime, qui eodem in loco sanctum deinceps subituri erant servitum, terribile signum datum est. Nam quod veraciter de filio Virginis dictum est: Ecce hic positus est in ruinam et in resurrectionem multorum; idipsum non inconvenienter de isto, et ejusdem Virginis oratorio, et de omni Sanctorum loco dici potest, quia in ruinam et in resurrectionem multorum positus est. Quorum in ruinam nisi illorum, qui sancto in loco vitam perditam ducunt, et idcirco meius portatori sunt judicium? Et quorum in resurrectionem? nisi illorum, qui de seculo nequam exeunter, et peccata præterita fugientes, ad sanctiori locum, penitentiam acturi, consurgunt, atque ita in statum justitiae resurgent? Nimurum et illorum ruinam in jam dicta ruina lapidum, et istorum resurrectionem non absurdum est intelligi in structura iterata, quæ protinus in melius consurrexit. Nam vir Dei graviter quidem tulit id quod accidit: sed cito resumptis viribus sancti desiderii, totum ipsum spatium ædificandi monasterii in altitudinem mali navalis effodiens, rursus fundimenta jecit, oeyusque consummatum, quinto Nonas Maii monasterium dedicavit. Porrode lapidibus prioris structurae, claustrum cum ollirinis construxit. Igitur dum ejusmodi rem gestam legis aut recolis, quicunque mente studiosa exempla spiritualium de quorumlibet corporalium similitudine scrutari delectaris, non curans qualiter, quam humili ex re tuae capias instrumenta salutis, dummodo possis utiliter ædificari: opportune simul et illud ad memoriam reduce, quod manifeste divina cum auctoritate scriptum est, ubi Dominus ad Prophetam dicit: Surge et descend in domum Jerem. 18. 2 figuli, et ibi audies verba mea. Et ascendit; inquit, in dominio figuli, et ecce faciebat opus super rotam.

Et

^{Psalm. 103. 16}
prædictus ab eo
accipit:

^{Molt. 6. 34 et}
^{23 et 38}

^{Psalm. 103. 16}

^{I Reg. 1. 18}
a Bettpara
apparente
edocetur
monasterium
in Tuncensi
castro ædificandum:

*Templum
collapsum,*

*cuius mystica
interpretatio
traducatur,*

Luc. 2.

F

*restaurari et
dedicari,*

Jerem. 18. 2

A Et dissipatum est vas, quod ipse faciebat e luto manibus suis. Et conversus, fecit illud vas alterum, sicut placuerat in oculis ejus ut ficeret. Hec et cetera persequi vel tractare, praesentis narrationis propositum non admittit: hoc breviter studio intendente, quatenus hoc loco ad memoriam revocatur, in omni ordine et superbos pro sua doritiae cadere vel dissipari, et humiles pro sua mansuetudine ad paenitentiam conversos, restaurari.

*ad Crucem
Dominicam
efformandam,*

15 Accidit et aliud, quod similiter non praeterendum, neque ratione vacare putandum. Nam vir Domini statim ut ecclesie fundamenta jecit, Crucem Dominicam, quae ibidem statueretur, fornari pracepit. Artifices vero vigilanter quidem institerunt, ut praeceptum perficeretur, sed nullo modo diligentiam sequebatur effectus. Quotidie rejectis alia aliis ligna caedebant, et nullatenus ex quolibet ligno, quanvis electo, sua artis officium peragere valebant. Multo igitur labore, sed et majore defessi tedium, omnino ab ejusmodi opere desistere decreverunt. Quadam vero die vir beatus in quamdam devenerat possessionem ad se pertinente, mensaque illi jussu ipsius in portu, quae ramis deductis, imo quasi brachiis distentis, quodammodo Domini effigiem manus in cruce expandentis, imitari videbatur. Cum itaque sedens, oculos inter prandendum fortuitis motibus deduceret, ecce talis effigies in arbore illa repente sese objecit. miro modo ad primum intuitum quemdam terrorem divinum animo ejus incusit. Nec mora, facto pre oculis illo familiariter sibi signo Crucis, totus in se rediens, rem divinitus praevisam, suisque oculis oblatam esse prudenter intellexit. Statim igitur accessito artifice, arborem illam succidi, et ex illa Crucem Dominicam, et in ea Salvatoris imaginem diligenter formari imperat. Paruit ille, et compendio satisque efficaciter artem operis eleganti secuta est. Quid ex facto hujusmodi conjici potest? Numquid de lignis aut de truncis Deo cura est, ut indicare debeat, quod vel quale lignum sibi eligat aut eligere debuerit artifex? Sed revera est aliud, unde curat Deus, quod prudens auditor non inutiliter secundum hanc similitudinem contempletur. Nam signum Crucis vel imaginem, quan in recordationem Salvatoris Christianus veneratur populus, sublevat ante oculos, sicut Moyses in deserto serpente æneum pro signo exaltavit, imitari honore secundarii debent Pastores, quos Spiritus sanctus posuit regere Ecclesiam Dei, quan suo sanguine acquisivit, ut vice Christi honorentur, quos vicem constat agere Christi. Nimurum non humana præsumptione ad dispensationem dominus Dei sunt intrudendi, sed electione Dei vocandi: ut videlicet ille constitutatur quem Deus elegerit, quem ut præesse mereatur, Deus velut operarium suum dignum Spiritu sancto demonstrare dignatus sit.

Recte ergo bujus veritatis, bujus divinae electionis meminisse nos facit res ipsa, quæ pene similiter accidit, dum non qualcumque lignum, non qualcumque volebant homines artifices, sed quod nutu divino monstratum est, ad ejusmodi operis effectum perduci potuit.

CAPUT V.

Varia miracula a S. Heriberto in vita patrata.

*In miraculis
in gloriam.*

O perandi virtutes hic Beatus a Spiritu Sancto, dividente singulis prout vult, gratiam habuit, sed glorian semper fugit: quippe qui egregie eiusdem humilitatis, nollet in se fugiebat justitiam suam ab hominibus videri. Denique talium maxime operum luce, Sanctorum vita coram hominibus innotescit.

Mart. T. II.

Hujus rei clarum satis et evidens indicium est, quod cum gratiam hanc haberet, vt jam dictum est, numquam tamen precem ad Dominum fudisse reperitur pro cuiuslibet operatione virtutis: sed nibilominus per eum nonnulla facta sunt miracula ejusmodi, nonnumquam invito, nonnumquam et nesciente ipso, sicut sequens sermo declarabit. Verumtamen in hac laudatione humilitatis hujus, nihil magnorum Sanctorum auctoritati vel gloriae derogavit, qui opus hujus gratiae fusis perspice precibus impetrasse leguntur. Omnia namque tempus habent, dicit. Ecclesiastes. Denique sicut de generibus linguarum, quae ab eodem Spiritu dantur, dicit Apostolus, Quia lingue in signum sunt, non fidelibus, sed in fidelibus; ita et de operatione virtutum recte dicas, quia virtutes ad testimonium sunt, non fidelibus, sed infidelibus: et ibi summopere Sanctis optaudie sunt, ubi ignorantiam veri Dei habens, ad fidem eruditur populus. Unde S. Eliseum laudabiliter egisse animadvertisimus, qui dicente sibi Elia: Pete quod vis antequam tollara te; protinus petens: Oro, inquit, ut fiat spiritus tuus duplex in me. Videbat namque miserabilem Israel, septenalem fornicationes impiissime Jezabel, claudicare in duas partes, sequendo David idolum Jezabel, et hasitando post Deum patrum suorum, qui unus et verus Dominus Deus est: et non posse populum eumdem in suum restituiri gradum, nisi per multarum operationem virtutum. Proinde rem difficilem quidem postulavit, attamen quia non suam, sed Dei gloriam et communem quererebat populi salutem, factum est quod petivit, et duplex spiritus Eliae super eum requievit. Duplum namque doxum spiritus in operatione virtutum ille accepit. Nam si Scripturam consulas et diligenter computes, Elias quidem octo, Elisæus autem circiter sedecim miracula operatus est. Igitur et illi laudabili sunt Sancti, qui per caritatem vel propter aedificationem infidelium, fusis ad Deum precibus, virtutes operari sunt: et hic atque ceteri iure honorandi sunt, qui cumque propter humilitatis custodium quodammodo fugere studnerunt datum sibi certitus et ultra prosequentes eamdem virtutum gratiam. Sed jam earum deuia virtutum Sancti hujus narrationem ingrediamur.

17 Die solenni hic Sanctus Dei sermonem de more faciebat ad populum. Erat autem dies ille, quem Christianitas appellat diem Palmarum, quo videlicet die Rex cœlorum sanctam ingressus est civitatem Hierosolymam, sedens super pullym asinæ; nimurum ob contemptum superbiae Regum terræ, de quibus Psalmista dicit: Hi in curribus, et hi in equis: subiungens protinus, Nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus: in quo videlicet nomine tunc ille passurus advenit, clamantibus turbis: Benedic tus, qui venit in nomine Domini. Erat ergo sermo in ore ejus temporis et rei congruens, videlicet quomodo diabolus per seductionem primi hominis, atrium hujus mundi tamquam fortis armatus occupaverit, et quomodo superveniens fortior filius Dei, per humilitatem crucis et passionis sua fortis illum vice rit, et universa ejus vasa, id est, nos homines ab eo, iure victorius tulerit. Ecce autem in maxima turba audiendum quidam aderat, ab eodem fortis et tenebrarum principe corporaliter obsessus, et ob hoc nexibus duris obstrictus: iam autem per multa Sanctorum loci fenerat deductus, ut meritis Sanctorum liberaretur, et non provocaret illi optata salus: quia videlicet liberatio ejus, beatissimi hujus meritis per Dei providentiam reservabatur. Cum igitur sermo ejusmodi ab ore beati viri proflueret, non sustinuit virtutem virtutem fortitudine inimici, qui ad singula dieta, tamquam ad totidem verbera, vehementius ejulabat, dentibusque miserrimi hominis tamquam suis in semetipsa stridebat, audiens illas, quibus a

D
AUCT. RUPERT.
AB

Eccles. 3. 1
1 Cor. 14. 22
neque precibus
virtutem
miraculorum
petiti:

4 Reg. 2
ut aliqui
Sancti,

et Elizæus,

Inter conclo-
nandum ad
populum

Psalm. 19. 8

F

re faciebat ad populum. Erat autem dies ille, quem Christianitas appellat diem Palmarum, quo videlicet die Rex cœlorum sanctam ingressus est civitatem Hierosolymam, sedens super pullym asinæ; nimurum ob contemptum superbiae Regum terræ, de quibus Psalmista dicit: Hi in curribus, et hi in equis: subiungens protinus, Nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus: in quo videlicet nomine tunc ille passurus advenit, clamantibus turbis: Benedic tus, qui venit in nomine Domini. Erat ergo sermo in ore ejus temporis et rei congruens, videlicet quomodo diabolus per seductionem primi hominis, atrium hujus mundi tamquam fortis armatus occupaverit, et quomodo superveniens fortior filius Dei, per humilitatem crucis et passionis sua fortis illum vice rit, et universa ejus vasa, id est, nos homines ab eo, iure victorius tulerit. Ecce autem in maxima turba audiendum quidam aderat, ab eodem fortis et tenebrarum principe corporaliter obsessus, et ob hoc nexibus duris obstrictus: iam autem per multa Sanctorum loci fenerat deductus, ut meritis Sanctorum liberaretur, et non provocaret illi optata salus: quia videlicet liberatio ejus, beatissimi hujus meritis per Dei providentiam reservabatur. Cum igitur sermo ejusmodi ab ore beati viri proflueret, non sustinuit virtutem virtutem fortitudine inimici, qui ad singula dieta, tamquam ad totidem verbera, vehementius ejulabat, dentibusque miserrimi hominis tamquam suis in semetipsa stridebat, audiens illas, quibus a

88 Christo

AUCT. REPERT
4B

orationes ab
oppresso petuit
dixit enim,

sancti aqua
lollantis
ministrum in
Misericordia

Abatem a
doloro cayatis
et oculorum,

Psal. 130, 1

A Christo victus narrabatur, historias. Itaque qui jam notus fuerat multis homo captivus, omnibus innocentia dum clamoribus cunctorum silentia turbaret, atque ad audiendum Dei verbum intentam totius regionis multitudinem solus inquietaret. Ad clamores ejus maxime, vir ille misericordiae filius, totus intendit: et seruonein, quem habebat in ore, prosequi non praevalens, quoniam magnitudine compassionis occupabatur, orabat facita mente, ut in uno manifestaretur homine virtus Liberatoris, qui totum mundum liberavit. Haec tacitus orans, iterum atque iterum de industria repetebat capitulum, victoris Christi gloriam, et victi diaboli referens ruinam: ita ut mente excessisse videretur, unam eandemque toutes iterando sententiam flens pariter, et uberibus, quod per pulchrum est, lacrymis perorans oris eloquentiam. Non ergo sustinuit, ut jam dictum est, ille hostis antiquus; sed virtute Verbi omnipotentis coactus effingit, liberumque, quem diu possederat, hominem reliquit. Illo namque exturbato, is qui vincetus a multis tenebatur, placido sermone: Observebo, inquit, solvite me, ut ea quae beatus ille Pontifex loquitur, possim et ego quietus audire. Cum hoc primo diceret, putabatur nullum in illo nequam

B hostis fallere: sed loquebatur homo constantinus, iterum atque iterum se liberatum asserens beati Pontificis meritum, et sana verba proferens. Solverunt ergo illum, et stabat sana mente, cum audiendis reliqua sermonis intentius audiens. Testes atque miratores virtutis erga beatum virum tantum extiterunt, quanti illum sermocinantem tali in loco circumstabant, qui et diligenter attenderant ejus intitulum gestumque laetymosum, cum nihil quidem labii pro liberatione captivi diceret, et tamen liberationem ejus faciente orationis virtute perficeret.

C 18 Aliud sub eodem tempore actum est virtutum ejus indicium, in quo amplius splenduit desursum; qui humilitatis studio apud se premebat deorsum. Tres namque ex eis qui male habebant, ob meritum ejus testimonium ecclesia visio direxit ad illum, tamquam ad salutis medicina. Primum illorum, cornubii supera jam memorati, quod idem Sanctus construxerat. Aldas, nomine Volbertus, extitit, vir venerabilis, qui capitis oraculaque dure ac diutino vexabat incommodo. Hunc una noctium divinitus per visum intimatum est, ut ex aqua, qua sanctus Dei Pontifex post Missarum celebrationem manus de more lavisset, caput sibimet oculosque perfundendo soveret, indubitanter credens, quod protinus sanitatem recepturus foret. Credidit ille, quippe qui prae multis alio familiariter consuevit erat vita illius Sanctissima. Venit ergo, prius tamen ab eodem accersitus, ut supra solebat accessiri et regredi de monasterio pum dieti necessaris robus. Cumque ad celebrandam Missarum solennem Pontifex de more pararetur, accedens propius, ut erat familiaris, visum retulit, aquam de manibus jussu ejusdem sibi, ut peremonstratum fuerat, dari posse. At ille quasi vehementer commotus, et quadammodo sine mansuetudine oblitus, in qua veraeiter dico poterat, Domino, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei, neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me; repulit a se hominem velut dehinc et amentem, qui nesciret aut non vidisset Rhenom pro folidus suis praeterfluentem, in quo non solum capite et oculis, sed et toto posset corpore, quantum vellet, mandari. Repulit ille, persistit non incredulus visioni, et a ministris ejusdem Pontificis clam sibi, quod petebat, reservari obtinuit: moxque ut caput et oculos ex aqua illa perfundi, integrum sanitatemcepit.

D 19 Post hunc quedam mulier, que multo tem-

pore cœca fuerat, visum pene eundem vidiit. Dictum namque illi est, quod si ex vino, quo idem Sanctus Dei post Dominicis Corporis et Sanguinis Communionem digitos de more lavisset, sibimet oculos intingeret, anissum protinus lumen reciperet. Credidit illa, dansque operam, ut ostensum posset remedium consequi, protinus ut oculos vino intinxit, lumen optatum recepit.

E 20 Alia deinde mulier, diu paralytica, per visum communita est, quatenus beati viri benedictionem experiet, confidens de virtute Christi, quod per meritum beati Pontificis, infirmitate propulsa, confessim sanitas succederet. Illa nihil dubitans, viorum manibus sese deferri postulavit, et secus viam collocari, qua transiturus esset vir Dei. Itaque illo prelente clamauit, benedictionem petens in nomine Domini. Atque ille paullulum subsistens, cum ex praesentibus cognovisset, quod paralytica esset, et quod benedictionem postularet, stans eminus, elevata manu signum Crucis edidit: statimque redita sanitas dissoluta membra solidavit, et quæ aliorum manibus devicta fuerat, surgens ad propria remeavit in columnis. Ita miro modo qui apud se latere volebat, magis ac magis ex Deo clarescebat, et vox veritatis implebat dicens: Non potest civitas abscondi supra montem posita, et, Nemo accedit lucernam, et in abscondito ponit, sed super candelabrum, ut qui ingrediuntur, lumen videant.

F 21 Aliquando quidam familiaris Clericus, et in ministerio quotidiano necessarius, valida febre corruptus, gravissime vexabatur, ita ut pene a cunctis vita ejus desperaretur. Erat autem tunc sanctus Pontifex a cum Imperatore in profectione, et de Vangionum civitate cum illo Moguntiam proficiebatur, habens Clericum jam dictum secum in itinere, et semper foris et intus obsequio ejusdem consuetudinaliter utebatur. Cum ergo febris illum in profectione corripisset, et pene usque ad mortem fatigaret, Patri semper pium super afflictos habenti affectum, cum eodem pietatis affectu sollicitudo quæ familiaris obsequii non parva pro tempore et re suborta est. Accessit ad lectulum, suumque pronius visitavit infirmum; paterne percunctans, si quid vellet, si quid saltu gustare prævaleret. Ille ut ardebat valido testu febri, nihil praeter aquam se poscere professus est. Quia enim benedictione concessa, ipso de more solennia Missarum ingressus est. Nihil quod auditore foris, pro virtutis operatione, ut sibi agroti concederetur salus, oravit, sicut jam superioris dictum est; quia numquam pro hujusmodi signis aut virtutibus precem manifestam fudit. Orabat tamen, Deo quidem loquens, sed hominibus tacitus, et maxime in ejusmodi causis Evangelicum consilium observabat Dominus, dicens: Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum, et clauso ostio, ora patrem tuum. Clause namque oris ostio, orabat pro talibus, ut cum provenisset virtutis effectus, ipse nihil egisse putaretur: atque ita justitia ejus non videretur ab hominibus. Quid multa! Peractis Missarum solenniis, duo summi rursus visitare agrotum, ille jam sine dubio meritis ejus de magnis febribus ignibus ac suspicitionibus mortis instantis crepus, adeo convalescerat, ut aviditatem quoque ciborum alesptus, rogaret sibi transmitti pulmentum de mensa ipsius apparatus. Factum est, et exinde usque ad satiationem reflectus, adeo de infirmitate convalescit, ut proxima die cum aliis proposito itinere Moguntiam præfret, et Episcopalis obsequi munia ex integro, ut erat solitus, adimpleret.

G a Contra in priore Vita, Clericus ipsius Vice-dominus cum eo gradebatur ad palatum

A

CAPUT IV.

S. Heriberti studium orationis, humilitatis et benignitatis erga pauperes et afflictos.

Orans in tenebris,

luce circumfunditur:

Idem familiaris Clericus, postmodum domus S. Petri Praepositus, plurima de eodem Patre magna et magnifica noverat et narrare consueverat; quorum pleraque cum ob brevitatis studium præterita sint, unum est quod silentio transire non libuit: quia vere signum magnum est et evidens, quod oratio ejus vere ignis fuerit, et ante oculos divinitatis velut lampas ardens et lucens, caritas ejus extiterit. Nocte quadam, cunctis circa ipsum dormientibus, lumen, quod de more coram ipso positum fuerat, ut toto noctis spatio luceret, extinctum est. At ille jam dictus familiaris Clericus regente somno excitatus consurgens, et hac illaque sub horridulo silentio circumspiciens, dum pro recuperando lumine sollicitus trepidat, rem divinam et memoria dignam, ut ipse cum juramento testabatur, conspicatus est. Nam inter ipsas noctis tenebras, ecce de lectulo, in quo beatus Pontifex pervigil orabat expansis manibus, lux immensa resulxit: cuius etiam magnitudine invalescente, nec manus ejusdem, ut ipse fatebatur, videre aut discernere potuit. Hoc nimur signo satis claruit, quod vere filius esset lucis et filius dei: et quia oratio ejus vere ut ignis peccata consumit, et potestates tenebrarum vincit. Nec vero illa tantum vice, sed et multoties cum post Matutinales hymnos, psalmorumque continuas decantationes lumen materiale alicubi reconditeretur, lumen spirituale Pontificem sanctum secretus orantem ita circumfusit, ut putaret adesse praesentia solis meridiani.

humilitate perfectus,

23 Jam de humilitate ejus gloria signa premissa sunt, quia in operatione virtutum, et Patris, qui in celis est, glorificationem quærerat, et sic operantem sciri vel videri se ab hominibus refugiebat. Porro ipsa humilitatis virtus tunc demum dulcis et sua perfectione laudabilis est, quando is, qui intus plenus Deo Creatori suo sese subjicit in confractione cordis, foris quoque ad infimorum condescensionem hominum semetipsum quanto major est tanto amplius pro eo in tempore submittit. Libet igitur narrationi huic inserere rem gestam, magnam humilitatis exemplum ferentem, et testimonio utilem, ut maxime in sacris rebus nulla Ecclesiastica dignitas qualemcumque despiciat pauperem sidelem. Simil quia plerique salutarium Sacramentorum ministri nimium peccant, dum sacra venditant, cunctaque questus caussa faciant, libenter hoc illis exemplum ingerendum est: quia videlicet peccatum quoque illorum vehementer hæc res gesta redarguit, in qua Sanctus iste magna, ut jam dictum est, laude resulxit. Pumperi cuidam ex his, quos Pater sanctus opus quotidiana sustentabat, infantulus natus erat: is quia pauper erat, et quia nihil questus in manu habebat, contemnibatur a Sacerdotibus, per totam urbem Coloniæ puerulum illum circumferens, et eidem filio regeneracionis gratiam osterrì postulans. Defessus ergo et contemptus, ad sanctum recurrit Pontificem, et quod tali in re contemptus esset, magna et flebili voce conquestus est. Ille at vere sapiens Currens, inquit, affer illum ad me, ego enim eum habeo baptizare. At ille: Suscipe, inquit, ergo eum tu quoque de sacro fonte, et Compater meus esse dignare. Baptizavit itaque pauperem, non pro personis nostræ salutis appendens Sacramentum: suo nimur facta et exemplo tanta civitas tam multis redarguens Presbyteros, quod ausi fuissent fidem Domini nostri Iesu Christi habere in acceptatione personarum, judicantes, ut ait Apostolus, apud semetippos, et facti judices cogitationum iniquarum.

*baptizans
pauperis filium
ab omnibus
rejectum;*

*Jacob 2, 2 et
seqq.*

Etenim, inquit, si introierit in conventum vestrum vir annulum aureum habens in ueste candida, introierit autem et pauper in sordido habitu, et intendatis in eum, qui indutus est ueste præclara, et dicatis ei, Tu sede hic bene: pauperi autem, dicatis, Tu sta ille: aut, Sede sub scabello pedum meorum: nonne judicatis apud vosmetippos, et facti estis judices cogitationum iniquarum? Quod si in quovis judicio jure haec auctoritas Apostolica redarguit acceptores personarum; quanto magis in dispensatione Sacramentorum, quæ de celo gratis profluxerunt, vir sanctus exemplo suo redarguere debnit paupertatis contemptum? Recte igitur gradiens secundum regulam vel consilium Sapientie dicens: Si bene feceris, scito cui feceris, et erit gratia in bonis tuis multa; tradidit Sacramentum salutis, non personæ intendens, sed creaturæ formatæ ad imaginem Dei: et ipse de sacro fonte suscepit puerum, factusque compater, dedit patri unde nutritum eum. Quadam postmodum die, cum celebrata statione apud S. Severianum revertetur, multa Cleri et populi turba comitatus, transibat exiguum jam dicti pauperis tugurium. Ille ut prætereuntem vidit non parum alacri usus confidencia prorupit, fructum equi corripuit, simul clamans et adjurans per nomen Christi et per majestatem divinæ caritatis, ut paullulum subsisteret, et vel modicum quid de compatriis sibi apparatu perciperet: memor foederis, quod secum pepigisset in iam dicta regeneratione vel susceptione filiali. Audiant et hoc exemplum, quicunque quasi jure Sacerdotali de pauperibus libenter obsonia capiunt, imo et violenter exigunt qualibus per Prophetam Dominus cum dixisset, Vae qui opulentis estis in Sion: subsecutus et hoc addidit: Qui comeditis agnum de grege, et vitulos de medio armenti. Audiant, inquam, hoc, et imitentur exemplum, quia Pontifex nigrus ad injusmodi tugurium compatriis digressus, optimum sumpsit convivium, panis videlicet frustum, et gallina pulum, nec non etenim cervisia poculum. Talis causa sit, talis pietatis custodia, talis caritas, uli vel quoties Sacerdotalis dignitas, pro accipiendo munere ad pauperes sese inclinat. Hæc pro humilitatis ejus testimonio vel exemplo dicta sint.

*ACCEPTE REPETAT.
AB*

Ecclesiasticus 12, 1

Ecclesiasticus 12, 1

B24 Porro de misericordia, quam magnum in pectore ejus domum sibi edificaverit, quam vere misericors et misericordiae filius fuerit, testes erant pauperam multitudines, et pene innumerabiles esurientium cunei: quos non uno tantum tempore vel anno, sed pluribus episcopatus sui annis, sume per totum pene orbem grassante, de multis regionibus confluentes, paterno affectu et materna pietate in magna benignissimi cordis sibi latitudine suscipiebat; dissipiens illos per Episcopii sui possessiones, quantum enjucunq; fundi facultatem sustinere posse perpendebat. Verum præter quotidiana hæc pietatis ejus experimenta, quāndam aliquando memoria dignam rem gessit, in qua propter abundantiam misericordie, prope mendacij sive simulationis ac duplicitatis iniuritatem incurrisse possit existimari. Sed nos ejusmodi rem gestam commemorantes, simul ad memoriam revocemus illud dictum Sapientis: Melior est iniquitas viri, quam benefaciens malum. Res hoc modo gesta est: Cleriens quidam ex pauperibus, qui, ut jam dictum est, ad beati Pontificis curam et elemosynam confluxerant, non contentus stipendio caritatis, quod sibi ex illo die porrigebatur, usque in Saxoniam transvolaverat, et otiositatem sectatus, quia, ut ait Sapientia, multa docuit malitiam, furtum perpetraveraat. Denique tres noctu effringens ecclesiás, cum vasis et vestibus sacris exinde sublati, sacrilegas Coloniam versus repedaverat. Illic deprehensus, imo subsequentibus o vestigio his qui dañum pertulerant, judici ejusdem

Amos 6, 1

*non respulti
tuopen
mensa tenus
homini,*

*Bonitus in
pauperes,*

F

C25 Porro de misericordia, quam magna in pectore ejus domum sibi edificaverit, quam vere misericors et misericordiae filius fuerit, testes erant pauperam multitudines, et pene innumerabiles esurientium cunei: quos non uno tantum tempore vel anno, sed pluribus episcopatus sui annis, sume per totum pene orbem grassante, de multis regionibus confluentes, paterno affectu et materna pietate in magna benignissimi cordis sibi latitudine suscipiebat; dissipiens illos per Episcopii sui possessiones, quantum enjucunq; fundi facultatem sustinere posse perpendebat. Verum præter quotidiana hæc pietatis ejus experimenta, quāndam aliquando memoria dignam rem gessit, in qua propter abundantiam misericordie, prope mendacij sive simulationis ac duplicitatis iniuritatem incurrisse possit existimari. Sed nos ejusmodi rem gestam commemorantes, simul ad memoriam revocemus illud dictum Sapientis: Melior est iniquitas viri, quam benefaciens malum. Res hoc modo gesta est: Cleriens quidam ex pauperibus, qui, ut jam dictum est, ad beati Pontificis curam et elemosynam confluxerant, non contentus stipendio caritatis, quod sibi ex illo die porrigebatur, usque in Saxoniam transvolaverat, et otiositatem sectatus, quia, ut ait Sapientia, multa docuit malitiam, furtum perpetraveraat. Denique tres noctu effringens ecclesiás, cum vasis et vestibus sacris exinde sublati, sacrilegas Coloniam versus repedaverat. Illic deprehensus, imo subsequentibus o vestigio his qui dañum pertulerant, judici ejusdem

Ecclesiasticus 42, 14

Ecclesiasticus 33, 20

AUCT. REPERT.
AD.reum mortis
Clericum mira
san ulatione
liberalia
suppetitio :

B

Eccl. 42, 14

C

A deinceps civitatis reus representatus fuerat. Nec erat dubia sententia, quin sicut babet forensis lex, convictus sur sacrificius, statim suspedio interiret. At tum sanctus Pater in ipsa urbe praesens aderat. Audit ergo quod acciderat, confessim judicem ad se evocat, jubetque tamquam furti vindicem animosus, ut forum secum in suam presentiam deducat: Non, inquit, hodie quidquam cibi aut potus percipiam, donec in conspectu meo ille mortis reus appearat. Factumque est, et coram adductum, quamvis torvis oculis adspiciens, Te, inquit, vivere fas non est, cui mors tanta acquisita scelere, jam debita jamque parata est. Haec palam eunctis minaciter elocutus, opatum illum executori, scilicet pauperum provisori, reum committens, secretius edixit, ut necessariis sumptibus ubertim reficeretur. Ipse ad prandium discumbens, quæ sola causa penam illius disferre videbatur, assidente omni frequentia, cunctisque ad epulandum intentis, ipse propositi non immemor, jam dictum provisoris pauperum clam advocans, clamque auri insusurrans: Educ, inquit, Clericum, neumque sessu illi sterne quantocum equum, tuque pariter adequitanus, deducito ultra sylvam proximam: dansque illi libram argenti, illo in salutem dimisso, tu quantocum revertens, coram adstabitis. Factum est ut imperavit. Et ministro, qui redierat coram adstante, ipse simulata severitate: En, inquit, ubi est reus ille. Haec dicens, videbatur, imo visu volebat da pena illius jam maturanda tractare. At ille voluntatis ejus simul et facti conscius, tristitiam simul et pavorem confingens: Fuga, inquit, mi Domine, lapsus est. Tunc et ipse discurrens, fluctuorum metum verbis atque questibus depromens, concitos qui aderant, attulit redditum. Quem sanctus Pontifex quasi vehementer increpitans et minaciter objurgans, conversus ad populum, spectaculi caussa confluente: Ecce, inquit, reus ille effugit, evasit. Ite, currito, quatenus retractus ex fuga, debitam quantocum penam solvat. Hoc insigne pietatis egit memorandus hic fraternæ salutis artifex, simulator fidelis, et, si dici fas est, splendide mendax: de ejus tali commento si cuiquam meudaci nota non carere videretur, iterum atque iterum decantare licet id, quod supra dictum jam est: Quia melior est iniquitas viri, quam honestiens mulier. Vir namque is est, qui ad virtutem tendit, et in omnibus, quæ agit, regno caritatis intentus est. Mulier autem, id est, mollis judicatur, quisquis quilibet in sexu malum intendit, et regno cupiditatis deditus est. Ergo hic in facto suo, quanquam simulationis vitium subiisse videatur, vir est, et haec iniquitas melior est, quam benefactum ejus, qui dum justitiae zelum simulat, crudelitatem exercet.

a Praterlin, scilicet in priori Vita, ut quod hic referatur.

CAPUT VII.

Inimicitias ab invidis procuratae inter SS. Henricum imp. et Herebertum, ac divinitus sublatas.

2 Tim. 3, 12

Psal. 100, 23
et seqq.

I nter tot ne tanta pietatis opera servus Christi quasi male operans, persecutionibus, ut jam superius prædictum est, non carebat. Nec mirum. Dicit enim Apostolus, inquit, quod in Apostolo suo loquitur Christus: Omnes qui pie volunt vivere in Christo, persecutionem patiuntur. Et in Psalmo propheta Veritas cum dixisset de sanctis Ecclesiastis Rectoribus, Qui descendunt mare in navibus, facientes operationem in aquis multis, ipsi viderunt opera Domini, et mirabilia ejus in profundo: continuo subiunxit: Dicit, et stetit spiritus procellis, et exaltati sunt fluctus ejus: ascendunt usque ad celos et descendunt usque ad abyssos etc. Oportebat ergo

et istum, quoniam pie in Christo vivebat, persecutionem pati: et quia navis in mari, id est, Ecclesiam in hoc seculo regendam suscepserat, oportebat eum fluctibus turbari et moveri. Persecutionem patiebatur ab invidis, quorum moribus ipse minime conveniebat: illis namque gravis erat etiam ad vindendum, et ubi sanctius atque reverentius coram Domino humilis et parvus in oculis suis, procedebat sive adstabat, ibi amplius invidis dispicebat. Erat vero vultu valde reverendus, et carum, quæ in mente illius regnabant, virtutum quadam majestas fornicans in facie quodammodo visibiliter sentiebatur, maxime cum sancto altari assisteret. sacris Missarum soleonii intentus. Tunc etenim tam reverendus apparebat, ut in faciem ejus inteudere volentes, quædam velut magisterii dignitate subditos terret, nisi quos dilectio confortabat, quæ sola Dei et Sanctorum ejus adspectu digna est. Hoc amplius indignantes invidi execrabantur, procaciter ad alterutrum loquentes, et dæmonem eum esse dicebant, quem constabat esse Angelum Domini, secundum veritatem Scripturæ dicentis: Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, et legem requirunt ex ore ejus, qui Angelus Domini exercitum est. Videste, aiebant, dæmonem, quomodo se in effigiem transfigurat Angeli, ita ut nemo nostrum faciem ejus intueri possit. Et quid mirum, si veritas verum dixit, et secundum dictum ejus locuti sunt domestici falsitatis? Dixit enim: Si patrem familiæ Beelzebub vocaverunt, quanto magis domesticos ejus?

26 Porro majores fluctus illi excitabat in Imperatoris animo ventus contrarius, quia videlicet suspicionem, quam contra sanctum virum initio regni sui, sicut jam supradictum est, mente conceperat, invidi jam dicti semper augere laborabant detractoris susurrationibus. Denique res eo usque processit, ut jam dictus Imperator, nimio contra illum furore succensus, Coloniam peteret, hoc propositum habens, ut eum Pontificatu amoveret: aut certe, si hoc rationabiliter fieri non posset, quolibet modo injuriose illum et indigne traetaret. At vero Deus, maris et fluctuum Dominus, qui ad Beatum Job mystice loquens: Circumdedi, inquit, mare terminis meis, posuique vectem et ostia, et dixi: Hucusque venies, et hic confringes tumeentes fluctus tuos, non permisit procellam hand hucusque procedere, ut perficeret Imperator, quod intenderat: sed occurruerat subvenientibus, videlicet et ei qui patiebatur immeritus, et illi qui de innocentis conscientia male sentiens, peccabat errore deceptus. Caussa, propter quam tali cum animo Imperator Coloniam prope rabat, hujusmodi extiterat: Imperator exercitu commoto, Comitem quendam Ottонem, seculi dignitate præpollentem, in castro, quod dicitur Hamerstein, sito supra Rheni litus, obsederat. Is namque Otto Episcopatum Moguntinum multa infestatione sapientem pervagans, ferro et igne populabatur, odio magno contra ejusdem civitatis Praesulem vehementer inflammatu: fuerat namque ab illo propter illicitum connubium judicio generalis Concilii anathematizatus. Cum ergo querimonia ejusdem Praesulis excitatus Imperator, predicto in castro illum obseisset, venerabilis huic viro demandavit, quatenus et ipse cum suis ad hoc negotium festinus adveniret. At ipse tunc immensis vexabatur febribus et idecirco adimplere non valuit, quod imperabatur. Quam impossibilitatem ejus caussantem ut audivit Imperator, non creditit, videlicet antiqua suspicione præoccupatus, et putans illum semper exosa sui habere tempora imperii. Respondens igitur cum furore magnoque spiritu iracundia: Si, inquit, ad me dedignatur venire, ipse eum, quia ægrotat, habeo visitare: atque cum hac iracundia mox, ubi hostem expugnavit

D
Invidos patitur
infestos:majestate
vultus inter
sacrificandum
cluel:

Malac 2, 7

adversaris
magis invictus

Matt. 10, 21

ab his incita-
lum patitur
adversarium
S. Henricum
Imperatore:

Job. 38

F

cum recutus,
ob febris non
venire:

Avit, Coloniā, ut jam dictum est, properabat, imminentibus nimiumque sese ingerentibus invidis supra memoratis, qui satis ardentem furoris ejus ignem magis ac magis perflabant, linguis malevolis detrahendo innocentī viro Dei. Sed quia tempus erat jam consolandi, terminumque ponendī fluctibus illis et tempestatī diutine adversitatis, prospiciens de cōsco Dominus statuit procellam ejus in auram, et siluerunt fluctus ejus. Num ipsa nocte, qua Coloniā ingressus et officiosissime a viro Dei erat susceptus, cum se sopori dedit, videt in somnis quemdam quasi venerabilem virum. Pontifici ueste ornatum, qui illum sic aluentus est : Cave, inquit, o Imperator, ne posthaec amplius pecces in conservum meum Herebertum. Seito illum Deo esse acceptum : in quem si quid admiseris, tu sine dubio portabis iudicium. Nimirum gratia miserantis Dei, taliter prae-monendo Imperatorem, ignorantiae ejus percepit : quia videlicet in eo, quod virum ejusmodi suspectum habebat, non malitia sed ignorantia peccabat. Signum ejusdem Imperatoris animam timor Domini possidebat, neque scienter disponere aut judicare quidquam in regno cupiebat, per quod celestis offendetur Majestas. Denique cum aliquid de regni negotiis disponere aut judicare intenderet, dispositiones

Bomnes sive iudicia sua precibus et eleemosynis praeveniebat : quatenus mens ejus et actus celesti regime gubernaretur, ne quando exhibitoraret agendo vel judicando quod divinis contrariebat legibus. Recte igitur secundum intentionem suam divino, ut jam dictum est, oraculo praeventus et servatus est, ne tantorum meritorum Pontificem injuriando, ut proposuerat, ipse reus iudicio divinitatis existeteret.

C7 Quid multa? Mane facto, cum Imperator mente mutatus virum Dei advocasset, et id, quod cœlum evenerat, quod superno respectu Rex compunctus fuerat, vir sanctus adhuc ignoraret, ac perinde lacrymosis oculis apud illum querelam depromeret; caussas requirens, propter quas sibi tamdiu Imperator infestus existeret; repente, quod non sperabatur. idem Imperator exsurrexit, et virum Dei amplexatus est. Ille admirans, haec pariter consolationis ab eodem dicta accepit : Ex quo ad regni fastigium, Deo donante consendi, detrahentium linguis nimium credulns fateor, venerande Pater, te exossum habui, et hanc odii trabem in oculo gestans, et ideo nihil videns, iniquum de te iudicium habui, tuamque justitiam, inno Dei gratiam in te fulgentem, videre non merui. Porro, te taceante, cœlum clamat super te tuamque caussam defendit apud me. Nam ipse, qui de Sanctis suis curam habet semper et habuit, sicut scriptum est, Non reliquit hominem nocere eis, et corripuit pro eis Reges, dicens, Nolite tangere Christos meos, et in Prophetis meis nolite malignari; ipse me pro te corripuit, ut sciam, quod inter electos ejus computatus sis. Indulge ergo, precor te, quod in te malignatus sum, vel quod te servum Dei tangere deliberaui : quia peccatum meum cognosco, nec amplius addam adversari tue Sanctitati. His dictis, semel et iterum ac tertio sanctum Pontificem deosculatus est, triplicem nimirum nec-tens dilectionis nodum, de quo Sapiens loquitur ; Funiculus triplices difficile rumpitur. Profecto Imperatorem dignum et ecclesiasticum virum, ut erat eruditus et litterarum scientia ad unguem perfectus, arbitrii licet Evangelii memorem fuisse, ubi primus Apostolorum Petrus triplex negationis culpam trinæ dilectionis delevit confessione, tertio respondens : Tu scis Domine, quia amo te. Pulchre igitur et digne trinum dedit osculum dilectionis et pacis sub testimonio sanctæ Trinitatis ; atque hac dulcedine gratiae et honoris praterita infestationis amaritudinem superavit : nec moratus, virum Dei, jam

amicus amicum, prope se residere fecit. Haec videntes adversarii, qui quasi tempus opportunum nacti, adversum illum convenerant, suasque diu linguis ad accusandum acuerant, confusi, protinus in fugam conversi sunt. At vero ceteri benedicabant Domini, veritatem magnificantes Scripturæ, dicentes : Quia cor Regis in manu Dei est.

28 Nec contentus hac satisfactione Rex religiosus, adhuc de iudicio divino erat sollicitus. Etenim is, in quem peccatum aliquod commissum est, praeciput quidem vel consilium habet Evangelicum, ut peccanti in se corde suo dimittat : sed adhuc timendum est ille, qui legem dedit, quique per Prophetam dixit : Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei. Et de quo item scriptum est : Mihi vindictam, et ego retribuam, dicit Dominus. Bene ergo sollicitus, et præterea reconciliatione non contentus, nocte sequenti, finitis Matutinorum solenniis, assumptu uno ex Clericis, idem Imperator cubiculum sancti Pontificis adiit : sed non ibi quiescentem, verum in proximo S. Joannis oratorio vigilantem, ut solebat, et oratione insistentem reperit. Protinus abjecta chlamyde, solo stratus ante pedes ejus, in spiritu humilitatis et in animo contrito se suspici postulat, et ea potestate, quam Sacerdotibus suis Dominus contulit, veniam sibi dari cunctorum, qua in ipsum commiserat. Nec moratus omnipotentis Dei famulus, Imperatorem prostratum a terra sublevat, et Christo mediante, qui dixit : Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum sum. Ac deinde : Amen dico vobis, quaecumque alligaveritis super terram, erunt ligata et in celo : et quaecumque solveritis super terram, erunt soluta et in celo : absolutio culpæ secundum fidem Regis in celo et in terra perracta est. Erat autem hoc servo Domini initium sempiternæ consolacionis, quippe qui de ista valle lacrymarum protinus ascensurus erat ad gaudium divinae visionis, sicut Psalmista dicit : Beatus vir, enjus est auxilium abs te : ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum. Et subinde : Ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Sion. Etenim hoc idem vir Domini, revelante sibi spiritu, prænoscens, ait in illo secreto inter cetera ad eundem Imperatorem : Noveris certissime, quia post dicessum nostrum, quo nunc separandi sumus, nostras invicem facies jam in hoc seculo nequaque videbimus. Eo magis Imperator corde compunctus, iterum in amplexus et in oscula ruit. flens pariter et cuncta pene membra, manus et oculos, collum quoque fixis demulcent osculis. Hoc facto, clam ad cubiculum rediit, mortuam reportans memoriam prophetica beatæ viri, quain et postmodum, transitu ejusdem subsequentे, veram fuisse comperit, et ipse, ut andierat, ore proprio demarravit. Nec vero sui transitus tantummodo, sed et obitus Imperatoris propheticò spiru hic Sanctus Dei præscius extitit, quod postmodum suo loco præsens narratio non facebit.

CAPUT VIII.

Præparatio ad felicem mortem : morbus ; obitus, sepultura.

Igitur post dicessum Imperatoris, B. Herebertus, eorum civis, longa in hoc seculo peregrinatione fatigatus, cum suspirans prospiceret mansionem eternam patriæ cœlestis, tandem febre corripitur : et ecce servus Domini pro ipsa expectatione peregil, sentire sese arbitratus est quod iam veniret, jamque pulsaret Dominus, ut sibi aperiretur. Erat autem tunc temporis in quadam sua diæesis villa, quæ Nassia dicitur. Cum igitur urgente atque ingravescente molestia vexaretur, propere Coloniā mittens

ACTU RUPERT.

AB

Prov. 21, 1

Matt. 18, 38

Zach. 2, 8

Rom. 22, 19

se in terram
projicientem
elevat,

B

Matt. 18

oblitum suum et
predicit.

Ps. 83

F

cum celius
monum,

plane mulatū
et errorem
fatuem
reputa :

Ps. 104

et triplici
cœlulo recon-
ciliatur :

Joan. 21, 17

Nives corr.
pt ur febre,

Abbatem

AUCT. RUPERT.
VB
Jacob 8, 14
Extremum
unctione in et
Eucharistiam
in orationis
accipit:

real. 140, 2

A Abbatem Eliam accersivit. Quo veniente, ipse, secundum praeceptum Apostoli, sacro est ictus Oleo in nomine Domini, pariterque Corporis et Sanguinis Dominicani sacramentis munitus, tunc demum carinæ illatus est, ut Coloniam dederetur. Tunc in Apostolorum Principis oratorium jussu suodelatus, atque eorum altari sanctæ Crucis, quod ad medium situm est, depositus, prout valuit, capite oculisque ac manibus in colum protensis prolixius oravit. Aderant numque tam ex Clero quam ex populo quoniamplorimi, mirantes pariter et conponentes pro suavitate orationis et pietate supplicantis, cui veraciter omni tempore et tunc maxime in extremis suis congregabat illud Davidicum: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Oratione ergo bono cum odore ac religioso exemplo completa, in cubiculum oratorio conjunctum delatus est. Priedetus Abbas ab eodem pro consolatione retentus, continuis dubiis noctibus, ubi parum quid sonni perceperisset, visionibus clarissimis instruebatur, quod eadem infirmata sine dubio idem foret e corpore migraturus.

B 30 Erat autem hujusmodi una visio, quam mox hora instutiva beato viro, carnis sua solutionem desideranti, hoc modo retulit: Videbam, inquit, in B. Petri oratorium introisse: et ecce illud erat quasi magna et solenni frequentia plenum, splendidis Clericorum atque sanctimonialium choris consistentibus, et quasi ad procedendum paratis obviam cuidam imagine personæ, ut ab ipsis honorifice susciperetur: quo videlicet honore sacras illustresque personas in tempore prævenire, Ecclesiastice consuetudinis est. Nescielam, inquit, quo illa deberet esse persona, verumtamen magnam aliquam atque insignis reverentie suscipiendam fore personam, meus sonnantis sensus habebat. Ergo licet trepidans, in gradu meo consistens immotus, eum, qui primus inter eos videbatur, accivi, et quisnam ab ipsis suscipiens foret, perentatus sum. Ille respondens: Deo, ait, Sanctisque omnibus dilectum, videbile Archiepiscopum Heribertum venimus suscepimus. Ego vehementer admirans tanti tamque splendidi occursus festivitatem, haec audivi ab eodem protinus: Si scires quidler vel a quibus postmodum suscipiendus est, nequam admirareris super hoc processu nostro, qui re ipsa longe minor est. Hujusmodi visum is, ipi viderat, beato viro confessum diluculo referens: vero tamquam bono nuntio sanctam laeticabat animam, dissolvi et cum Christo cipientem esse. Nam expectationi desiderioque ejus anhelanti celerem adesse pollicebatur effectum, et eum, de qua jam supradictum est, discussus sui confirmabat præscientiam. Numique et ante visionem hanc abut quiddam iam dictus vir venerandus Elias viderat, quod probabilio ad eisdem rei significationem pertinebat. Fuerat autem hujusmodi sonnum, enudem Pontificem, sacris atque festis indumentis perornatum, procedere quasi ad celebrandi solemnia Missarum, sihinc tamen atque inconstatum, Clero expectante taciturno, eius idem Pontifex, quasi Romanum peregrinum prefectum, benedictionem flagitaret: qui et solus, ut videbatur, declinavit, et nosquam repertus est. Talia, non dubiam interpretationem habentia, cum ille tristis referret, vir beatus in abundantia letitiae suscepit quippe qui jamdudum finem suum indebet præcogitatum, presentibus adhuc juvabatur documentis, ut diceret: Disrumpo vineula mea, tibi seruisse hostiam laudis. Majora his, per quo longe vel proprie beati hujus viri transitus vel meritum significatum est, loco alio servata sunt: nunc cumdem ejus cœptus sermo prosequatur transitum.

C 31 Cum ergo absque dubio per præsentis legitimus molestiam pulsaret Dominus, hic servus fidelis

aperire illi properabat, lumbis jamdudum præcinctis et lucernis clare ardentibus. Distribuebantur omnia, quæ superfluerant, pauperibus, ut prefecturus ad æterna tabernacula, pauper ipse grata vice recipetur. Residebat autem ad caput lectuli frater ejus Comes, nomine Gezemannus, profundas lacrymas atque amarissimos continuans gemitus, velut qui in magno pelago tempestatem circumspiciens, fractoque gubernaculo naufragus periretaretur. Cui vir piissimus valde compatiens: Quid, inquit, frater mi, tam miserabilis temetipsum afflisi ejulatu? Parce, quæso, lacrymis et gemitibus: quia sperantibus in se non decit consiliarius et consolator Deus. Tu ergo jacta cogitatum tuum in illo: et quia cunctis in hoc seculo vivendi tempus breve est, et migrare oportet, nunc interim præparare, et miserere animæ tue, ut dignus habearis seculo venturo. Præparationis hie modus tibi pernecessarins et optimus est, ut de rebus tuis quoad potes, pauperibus impertiendo, amicos tibi facias: ut cum defeceris, si

D
mortiturus
omnino suo
largitur
pauperibus.

optimæ consolati
fratri suo
Comiti,

autem ait Dominus noster, recipiant te in æterna tabernacula. Hæc et hujusmodi salubria monita danti, ille respondit: Ista, Domine mi, Deo aspirante, libenti animo agere curabo: sed tuus ab hac vita discussus, fratris tui orphanitas et inconsolabilis animæ meæ viduitas est. Nostri præterea, quia majestas Imperialis tuis omnibus propinquus adversa semper exitit, et dum adiveres, tunc quoque nobis propter ipsum periculosus erat status vita præsentis. Ecce autem refugium nostrum, murus et antemurale nostrum cadit, dum tu ab hac vita discussis, enjus munielianorū virtute et gratia, magnisque apud Deum et homines meritis pervulgatis. Ad hæc vir Dei spiritu prophetico prædictus: Regem, inquit, immortalem modis, quibus jam dixi, stude tibi efficeri propitium: de isto autem bonum communis necessitas finem factura est, ut et ipse viam universæ carnis ingrediatur. Noveris enim quia post obitum meum, trium a non perget annorum curriculum.

Luc. 16

32 Post hæc, morbo invalescente, jamque non incerto ejus transitu, spirituales ipsojubente a Fratribus exequiæ psalmorum decantationibus incluantur. Ipse quoque pectoris anhelantis, quoad poterat, cytharam extendebat, pariter psallens et quodammodo dicens: Ingrediar in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei, in voce exultationis et confessionis. Inter ea pauperum procuratorem, cui curam illorum ipse commiserat, inter mecentium catervam continuo sibi assistere vidit: Et quid, inquit, nunc agunt fratres mei? Num illorum servitio deest aliiquid? Diebat autem de pauperibus: etenim illos humili conscientia fratres suos, imo et dominos et patronos apud Deum astimare conueverat. Cum ille cuncta, que sibi assignata fuerant, se expendisse, jamque nihil superesse respondisset, protinus Ecclesie Prepositum et civitatis accersiens advocationem, his illos allocutus est: Andistis, carissimi, inno et vigilanter audire debetis Scripturam dicentem: Quia foeneratur Domino, qui misericordia pauperi: et quia sicut ignem extinguit aqua, ita eleemosyna resistit peccatis. Ego si quid exempli boni secundum verba hæc vobis præbui, si quid in pauperibus seminavi, nunc jam reposita compensabitur merces, et missis, quam acquisivi, tunc jam recipienda est, sicut item scriptum est: Qui parce seminat, parce et metet: et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet. Jam enim volisum dñntius non ero hic, ubi seminatur. Migrandum est, et jam hora instat, ut eam illuc, ubi metitur, propria corporis mei, prout gessi, recepturus. Vos igitur tamquam filios carissimos pater moriens et ultimum spiritum trahens, bac novissima testatione convenio, quatenus pauperem memores sitis, atque hoc animæ meæ solatium im-

Fsal. 41
pauperes
localis fratres
suis et
dominos.

Prov. 10, 17
Eccl. 3, 33

commendat
pauperes
primarius
vires.
pendatis

2 Cor. 9, 6

A pendatis, ut quoadusque successor Episcopus subrogetur, constitutum a me pauperibus refrigerium, vestra suppeditante cura, non desit. His auditis, vehementer compuncti sunt: seque hoc libertissime acturos sponderunt, eo magis abeuntem congenientes, quod factis præteritis perpendebant convenire verba novissima, respicentes qualis erat, quætivixerat, quanto sibi semper studio misericordiam thesaurizaverat, et instantis horæ necessitatem finisque, in quo laus omnis canitur, quam sapienter providerat.

33 Et quia de successore mentionem fecerat, altius in planctum excitati, velut papilli jam deserti, percutabantur et queritabant, quisnam tanto Praesule viduata receptionis foret matrem ipsorum Ecclesiam. Ille, aiebant, virtute venerabilis est, et ille alius utcumque idoneus est: atque ita diversorum qualitates perpendendo, sollicitudinem suam invicem auhelando conferebant. At ille propheticò, ut jam supra dictum est, prædicto spiritu: Neque illum, impud. neque hunc, quem putatis: sed Pilgrimum habebitus Episcopum, et hic in hac Ecclesia Pontificatus officium b brevi tempore administrabit. His dictis, carne solutus, de vitæ presentis angustia ad ultimæ patris semipternam consolationem ascendit,

13 fructum percipiens perpetua jucunditatis. Migravit autem septimo decimo Calendas Aprilis, sepultusque est in Divitium Castro, in oratorio sanctæ Hæc genitricis, quod ipse condidit, multis deinceps ibidem coruscans nraenls ad laudem Domini nostri Iesu Christi. Ubi eum sanctum corpus ejus humatum fuisse, tunc demum reminiscens is, qui villicus sancti Pontificis extiterat in chorte ipsa, in qua jam dictum per superius memoratam revelationem constructum erat oratorium, admirando divinam providentiam, dicebat: Locus hic, in quo corpus hoc sanctum sepultum est, tumulus erat oīani tempore herbidus, semper mundus et amarus, omninoque oculis jugiter gratiosus. Quod nimis laudibus proficit beatissimi viri, cuius futuri exequis servandisque reliquias taliter sese loci facies, jubente Deo, preparavit, ut semper servaret viridis ille sinus terre, in quo requiesceret habet possessor semipternæ viriditatis, cui reposita erat hereditas incorruptibilis, incontaminata et immarcescibilis. Proinde eum Apostolo Regi seculorum immortalis, invisibili, soli Deo honorem dicatorum et gloriam, in secula seculorum, Amen.

predictus successorem pie moritur.

b

releuitur.

1 Tim. 4, 17

¶ Hebr. c. 5. Imp.

a Imo visit S. Henricus post hujus obitum annis tribus et mensibus fere quatuor, mortuus anno 1024 die Jul. Lambertus sedum habet dixisse, cum non multo post, scilicet eo de medio, alterum maneat honor principalis. — b Annos quindecim, ut ad priorem Vitam diximus.

CAPUT IX.

S. Heriberti et rixæ apparitiones post mortem.

Eodem tempore vir memorabilis a Eppo Babenbergensis Episcopus, præclaris moribus et non contentiis florebat virtutibus. Hic tam longe positus, eadem nocte, qua vir Domini Herebertus, post emeritam vitæ hujus militiam, supernum, ut jam dictum est, donativum accepit, visionem vidit hujusmodi. Ingredebatur quasi quoddam magni splendidumque Capitulum; et ecce ille immemorabilis rsidebat concio personarum venerabilium, Episcoporum, Abbatum, Regum atque Imperatorum, ceterorumque ejusdemque ordinis virorum illustrium, secundum summum quique ordinem vestiti, et omnes pulchri ac reverendi, quasi ad agendum generale Concilium congregati. Porro in medio considerandum, luco evidenti sella videbatur Episcopalis, sessorem nondum habens: verumtamen ad hoc parata, ut in illa resideret aliquis. Ut ergo tante amplitudinis locum, tamque venerando multitudinis conventum

introspiciens vidit, sicut ipse referebat, admiratione D
rect repeat.
ab.

Imperatori Henrico festinus intimare curavit. Is enim tunc inibi degens, Quadragesimum celebrabat Aiebat ergo: Cum ita starem stupescens, ecce nusus de illo sancto senatu tantoque quasi patriciorum cœtu surgens, et usque ad me pro foribus stante procedens, quem et ego dudum neveram, apprehensum manu introduxit me, annens ut super sedem vacantem, sicut jam dictum est, residorem. Ego veritus, hoc facere recensavi. Sciebant enim sellam eamdem positum non mihi, sed alteri, quem catenus ignorabam, viro majori reverentie et dignitatis amplioris. Nec mors: i.e. qui conventus ejusdem primatum tenere videbatur, inobus ex codem concessu venerabilibus Episcopis præcepto edixit, ut foras exentes, eum quem primum inventire stantem et paratum introducebant, et in sede illa media, quoniam sessioni ejus preparata fuisse, digne collocaarent. Fecerunt illi, ut fuerat imperatus: et ecce quem adduecebant, is erat Dominus Herebertus Archiepiscopus Coloniensis, sacro redimitus ornatus, tamquam in die solemni ad celebraenda solemnia Missarum. Eum in illa sede meleum, ut fuerant jussi, sedere fecerunt. Verumtamen unum ad ornatum ejus, scilicet halteus, deesse videbatur. Cum ergo vidissent illum Principes tantum concedentes, haltevnumque illi deesse animadvertisserint, quasi vehementi admiratione concitati, sorcitabantur quisnam ille esset, qui tanti Pontificis ornatum dimicere præsumpsisset. Ad haec ipso tacente, prælocutus est unus de Primoribus, dixitque, quod is esset Imperator Henricus. Haec, ut jam dictum est, venerabilis Episcopus manu facto Imperatori retulit, pariterque, ut erat certus de visionis veritate, affirmabat, quod Sanctus Domini Herebertus jam separatus a terrenis, et translatus esset ad immortalem Senatum cœlestis. Nec vero illum constantia sua felicit: nam post dies aliquot munitus venit, qui Imperatori sacrau, ut jam dictum est, Quadragesimum celebranti, Coloniensi Archiepiscopi obtum ammutavit. Requisitus quoque diligenter, quando obiisse: et utrum noctu, an interdui de corpore migrasset, cum sicut se res habebat respondisset, admirati sunt, tunc Imperator quamvis qui visionem viderat Episcopum, quod talia tamque longe positis Dominus fuerit revelare dignus: nam ipsa nocte, qua visum Episcopum viderat, Sanctum Domini migrasse constabat. Sed et ante quam munitus jam dictus adveniret, Imperator non incredulus visioni, responderat eundem Episcopo narranti. Si balteus caruit, me prædonie, ille sanctus et venerandus vir: Domino adjuvante, meque operam dante, rapina huc restitutetur Hui. Recordabatur autem et novissime ejus collectiōnis, quia Imperator pro reatu suo eorum illo sati fecit, et hoc ab eodem adiuvit, quod suas invicem ulterius facies non esent visari. Item et illud prudenter in hac re conjectorem non latebat, quia, quod a se colligebatur vir tantus halteo suo spoliatus, hoc erat, quod a se non fuisse digne pro meritis suis honoratus. Igitor Imperiale manus hujus extendens, dona Christi Ecclesiis pauperibusque de tribuit, sacrisque Missarum solemnis, psalmis et orationibus transitum beati Praesulii editus celebrari, cui balteum ipso sustulisset: id est, qui vivente longe minus quam deeperat honorificasset. Vere ut sapiens hoc egit, quia nimis nullo modo molens rapinam ejus poterat restituere, quam faciendo pro se metipso fructus dignus premitentia. Quapropter arbitrii licet, visionem hujusmodi non tantum pro beati Praesulii honore, verum etiam pro ejusdem Imperatoris melioratione celebrata fuisse: quoniam ipso superius

in concessu nobis nostro

præsumus apparetque velut,

qua a.s. Henrico Imp.

non esset pro nero bona causa.

f

honoretur a. + morte elemosina, quia, partibus, et, prelatis;

rius

*Eptepsa
Bimbergeni
hora mortis
facta*

A rius memorata satisfactione sua promeruisse, ut sicut eum persona non accusabat, ita nec illum superstes caussas vestigium accusaret. Nam in predicta visione sancto percunctante Concilio, quis ordinatum ejus minuisse, diligenter notandum, quod non ipse beatus Præsul respondit, neque Imperatorem accusavit: quia videlicet vivens Evangelici memor præcepti, totum ex corde suo dimiserat illi. Itaque vel modicum caussæ vestigium, quod supererat, ne accusaret eum, pulchre talis visio juvit, ad misericordia: opera suscitans ejus animam.

33 Interea tumulus beati viri, locus (ut erat) apparet esse refugii fidem habentibus et ex quoemque necessitate consurgentibus ad protectionem Dei cœli: et velut quidam rius paradisi, gratia curationum exinde fluebat ubertimi. Sanabantur infirmi, illuminabantur cœci, erigebantur contracti, currentib; claudi, paralytici curabantur, demones de obsessis corporibus effugabantur. Unum autem inter cetera contigit infra tricenarium funeris, quod pro sui magnitudine non preterire, imo et impressum narrare dignum est. Res enim gesta est valde mirabilis, et pene esset incredibilis, si non ex sanctis canonis que constaret Scripturis, Angelos quoque, qui utique spiritus sunt et carne non teguntur, interdum

B visus et anditos fuisse ab hominibus sensibus corporeis. Siquidem hoc accidit, ut spiritus beati huius viri, jam carne solutus, homini viventi visibiliter appareret, sermonemque conferret: cuius videlicet sermonis subsecuta veritas testatur, non phantasticum, sed verum et divinum fuisse, quod ostensum est. Res hoc modo gesta est. Vir vite venerabilis Volpertus, cenobii, quod ab eodem sancto Poutifice constructum fuerat, Pater primus, recenti tanti Praesulis obitu magis excitatus, quotidiam maximeque nocturnis pervigil insistebat orationibus. Erat multorum monachorum Pater, quippe cui propter egregiam vitæ conversationem, scientiam quoque et dilectionis abundandiam, non solum prefati cenobii, verum etiam monasteriorum S. Pantaleonis, Sanctique Viti cura vel providentia commissus fuerat. Hinc per omne tempus vite continuo pene studium fuerat, Matutinos prævenire hymnos, solitariisque vigiliis psalmos decantare Davidicos: et hunc sanctum fervorem ejus dolor, qui de tanti patris obitu acciderat, majorem, ut iam dictum est, efficerat. Cum ergo quadam nocte ad hoc ipsum opus ardentius assisteret, et magno caritatis igne sanctæ orationis incensum adoleret, revera fumus aromatum ejus altius ascen-

C dit, et ante oculos Domini in celum usque pervenit. Nam illo diutius orante, respectus Divinitatis super eum factus est, et locus contremisit, juxta quod in Psalmo, salvo altiori sensu, scriptum est: Qui respieit terram, et facit eam tremere. Stabat autem ipse prope sepulcrum beati Antistitis, et quem vivente dilexerat, inde sepolcro mente et corpore ardenter inlucerbat. Cum igitur locus intremisset tam vobis ut tota monasterii fabrica sumulat quati videatur, mortalis, ut erat homo, inhorruit quidem, sed non modicam habens fidem, coptam continuabat orationem, corvo altaris apprehendens. Iterum a parte Orientali murus templi cum magno sonitu intremuit et omnia ciremstantia moveri visa sunt. Ecce autem ex sepulcrum beati viri patescens est, et Sanctus Dei egredi visus est. Isque stans prope virum jam dictum, leniter tangens illum, quid operaretur sensitus est. Horum, ut jam supra dictum est, omnino incredibile videbatur, si nusquam Ecclesiastice contineretur litteris, aliquos Deo velente corporaliter visos fuisse mortuorum spiritus: si non etiam Angeli ali hominibus Deo placentibus fuisse hospitio suscepti legerentur. Sed et Daniel in visione Angelica confundebatur, eodem, qui apparuerat satagente

confortatus est. Cum igitur et istum beatus Pontifex D alloqui inciperet, tangens prius latera ejus baculo Dan. 10. Pontificali, cum que fuerat tumulatus, vires ille resumpsit, et ad interrogata respondere prævaluit. Nam sic ex visione et ex predicto fragore fuerat tremefactus, ut non prævaleret stare, imo et vix ad sedendum virtus sufficeret. Cum ergo percunctanti obitus diem et predicti

Math. 18, 35

Chrest miracu-
lis.

Volpert
Abiit, viro
sancto appar-

Psal. 103, 32

a tumulo visus
egredi:

Gen. 18, et 19

obitus diem et predicti

Isa. 32.

E

confestum is, qui apparerat, intulit hæc: Orationibus, frater mi, sedulus vigilanter insiste, et vivorū atque mortuorum parentum vel familiarium tuorum salutem exorans, mei quoque minoriā abundantius babe. Scito enim et veritatem loquenti mibi præbe fidem quia obitus mei die trigesimo, qui nunc imminet, mecum præsumus es. Hoc ille audito, pene examinatus resedit in eodem loco. Tandem vero spiritum paullatim attrahens, respiravit, baculoque innixus surrexit, et corpore ac mente tremens, vix ad lectulum pervenit. Mane facto, in conventum Fratrum de more processit, sermonem protulit adiunctionis satis eloquenter et cum spirituali ornato magnæ venustatis: inter cetera maxime illud exhortans, quod egregium decus est monachorum, ut videlicet oris sui custodiā haberent ad silentium: quia sicut Propheta testatur, cultus justitiae est silentium. Porro visionem, quam viderat, tunc interim reticuit. Conventu autem soluto, seniores tantum, et qui magis spirituales esse videbantur, secretius advocavit, et quæ viderat, quæque audierat, euncta per ordinem refluit. Illi rem non ut erat attendentes, et longe minus quam erat testimantes, suo sensu loquebantur, dicentes ei nihil aliud fuisse quam quod est humanae consuetudinis: scilicet quem viventem dilexerat, euidenti mortuum præ oculis cordis cogitatione continua versabat, et cogitationes vigilantis curamque dilectionis, quam erga illum habebat, sequebantur hujusmodi somnia. At ille audiens hæc, nihilominus sciebat, quid vel qualiter vidisset, magisque suæ conscientiae, quam aliorum credebat opinanti ignorantiae. Quid multa? Obitus beati viri dies instabat trigesimus, et predictis monasteriis Pater ad eumdem diem copiosas pauperibus impensis præparat. Oportebat autem illum propter hoc ipsum exire ad quamdam sue vel Ecclesiastice possessionis villam, quæ ferme decem milliaribus a monasterio præcul aberat, ubi quæ necessaria erant futuro diei, præparare præsens ipse properanter jussit. Hoc facto, navem concendens, velociter per alveum Rheni ad monasterium revertebatur. Jam hora sexta rogabatur a comitibus, ut pranderet: et F quoniam ipsis ita jucundum de more erat, et bora satis opportuna commonebatur, ipse quoque non abnuens, imo et ex caritate juventuti famulanti descendens, præmisit opus Dei. Sextamque Horam de more cum duobus, qui obsequio ejus aderant, Fratribus canere incepit. At ubi ventum est ad lectio- nem, quum nos Capitulum dicimus, hoc antem erat, Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi ultra non dominabitur: quod enim mortuus est etc. respondentibus illis, Deo gratias: continuo spiritum exhalavit. Quod videntes qui simul aderant Fratres, socique vel comites, vehementer attoniti, et repentino stupore præventi, paullisper attendentes, protinus voces cum ejaculati levaverunt, paullo ante huius nunc autem tristes: quippe qui cytharam suam in luctum, et organum suum videbant versum esse in vocem flentium. Egressus est unus, ut terrestri itinere præcunneret ad monasterium, ut rem Fratribus intimaret. At illi qua hora innitus hic ingressus est, ad coenandum considerant, alacriter sui Patris adventum et subsecutur diei, qui trigesima beati Praesulis erat, spirituali expectantes letitiam. Ut ergo innititum hujusmodi condescendentibus innotuit, pariter cuncti

qui subito
obdormit in
Domino:

non

A non leviter congreguerunt, mente concussi, et suis pene cuncti sedibus excussi, tam miserabili gestu tamque lacrymoso processu, ut nulla sermonis copia satis exprimere possit. Vulnus quippe adhuc recenti, id est, dolori, qui de beati Præsulis obitu acciderat, vultus hoc aliud superaccesserat. Itaque filiorum animos non mediocriter tangebant tam confinia tamque contigua Patrum funera. At ille, venerabilis Pater, qui nunc taliter discesserat, revera feliciter ad aeternam vitam, prandium coenamque immortalitatis invitatus processerat, veram visionem suam, verum oraculum illius existit suo comprobans, qui dixerat illi, Quia die obitus mei tricesimo tecum es pransurus.

contractus.

36 Allatum itaque defuncti corpus prope sepulcrum ejusdem vatis sui, videlicet sancti Præsulis, cum libitina depositum est. Ecce autem inter exequiarum vigilias pauper quidam, a cunabulis contractus, quem idem sanctus Pontifex, dum adhuc viveret, alebat, inter sepulcrum sancti et hujus defunctorum tristis prorepererat, et inter duos mortuos, suæ inopis vita patronos jacens tota nocte se illis superstitem esse deplorabat. Viderunt illum, qui coram Deo vivebant, et eadem clementia, qua viventes in carne virtualem illi præbebant almon-

niam, defuncti iidea mirabilem totius corporis ejus D operati sunt medelam. Denique circa locis exortum, Matutinos Fratribus hymnos persolventibus, repeuste is, qui contractus jacuerat, vehementer exclamavit, velut ad succurrendum sibi, videlicet virtute invisi-
bili concussum nervisque solutis in longum extensus. Quo ejus clamore auditio, nonnulli ex Fratribus se-
niiores accurvunt, videntque illum extensem jacere, rivinique terti sanguinis per pavimentum. Allata protinus aqua, resocillatus est, et post pusillum sa-
num surrexit, ac permanuit in columnis. Hujus opus
virtutis recte utriusque asseriri debet meritis. Ce-
terum a beati Præsulis transitu, intra paucorum
dierum recursus, viri pariter et mulieres ferme
quadriginta quinque diversis incommodis liberati
sunt ad sepulcrum ejus gloriosum, laudantes nomen
Domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre et Spiritu
sancto vivit et regnat Deus per omnia secula secu-
lorum, Amen.

*a Qui hic Eppo dicitur, in litteris S. Henrici, de ecclesia ab anno 1007 ad annum 1012 prefuisse. Eum Wippo in Vita Couraudi Salic, qui S. Henrico successit, vocat virum mortuus re publica valde necessarium. Dalmatus lib. 6 Cancellarium S. Henrici appellat et repertar donaciones S. Henrici recognoscit in Notitia Eccles. Bely. Miras cap. 78 et 79. Historia Leo-
drasi Chapeauclerci tomo 1. pag. 213. Metropoli Hanuti tomo 3 pag. 526.*

E

DE B. JOANNE EPISC. MARTYRE, VICENTIAE IN CISALPINIS.

AN. MCLXXI
XVI MARE.
Culans Vicentia

Suera urbis Vicentiae monumenta lustrantibus nobis anno MDCLX, inter alia Cathedralis ædis ornamenti ostensa est ora super aram elevata, in qua B. Joannis Episcopi et Martyris corpus pio indigenarum advenarumque cultui propositum reli-
giouse osservatur; de quo ne multa nobis videbantur re-
quirenda, Francisci Barbarani de Mironis diligentia faciebat, qui accuratissime cuncta quæ haberi possent dicebatur collegisse, et per plura distinxisse capta, ra-
que inseruisse libro 2 historia ecclesiastica Vicentiae, a se Italia lingua composito, et tunc recens ante octo-
num vulgato. Quia tamen primos narrationum qua-
rumcumque fontes reguimus ipsi, et lectori nostro li-
bentius proferimus, operam nonnullam dedimus, ut in-
veniremus quas Ughellus citat inquisitiones, anno MDCXXXVII demandata Honorii Papæ in confessas tum Vicentia-
tum Cremonæ: rogavimus postea Vicentinos ut eas nobis
vellent submittere; sed spe expectationeque frustrati
(cum duliori moris properans impressio non pate-
retur) neversse hubimus Barbarani contextum Latium
facere ex Italico, eoque jubere contentum esse lectorem,
nisi aliquis instrumentum illud mature submittat, sal-
tem in appendice atteneretum.

2 Interim certus manet hujus Beati cultus ex iis, quie
cap. 2 hic proferebatur, usque ocdis ipsi nostris vidi-
mus: quæque eadem u Ferdinandu Ughello tom. I Italiae sacra in Episcopos Vicentini profundunt. Tem-
pus Vicentiae Sedis ab eodem uita annum fuisse
MCLXXIX credimus Burburano, quippe qui contra alio-
rum, annum vel LXXIV vel LXXXI scribentiuoi diversos
centenos, provocet ad authenticæ et publicæ Ecclesiæ Vi-
centiaæ documenta, ex quibus in libro 4 Historia sue,
uerendum ab nobis viso, demonstratur sit Aribertum de-
cessorem Joannis usque ad annum LXXIX riteisse. Quin
etiam idem credimus B. Joannis martyrum ut annum
epusdem seculi LXXXI referenti, ut qui proprius omnia
scrutatus sit quam præcitatius Ughellus: qui proinde
ut in principio Episcopatus assumando erraris dicitur
posse convineri: ita nihil certiore ducem scimus
credi posse, cum annum LXXXV scriptus. Facit tamen
huc controversia, nunc denum nobis cognita, ut præ-
dictæ inquisitiones aridins possint desiderari. Sicut enim
Martii. T. II.

per easdem clare videtur qua pietate quæ sanctimo-
nia vixerit, idque ex testibus oculatis: ita suspicim-
us liceat circa initium finemque Episcopatus a Joanne ad-
ministrati certius atque posse ex iisdem haberi,

2 Quod magis citram suspicari licet circa Episcopatum
Mantuorum, quem etiam ab hoc Joanne gestum habe-
mus ex Epitaphio quod inscriptum est arce post trans-
lationem sub maius altare, factum fortasse tempore istius
Honori, qui in vitam et mores jussit inquiri; atqueo
haud multo post annum MDCXXIII. Etenim de Mantuanis
regimini unius admodum variant auctores, nec absque
chronographicis mendis omnes. Nam Hippolytus Domes-
mundus, Garciadoro, Mantuanus Episcopo, pridem ex-
communicato, quod esset Frederici Imperatoris assecla,
sed inita Venetiis pace cum Ecclesia reconciliato, ac
taudem circa annum MDCDX mortuo, successisse scribit
Guidonem, Guidoni autem septimo post anno extincto
substitutum Joannem: hinc vere similiter defuncto
(nulla facta Vicentia aut Martyris mentione) suspectum
fuisse Sigisridum u Clemente tertio; atque adeo post
annum MCLXXVIII. At contra est quod pacificatio Veneta
indubitanter pertinet ad annum MCLXXVII integrum de-
cenrio posteriorum eo, quo Donecundus factum scribit,
Multo autem magis quod Garciadorus iste dicatur ab
Ughello ut Catholicus anno MCLXXXIX inter Concilii
Lateranensis Patres numerari, eique subscriptus
inveniri post Aquileianum Patriarcham,

Non videtur
Mantu Ep.
Garciadoro
mortuo suc-
cessisse,

3 Itaque aliud viam Ughellus ingreditur agens de
Joanne nostra, chrysiamque et chrysologiam epis sic te-
xens: Concionatur insignis fuit et ecclesiastice libertatis
indefessus propugnator: quippe qui in illo
terrino schismate, contra Alexandrinum in excitato,
partes Alexandri amplexus, pro S. R. Ecclesiæ li-
bertate se contra schismaticum Fredericum ejusque
fautores quasi inexpugnabilem murum opposuit...
quamobrem ab eodem Pontifice, ex auctoritate Gras-
siadoro Mantuano Episcopo schismatici Octaviani
assecla, defunctoque Vuidone, Mantuanus Episcopus
renuntiatus est, eunque Ecclesiam anni aliquot
administravit: quo tempore cum Vicentium popu-
lum ad partes Alexandri foventas adduxisset, der-
ende Vicentino Præsule, ejus urbis acclamatus

un illo deponito
fuerit substi-
tutus?

A Episcopus est anno MCLXXVI. Ceterum cum inter Alexandrum Pontificem et Fredericum Imperatorem pax esset, et Grassiodorus censur exolutus ad suum Mantuanum Sacerdotium rediisset, anno MCLXXIX, Joannes Vicentius remansit Episcopus. Quan Ecclesiam cum sanctissime rexisset, tandem pro libertate Ecclesie sive jure Episcopatus tenuis... gladio confossum. Martyr evolavit ad superos, anno MCLXXXV.

*vel potius vel
Administrator ecclesiarum
Mantua per
rexerit*

B Nos qualia Ughellus allegat Concilii Lateranensis Actu et subsignationes nusquam videntur, nec viderunt quicquid hactenus Conciliorum corpus compilatur: sed nec Epistola Papiensis Conciliali ad Imperatorem, cui predictus Garsiodorus ut Comes Canera Imperialis subscripta anno MCLX. Hoc interius tulerimus, quam non dubium est Mantuanum anni istius Episcopum, quocumque de nimis dictum nomine, excommunicatum fuisse, quid schismatica Factori adhereret: tam non facile esse credendum quod Alexander in eorum quos excommunicarunt locum Episcopos alias ordinaret, nisi ut illius certioribus exemplis probetur. Quare si usque ad pacificationis tempora supervixit Garsiodorus; verosimilimum nobis videretur tam Guidonem (si tamen nullus Guido in eis Mantua fuerit, de quo neccum nulla publica documenta prodit) quam Joannem dissoluto per Garsiodori excommunicationem Episcopatum Mantuanum soluto esse Administratores cum palestae et charactere Episcopali: quoque numeri recte gesto, pace inter partes iusta meruisse Joannem, ut in Episcopatum Vicentinum tum forte primum vocantem per Alberti monachum, ut se demonstraverit Barbarus promittit, ab grato Pontifice induceretur.

VITA

Ex Italice Francisci Barbarani de Mironis.

CAPUT I.

B Joannes ex Priore S. Victoris S. Laurentii Abbas et in exilium pulsus, primum Mantuanus, dein vicentinus Episcopus creatus.

*Circumor
nobis famili
natur.*

Beatum Joannem, patria Cremonensem, Placentinos adscriptum Joannes Petrus Crescentius lib. 13 cap. 3 de nobilitate Italica, eo fortasse deceptus, quod aliis ejusdem nominis et famae Episcopus etiam ipso Vicentius circa annum MCLXXXVI Placentinus fuerit. Pater in Evangelista de Surdistit ex familia nobilissima, unica carum que anno ab Urbo condita DXXI hic in Coloniam a missione sunt Consulibus Marco Claudio Marcello et Caio Cornelio Scipione Calvo. Matri ex illustri familia Persicorum Bertie suo Alberto nomen fuit, qui post Joannis nativitatem ad secundas transiens neptis, conjuncta est Adamo Caccenfructio, et ipso eisdem civitatis nobili indigene; unde factum ut cognomine vitrici potius quam patris cooperit infantulus privignus appellari.

*principale instruc
tus ne litteris.*

S Educatione rursus natalibus conveniens multum habuit praeditus, ad quam velut a natura facta: Joannes videbatur: adeo ut emeta pueris etatis oblectamento ingens, quicquid a scholis liberi haberet temporis, faciente aut domi aut in ecclesia orationi impenderet. Adhuc operibus eritatis cęga proximum exercenday mire additus, larga ratione dispensabat in egenos quidquid poterat opus: ergo se ipsum vero jam tum austerus, quin hebdomadis tres, jejunabat dies: et magnas voluptates et vitricas matre ex ejusmodi principis futuraneus ejus sanctitatem prenosceret. Deinde ut satis fuit al humaniori litteratura instructus, cum annuum a secundo presens abductum ad secundum religionis portum transferre vella, Ordinem elegit Benedictum et in monasterio S. Laurentii, extructi enim circa annum MCLXXXVII

*et monachus
in S. Litor. et.*

perh Oldorium Francum Episcopum Cremonensem, D sacram suscepit habitum anno etatis sua XVI, Christi vero MCLXI. Ubi tantum in religiosis profecti virtutibus, humilitatis videlicet, patientia, silentio, orationis, ut anno MCLIX, qui ipsi fuit vigesimus quartus etatis, constitutus fuerit Prior monasterii S. Victoris: quod fuerat anno MCLXIV ab Episcopo Cremonensi Landulpho fundatum: et deinde anno MCLXXV per Hubertum Zenonum, ejusdem civitatis Antistitem annexum fuit d' Abbatia S. Laurentii. In hoc Prioratu, octo ducentaxat monachos numerante, annis tribus continuo gubernaculum tenuit, verbo et exemplo cunctis ad veram perfectionem praelevens; usque dum ab ipsis suis monachis Laurentianis, eductis e Prioratu, processa Aldatiæ iussus est: quod munus nisi obedientia sua probata virtute suscipere noluit, expresso illius mandato adligandus.

3 Abbas consecratus, inter alia quæ laudabiliter ordinavit, institutus statim elemosinas in pauperes erogandas, easque multas et magnas quod usque ad annum MCLXXIII in usu deinceps fuisse, testatus est Odode Comitibus Cremonensibus, Mater autem filii sui annulata virtute, ipsam se divino mancipavit obsequio in sacra illa aede, in qua etiam vitam hanc temporalem cum magna virtute opinione finivit, inclinatura eternam. Quantum autem Joanni accessit ad eminentiam dignitatis, tantum quoque ad studium addidit consummate virtutis, testisque est Petrus Arvitianus (is qui Joanni famulare obsequium exhibuit anno post mortem ejus duodecimo interrogatus juridice, quid laneo indusio vestitus ad carnem, non prius illum soleret ponere quam usi tritina disrumpere: hinc autem osas sit numquam, nec praeferit ordinarios veteris monachis cibos ullos admittere voluerit, noctu diuine intentus orationi qua voce qua mente perractande, in qua sola reposita habebat omnes delicias suas).

4 Haec inter occupato Joanne, et monasterium suum cum magna prudentia et virtutis hunc gubernante, Fredericus primus eo nomine Imperator anno MCLXIV curavit mandatum Cremonæ vulgandum, quo subintermissione grandis paucæ omnes cogebantur agnoscere ut Vicarium Christi creatum ab ipso Antipapam Victorem contra ius Alexander in, legitime in Selem Apostolicam sublimati. Fuit ea res beato viro et zeli exercendi et patientiae materna ingens: etenim dum ad praestandum unum vero Papæ, Alexandru obediens, monachos suos populumque hortatur, et spe metu deficiente ad partes Imperatoris fideles intitit retinere, publice contradicentes sibi ministros Imperiales sustinuit mansuetudine singulare, quemadmodum Joannes Bonus Ecclesie Cremonensis et Massarius præsenterent se audiisse assertum: quin etiam Raimundus de Hortea adfuisse so dicit quando convenerant sibi in faciem Anselmo de Dovaria genero et respondit: Quidquid volueris dico: audiam ego agniti manusuetudine injurias, ab Ecclesiastica tamen libertate et justitia defendendas numquam ilexisti.

5 Fidelis Abbas per dicitur et exemplum tantum valuit apud Cremonensem cives, ut quin ante a favore Imperatoris hand modice propoundebant, ex his non tantum Clerci sed plures etiam omnis veri Pontificis parte, hand obscurè amplectentesur. Quare indignatus Fredericus pelli cum omni Cremonensi dati ne jussit. Cessit violentia tyranni: vir beatus et in agro Mantuanio iuxta Tullium humum habitatorem delegit in fugiende parve, adjunctor ecclesie non magne B. Marie Virginis: ibique residit aliquod annis quietis, et finem prestito latet tempore illius: donec res ad Alexandrum Pontificem delecta, illum commovit, ut y Eliminet monasterium ipse attribueret, prout novimus testimonio Landfranci

b

c
d
e
f
*dein Prior in
S. Victoria,*

*ic denique a
suis Abba
et filiis z
E*

*quibus magna
cum exemplo
presit.*

In schismate

*pro Alejandro
etero Romano
et in regno*

e

*deoque va
et in aperte*

*ad dominum
Paulo, non
recte n.*

g

A Landfranci Abbatis S. Petri de Montirone, antea Prioris in coenobio S. Laurentii.

nbi Episcopus
n.

indeque ad
sedem Vicentia-
nom transfor-
mari.

6 Interim Ecclesiam Mantuanam contigit suo orbatam Pastore, requirere alium, et communibus votis Joannem eligi, anno, ut volunt quidam MCLXVII, at secundum Josephum Brixianum LXIX: qui electio mire Pontifici grata, proindeque ab illo fuit continuo confirmata, et Joannes jussus est Episcopalem admittere dignitatem. In quo tantis mox virtutibus resplenduit, ut omnes sibi de tali gratulararentur Provinie, et Petrus de Tinetis familiarissimus quondam illius dixerit, solitum dies noctesque soli orationi et Scripturae sacrae lectio intendere, annos autem sui Episcopatus proventus omnes in Christi pauperes distribuere. Mortuo deinde sub annum MCLXXIX Ariberto Episcopo Vicentino, Vicentini cives (qui Fredericianorum pridem exosi tyranidem, cum Patavinis Trevisanisque et Veronensibus, ad vindicandam Ecclesie libertatem, Veroune inierant fœdus anno MCLXIV, et imperialibus ministris, a quibus inmanibus expilabant modis, Consules populum recturos substituerant, cum iisdemque ausi in campum procedere, recipiente se Papiam Imperatore, plures quoque Italiae urbes Brixianam, Bergonum, Mediolanum, Mutinam, Bononię et Arretium in fœdus Veronense attraxerant h) cives in quam Vicentini Episcopum ab Alexandre postulavere Joannem; et pro ingentibus suis in Ecclesiis meritis facile obtinere, eo quo diximus anno, quamvis Josephus Brixianus annum MCLXXV scribat, confutandus ex publicis documentis, quibus constat ab anno MCLXXII usque ad LXXIX ejusdem seculi Aribertum præsedisse: similibusque instrumentis resellitur Mantoanus historicus Hippolytus Ionesmundus, qui mortuum Mantuae Joannem videatur asserere.

B *opus n. Episco-
pum privata-
ritates,*
h
C *a publica locu-
m. 1.*

7 In Vicentinum Episcopatum ingressus Joannes, eumdem quem antebac tenuit vitæ severioris rigorem, sub Pontificali habitu monastico semper induitum capucioque vestibus, citra lini usum; et contextam ex lana interlam rudiori cingebat fune, prout Dominus Henricus de Creazzo (totis quatuor annis in ejus commoratus famulitio et induendo beato viro atque exiendo solitus quotidianam commodare operari) est contestatus: adiens insuper consuevit die Veneris sancto coemere quidquid haberi poterat vestimentorum pauperibus contegendi, in eosque suis manibus distribuere: quibus etiam saepe abluelat eorumdem pedes, modo quinos aut duodenos, aliquando etiam viginti quinque et plures accersens, in quos omne liberalitatis genus effunderet, quantum ex Episcopalibus redditibus habere potuit. Testis etiam est Joannes de Malaterra de Mandalbertis, quinquennio domi ipsius commoratus, suis manibus preparatum cibum deferre solitum ad infirmos et parturientes, neque quidquam prætermissee ejus sollicitudinis, qua paternam erga oves suas caritatem exerceret: erga omnes mitissimus, præterquam erga suum corpus, quod vilibus operi pannis non satis babuit, nisi etiam rigido ad carnem cilicio maceraret.

8 Animadvertisens autem multum relanguisse Vicentinorum civium religionem erga sanctos Martyres i Felicem et Fortunatum, quorum ipse templum sanctasque reliquias frequens gaudebat visitare, idque propter lutum quo obsita platea erat, a porta Castri usque ad præfatum templum ducens; sumptibus suis eamdem mundandam et sternendam curavit, magnumque ex eo impendio retulit pietatis in populo auctæ fructum. Defectum etiam necessariae doctrinae magnum in Clero esse observans, quo siebat ut regendis animabus haud satis idonei parochi sue diocesis essent, sumptibus item suis Theologiae

Lectorem advocavit, qui Clericos sacras doceret litteras. Denique vigilissimi Pastoris partes omnes et numeros expensis novam Ecclesiam Vicentinam inducebat faciem, et turbulentissimis illis temporibus, velut in quiete pacis securitate, suos, qua poterat, conservabat atque sovebat.

a Hanc fuisse 1 millum circum Romanorum Vicentini putant. *Florus* in epistole Lixii ultimo libro Decadas 2. mentione Romanorum exercituum circa hac tempora primum trans Padum progressorum, Gallorunque Insulorum ad deditionem coneturum, deinde opinorum spoliorum, cosa eorumdem Insulorum Duce Viridomao, reclusorum a Marcello Cos. et Colonorum in agrum u Cattis captiva deducaturum, Placentiam et Cremonam. — b Ferd. Ughellus tom. A Itilia sacra col. 801 hunc ut circa an. 980 Lupprando Episcopo successisse, et decennum post tom SS. Hymeri et Gregori Corpora Spoleto Cremonam transtulisse ad adem Cathedralem, tam hunc abbatiam extraxisse, quam Barbaranus scribit anno 1547 in Cardinale Uberto Gambari illius Abbatie traditum monachus Oberianus — c Postquam secesserat ab exilio reversus fastum et insolentiam posuisse, quam anteversus circubus tam postea detectus erit: videlicet antea hac funditio eluce rebus maculam in revundo S. Laurentii eternam ante exilium contractam. — d Venerante ne error hic aliquis auctor obrepescat: constat enim Oberianum sine Oberium ante annum 1117 ad Episcopatum non recessisse, quem tenuit usque ad an. 1160. Atque autem, quem Barbaranus natal, Episcopus fuisse Arnulphum ab anno sedecit 1075 ad 1101. — e Hunc dicitur a massa seu communis peruenit summa, cuius distibuta inter Canonicos et Clericos aliquaque Ecclesiarum ministrorum ex antiqua usu pertinet ad Archidiaconum: nunc fere nomine Massurum Quartus capitulare, sive, ut rocent Theronius intelligitur ab Archidiacono diversus: quandoque et grecophylax seu sacre supellectilis catus. — f Fluvius hic, ex Tridentinus Alpibus perque Sebinum transflusus lacum, ab occasu et meridie Brixianum circum territorium, tandemque in Mantuanam esse effusus in Padum iambus quendam rupili, quem tabule Camerezas nomant, ad eum ripam locus a S. Martino cognominatus intulit. — g An eo loco, ubi nunc i sonum natum tabula intra quatinus in Vicentia lapidem, ad Beronem fluvium, Maximiliani Imperatoris clade postea ad annum 1310 nobilitata? Hinc certe primum erat pictum Joannis innotescere his continet. — h Pleonis ex Annalibus Ecclesiasticis disci possunt, quae hic in epistola contractasse sunt sit, ut dimicaret deducatur a Barbarano, ut Vicentinorum merita exagocaret; jam enim de pace convenient, prius quam promovenda Vicentiam Joannis daretur occasio. — i Cobuntur die XI Iuli.

AUCT. FR.
BARBAR.

CAPUT II.

B. Joannis pro Ecclesiastica libertate martyrium: sepultura, translatio.

R es sunt præteritis seculis frequens, et infinitis publicorum instrumentorum probari potest documentis, quod Episcopi, hominibus potentia et auctoritate conspicie fulti spirituahs jurisdictionis imbecillitatem, contra hereticos, schismaticos aliasque Ecclesie rebellis, frui eam juribus ac legibus suis pacare non ferentes, viros bene meritos aut bene merituros fundorum Ecclesiasticorum dominio, quod utile vocant, investirent: qui exinde facto intramus Episcopi juramento homines ejus ligii ac feudatarii inueniabantur, et iure sibi excidebant concessu, si jurata fidelitati sineque obligacione defuisse cognoverentur. Hac ratione Petrus quidam (Bononiensis aliqui fuisse volunt) ab Joannis beati prædecessoribus contra Fredericum sese armantibus, varios fundos Castelli a Malensi (quod olim ad possessiones Episcopales pertinebat nunc ab ipsa urbe Vicentina tenetur) sub nexu et obligatione feudi obtinuit: quos deinde ut proprios caput administraro, statutumque Ecclesiæ censum, quem pendere partus fuerat, recusare: quin etiam alios in eodem castello feudatarios, obnoxios sibi facere, eisque ut dominus imperitare.

P 10 Commovit querelarum de hac injustitia delatarum acerbitas zelosi Pastoris animi, et adversus monitiones omnes abduratim inveniens Petrum, feudo eum suo privatum et a communione fidelium sequestratum declaravit. Qui tantum abest ut pene magnitudine fletteretur ad penitentiam, ut contra sanctissimum Pontificem nil nisi ultionem spirans, in omnem conscientiam nevis occasionem intenderet cœperit. Ia animatus, socios comparavit ad scelus, seques collocavit in insidiis, praestolans dum more suo egredetur Episcopus ad inspicendum officium, quod in usum docendæ discendæque Theolo-

AUCTORE FR.
BARBARANO.
et eiusmodi
causa

A. giae eo mollebatur in loco, ubi nunc templum S. Antonii est. Progradienti ab episcopio Praesuli socius ibat prænominate Dominus Edricus de Creazzo, narravitque postea, ob viam forte venisse pauperem seminudum ut eleemosynæ nomine aliquid in vestitum emendicaret: cui quamvis mandaret Episcopus ut statim prospiceretur, cunctatum tamen se Edricus dixit, ne tali in tempore desereret Dominum, cui malas manus haud ex vano metuebat. Verum cum ille diceret non abiturum se inde, donec revertisset Eriens, abiit sane, et revertens eodem loco Episcopum reperit: eoque fidentior rursum digressus est, ministerii alicujus causa, in vinariani cellam.

incomitatum
nactus,

11 Ita incomitatus cum degeret Episcopus, neminem secum habens præter Joannem de Malaterra item prænominate, suam banc occasionem rati sacrae insiliunt in infernum. Petrusque parricidalem gladium pectori ejus infixit. Cecidit continuo innocens barbari furoris victima, et (sicut qui presens aderat famulus testatur sub juris iurandi fide) suis iniurias ignoravit facinus, ac bene ipsis saepius saepiusque precatus a Deo, animam reddidit Creatori. In ejus rei memoriam, et ut posteris certius constaret de loco in quo sanctus Praesulus expiravit, collata ibidem columnæ est, qua hodie permanet in area ecclesiæ Cathedralis, e regione templi S. Antonii Abbatis. Sparsa mox fama atrocis facinoris ad arma et ultioiem convocavit populum, concursuque ad Petri ades facto firmiter obseratas reperere: quaro lument existinantes, dum perfoxis parietibus aut effractis ostiis aditum molirentur, flammæ injecere tectis, quibus tota domus conflagravit, sed sine domino: qui fuga elapsus incertum est quidem quem vita babuerit scelerata exitum, dignam tamen credendum est luisse pnam, aut in hoc aut in futuro seculo.

occidit
ignoscentem
iniuriam.

B. 12 Nihil tamen minus conati sunt consanguinei illius subintrare in feudum ab ipso possessum: quod ne fieret Innocentius Papa III responsum misit, quod in sacros deinde Canones b legitur hisce verbis relatum. Ad aures nostri Apostolatus pervenit quod cum quidam parochiani tui ausu diabolico bona memoriae Joannem Episcopum Vicentinum prædecessorem tuum nequiter intenerissent, feuda et beneficia quae illi in Vicentina Ecclesia obtinebant, ipsis per sententiam fuerant cum multa deliberatione sublata. Quia igitur sunt majori animadversione plectundi, nos tam tibi quam successoribus tuis auctoritate Apostolica prolibemus, ne ipsis aut heredibus eorum beneficia predicta restituantur, seu de novo sis alia qualibet conferantur.

cujus
hereditibus
votis pontifex
adempta
restituit,
b

C. 13 Factu porro bacædæs est anno MCLXXXI XVII Kalendas Aprilis, cum Vicentinum Episcopatum duobus circiter annis Joannes rexisset: non septem, ut scribit Josephus Brixianus, initium Episcopatus ejus perperam cum anno MCLXXIV componens: non etiam in XX diei Aprilis martyrum jau memoratum recordit, ut in tabula Patronorum Vicentinorum imprimi permisit Julius Carcanus: quod typographicò invenio impatere malum, nisi forte translationis infra memorum dies caussam illi errandi dedit. Etenim sacrum illud corpus statim a morte honifice tumulatum in aede Cathedrali, postea crebrescentibus miraculis resorsum et in marioretam arcam collonentum fuit, depositumque eo in loco ubi nunc chorus, scilicet tunc princeps atra, erat: sub qua requiescons, quis et qualis fui-sot in vita, tali titulo lectori cognoscendum proponebatur.

Corpus Epi-
scopatu. 1481
occulit

Hic situs est verus Pastor, Cazafronte Joannes, Schismate qui quandam partem defendit honestam Patris Alexandri Papam; cum sancctor Abbas Comobium Sancti Laurentii ovante Cremona Sortitur patrium: tanto mox Praesule felix

ad aram
principem
transferitur

cum epitaphio

Mantua lætatur, quo nunc Vicentia gaudet. D Orphanus et vidua atque miser, spoliatus, egenus Pontificis manibus alitur, vestitur, amat. Ecclesie dum jura sua tuetur, iniquo c Vaxali gladio d Cymbri secure necatur. Post obitum claris monstrant miracula signis Conspicuum virtute poli meritisque beatum, Aridus et cæcus, surdus, febrisque dolorque Exulat, atque abit sospes qui venerat æger. Hic est et translatus Joannes f Caza beatus.

14 Postmodum cum major Cathedrali templi capella, quæ hodie cernitur et chorus nuncupatur, esset aedificanda anno MCCCCXL, translatus est sacri corporis thesauros ad sacellum Beatae Virginis, Assumptæ olim, nunc Incoronatæ dictæ, ubi supra altare multæ gradibus elevatum conspicitur et honoratur, prosus integrum et expers corruptionis, cum hac inscriptione: Joannes Caccia fronte pietate justitia miroque Dei zelo plenus, Federico Imperatori Apostolicam libertatem lassentem primum Cremonæ restitut: deinde hujus urbis Episcopus, Ecclesiae suæ g campo, confossus gladio, martyrii triumphum, immortalitatis gloriam, æterna laborum præmia felici labore mercatus est. Pia ejus ossa hue devote translata sunt Anno Domini MCCCCXL XII Kalendas Maias. Sub hoc epitaphio ad vivum exsculpta in saxe cernitur hujus Beati effigies, nec non ferramenta eidem infixa lapidi, sustinendis, quantum conjectare fas est, candelis, quas istic fideles consueverant accendere. Invenitur autem in quadam antiquo MS. enititulus Chronica ad memoriam temporis præteriti et futuri, quod anno MCCCCLXXXII die XVIII Septembries, indeque per sedecim continuos dies, ostensem populo sanctum corpus fuerit, eaque occasione multa patrata miracula, quæ mox proferentur. Sciendum porro dictam modo translationem solus sancti corporis fuisse, reliquamque loco suo esse marmoream aream, iis quæ supra protulimus versibus inscriptam. Principio autem hujus seculi cum crypta sub choro construeretur anno MDCVI, eamdem terræ exemptam ipsam illam epigraphen distincte exhibuisse, et nunc inveniri in ecclesia S. Justini de Monticello prope Listeram.

et an. 1482
per dies 16
ostenditur
populo,

Epitome
miraculorum
et tabella
ad aram
appensa.

15 Ad predictum Divæ Virginis altare sacrumque beati Martyris mausoleum miraculorum epitome tablis legitur tabella inscripta. Decem membris varijs per omnem vitam manci aut debiles, subito ad sanitatem adducti. Duo surdi, voto ad Beatum facto continuo auditus facultate donati. Duo cæci illuminati; quorum uni ablata etiam dieitur nebula, que oculum ejus impediens. Arthritici duo, quorum alter etiam paralyticus fuit curati ad sepulcrum Beati. Quidam mortali pressis infirmitate, quia exercitium religiosi cultus erga Beatum exhibiti explodendo contempserat, ad idem sepulcrum sanitatem recepit. Duo ex pestilentia perditantes voto emisso salvi facti sunt. Sedecim recuperarunt veletudinem, propter febres aut alios morbos lethales desperatae, per merita Beati. Quinque cephalagia laborantes, vel lethali vulnera caput laesi, ejusdem beati Episcopi intercessione convaluerunt. Tres sanati ab apostematis dolore et laterum, post votum emissum. Quidam ad articulum mortis calculi cruciatus deductus, vitam servavit simili voto. Duo alii item, quibus inveterata canceroque exesa vulnera spem vitæ absuterant longioris. Fuit qui statim a voti nuncupatione liberum se a cordis oppressione sensit: alias qui ab ischiade sanatos lumbos, tertius cui in statum suum mens redit, quam conjuncta febri phrenes concusserat, simulque restitutus ei est lingue usus eo malo impeditus.

a Fulgo Malo dictum; obestque circiter 10 P. M. ad Occidentem urbis, ad Australarem Giara fluminis ripam, videturque illud esse

A esse quod in diplomatis apud Egheum reperiendis tales nominatur Maladum seu Malladum castrum, nisi hoc forte urbi ad Meridiem sit, ad Brendola fluviali Gne se infundens ostium, Moleda vocatum. In tabulis. — b Per Gregorium 9 in Dece. lib. 5 iu. 37 de Panis cap. 10. Creatus est autem Innocentius anno 1198 sub regno Vicentii sedil Pistor, sed iam tunc crux deinde Ubertus intro sculi 13, ex denique circa vix nnum 1213 Nicolaus Maltraversus: ex quibus verosimiliter est Ubertum fuisse eum, ad quem Innocentius Breve dirigit. — c In Legibus Longabard, regnum Vasallus et Vassalus, pro cliente vasalariorum; atque antiquissimum eo Vassus est similis significatio. Etymologiam rarii earum allegant, cui hic, ut in re omnibus de jure feudorum scribentibus decantissima, non lube immorari. — d Petri scilicet origine, ut rdetur hic indicari, Dani: nam Cymbris Germanicis borealis populi sunt, a quibus Cymbrica Chersonesus nunc Danus regnum. — e Non ergo, quod Egheum per inundationem exdidit, in hac area primus sepulcus est cum tal epulaphio. — f Barbaranus et hic et in primo versus Cazafronte scripsierunt: sincerus Egheus, ut ex ipsa metra lege apparet; qui etiam in principio dictu quod Joannis ex primis (imo strictis) cognomine dictus sit Cazafrontes (forte Cazafrontis scribere voluit) cuius posteri deinceps de Cazafrontibus nuncupata sunt: utrovis modo scribas, cum repertus significaris quod contulimus (Italis Afrontum vel abdol vel depellit). — g Ita est, Pugil: Campones autem potissimum dicuntur Tritonibus qui singulariter deponent certamine, quod ipsi camp recutat, et se decerpit Camponi: forte a Campo seu loco pacuti ad ejusmodi actus deligi solita: nam Camp hoc quoque in sensu vero Tritonica vox est, nec a Latinis accepta. — h Intra quartum ab urbe lapidin versus boream, trans fontes Tribus fluminis, hiujus nominis siccum notant labore: sed eadem Monticellum a Listera tanto intervallo distante locant, ut cum eo constituta basim aquilateri versus urbem trianguli, unde forte natus a priori versus Monticellus intelligi hic debet.

CAPUT III.

B Miracula et gratiae acceptae ex processu formato anno MCCXXIII de mandato Honorii Papie III.

Nicolaus de a Planicie Iaci totos duodecim annos ita lecto affixus basit, a cingulo deorsum omni membrorum ususensuque destitutus, ut nec minime quidem ipse se movere posset, nisi apprehenso fune ex solario super lectum pendulo; convertere autem in latu aliud nullo pacto, nisi alii subsidio ipsi venirent. Hic intelligens quanta per B. Joannem Deus operaretur miracula, votum votis visitandi sepulcri, eoque se deduci curavit superjunctu a duobus filiis suis: Posteaquam autem in ecclesia orans duas noctes continuasset, perfectam totis corporis accepit sanitatem integroque biennio supervixit: ad omnia agriculturae opera et laboris, aque ac rusticorni alius quisquam, ilionens, cum uxore Bertha et filiis duobus. Contigit parro ea res die Veneris sancto.

17 Corbellus de b Barbarano multis annis surdus, post simile votum cum sepulcro assisteret, viens sibi est sub crepusculum diurnum, a multis simul nomen ejus proununtiatis appellari: quibus dum ille respondit, et se audiire miratus est, et responsu suo obstupescit circumstantes, qui nullus appellantis vocem audiverant. Vicentinus medicus, Burgensis nuncupatus, filium omnino habebat casum, et uxori sua multum lamentati super ea calamitate solebat incircare, voluntatem nostram ad Dei arbitrium esse fingendam. Verum mulier numquam plene placata, tandem oblaturam se duos ex argento oculos votit, et subito filium videnter conspergit.

18 Albertus filius Bonacurtii per ecclesiam transiens, mulieres aliquas genitiflexas vidit ante corpus Beati, quas ille irridens dixit, tantumdem facturas si ante lignum aliquod orarent. Non reliquit Deus impunitam blasphemiam: abieci enim in forum et piscibus istic emptis domum reversus (erat enim dies Mercurii idemque Vigilia) interim, dum illos apparat uxor sua Maria dicta, ad uiles ejusdam sui vicini abiit: ubi subito tum diro symptome oppresus est, ut moveri impotens velut mortuus assisteret usque in diem Veneris, nullo interna cibo refectus. Dicto autem die divinitus illuminatus, cognovit enipain suam, et candelam Beato vovens ad corporis suum longitudinem, a duobus amicis suis in sella se portari jussit ad ejus sepulcrum, quo appulsus sudore

re tam copioso manare totus coepit, quasi ex aqua D fuisset eductus. Permanxit autem istuc tota nocte orans, et in aurora perfecte valetudini sensit restitutum se: cuius facere experimentum cupiens, per seipsam ambulavit usque in templum S. Salvatoris, Missae sacrificio interfuturus, quod a Fratribus Minoribus primo mans celebratur, et gratias Deo volens esse pro beneficio, cum bona uxor gratia eorumdem Fratrum Minorum habitu regulamque suscepit.

19 Martinus, sartor Vicentinus, artitidetum ornamenti vexatus fuit, ut omnium membrorum nsum amiserit a cingulo deorsum; ita ut, ne in lecto quidem, ipse se commovere posset: talique in statu mensibus septem permansit. Hic nocte quadam visus est sibi in ecclesia majori Vicentia esse, et in parte illius Occidentali circa sepulcrum Beati multa videre lumina: multosque Sacerdotes et Clericos sacris indutis vestibus, canentes ibidem Deo laudes et hymnos. Dum miratur et canssam insolite pompe ab animo suo querit, adstitit ei quidam dicens, vigilias celebrari in honorem B. Joannis, olim Episcopi Vicentini. Tantaque fuit spectacula: hiujus invenit, ut Martinus ubertim corpori lacrymari praegaudio: mox autem dictum ei ab eodem sibi adstante est, optimum esse pro peccatis lacrymas fundere. Exrectus deinde cogitare coepit, dictum Episcopum sanctum esse, proindequa per ejus merita rogare Deum ut sanitatem sibi reddaret. Neque mora, sensit mox petite intercessionis efficaciam, tantumque membris suis robur momento insinum, ut ex uno in alterum latus verteret se potuerit, et paullatim convalescens, tertia die de lecto surrexit, duobusque nixus fulcris ad sepulcrum Beati processerit, multas in oblationem candelas ferens: quas sub tempore decantando. Nonne, quo invenerat, accedit, permansitque ibidem in oratione usque ad Vespertas: quod quia vulgo inusitatum erat, reputatus ab aliis quibus pro fatuo est: ipse autem dominum suum reverens plene se consanatum reperit, nec ejusmodi mortuum quondam vixit passus deinceps est.

20 Tosania, uxor Joannis Vicentini civis, prolem masculinam peperit, quam nono a puerperio die tantum frigus et euo frigore rigor per omnia membra invasit, ut nullo modo mater vel obstetrices valerent partem corporis movere aliquam, non manum, non pedem digatim: ut autem aliqd alimenti cibum infunderetur, aperienti per vim os erat. Deinde sic inflari coepit in pectore et tergo, ut monstru quam bonini videretur similius, euque in statu per dies viginti mansit. Hunc mater sua in comitatu muriti alteriusque mulieris, cum candelarum oblatione, ad sepulcrum beati viri detulit, et nocte illa ibideam in oratione exacta, perfectam puer accepit sanitatem, et os summ aperuit velut benefactori suo gratias habuit.

21 Martinus, cognomento Carpus, Vicentinus, duplice malo arthritide et paralysi ita affectus fuit, ut contractus per annos duos et dimidium fuerit: ita ut non posset neque erigere se neque manus capiti admoveare, tremebatque interim continuo motu membris omnibus. Eo in statu per aliquod spatum temporis Vicentie et Patavii vixit uenositynis, quas ad sustentationem illius pia quedam persone conferebant. Intelligens autem quanta per servum suum Deus operaretur miracula, die Mercurii post Pascha Resurrectionis ad sacrum illius corpus accessit, illicque in oratione perseverans usque ad tempus Vesperarum, magno lotu corporis dolore gravari so sensit, et simul tendi sibi ossa ac nervos: unde mox sanatum se meritis B. Joannis leta voce exclamavit: neque simile quidquam pertulisse se professus est, tertio post factum miraculum anno juratus ejusdem continui

AUCTORE FR.
BARBARANO.

item ex
arthritide mi-
tore laborans.

et die in
romans
monius ad
Beatum
occedere
sanctaria
gratia.

Santitas
redditur
sofiant mox a
naturale
immobilitate

a
Sanctorum
ad annos 12
paralyticus,

b
multis annis
rurdus,

C
puer cecus;

irridens ad
Beati corpus
orantes

punitur et
cultur
agnotiens
curatur.

V testis, una cum pluribus idem se vidisse attestantiibus.

22 Mulier quoddam, Osanna nomine, debilitatem talem incurrit, ut ipsa sibi nec vestes induere nec cibos in os inferre posset, et quanvis subinde remitteret se molli vis aliquantum, renuniebat tamen ad omnes membrorum usus inutilis. Hinc infirmitati alia hand paullo gravior accessit, anno quinto antequam de beati viri miraculis intelligenter aliquid: qua infirmitate tremebant ei horrendum in modum membra omnia, non tantum perdiu vigilanti sed etiam dormienti per noctem, sic ut manus peccari continuo pulsus alliderentur. Toto autem ex tempore necessarium fuit eam instar infantis pacare. Postquam vero incoluit quae de B. Jeanne circumferabantur mirabilia, visitavit ejus monumentum, et in oratione totum noctem duocando perseveravit. Interim invasit eam per omne corpus intensissimus dolor, dum ei extenduntur membra et nervi atque articuli digitorum, stridore tanto ut etiam a longe positis exaudiretur. Ita a die Veneris post Pascha usque ad Sabbatum remansit in templo, ac deinde sana dominum redit, tertioque post anno, cum examinanda sistetur, testata est se numquam infirmatam ab eo tempore, sed ad quosvis maledictis in agris labores valorem fuisse.

23 Gisla, cognomine Tonsa, ex Alonte Vicentinae diocesis, lectualla jacent per annos duos, moveri per se impotens aut eibō reflexi: tertio deinde anno laquela caruit, ut jam plorisque brevi mortitura crederetur: quanvis et audinet omnia que dicebantur, neque se intelligere signis et nutribus demonstraret, et quid sibi opus foret indicaret. Exinde aliquantulum convalescere visa, mox iterum recidit in morbum priorem, abusque annis quatuor relapsa deruit. Rursumque extenus sauta est, ut de lecto supere atque in sella concidere posset, non tamen erigere corpus suum, adeoque gibbosa et curva erat, ut filium nemo dicere habet alioque magno incommodo posset, vestes autem induere nequaquam nisi a filia sua adjuvaret, neque manum supra caput attollere. Quinque annis sic intima permanuit: circa festum deinde Paschæ intellexit de prodigiis ad B. Joannis sepulcrum contingentibus, quare magno inflammata desiderio visendi sancti ipsius corporis, multis enim lacrymis Ieum Santorumque ejus deprecabatur, ut sibi, que neque per debilitatem eo ipso neque per paupertatem portari poterat, quicunque meliori modo succurreret. Ergo die Mercurii Octavum Resurrectionis consequente, cum a scanno enī insedebat vellat assurgere, profundo cum gemitu exclamavit: O B. Joannes; miserere mei, omni suffragio constituta: quippe que nec panem habebam nec nihil rerum necessarium, et hoc in statu ipsi mali considerare nequeam. His dictis fiducia in animum, vigor in membra venit; et subito supra pedes recto stetit corpore, in omnibusque et brachiis supra caput extensis in omnem ipsa se egit parte, stuporisque plena inflammatu quondam conmatrem suum, veniamque jussit et videre quomodo per seipsum prout libitum moveretur, et affirmavit ad sepulcrum B. Joannis ituranse. Sparsa rei per vicinos omnes pagos fama exevit plurimos, ut noto sibi antea infirmitatis feminam viderent personam. Ipaque deo Veneris proximo Vicentiam venit, actura gratias Sancto: et multis postea annis incolunis vixit.

24 Albertinus Mureodus Vicentinus, ab initio quadam suo in oculo sinistro percussus, albam eidem maculam innasce sensi, totumque paullulum visum adimi, non absque notabilis vultus deformitate. Post annos deinde quindecim Veronam cum aliquot sociis proficisciens, etiam duxeri oculi lumen amisis: itaque ad manum deducendus Veronam, indeque Vicen-

tiam reducendus fuit: ubi in hospitali S. Nicolai mansit a festo S. Andreæ usque ad Dominicam Palmariam. Feria sequenti adductus in templum Cathedrale est, S. Mariae Majoris nunupatrum, ibique in oratione cum multis viris ac feminis ante B. Joannis sepulcrum perseveravit, usque dum obdormivit: a sonno ante circa noctem medium experrectus, sensit palpebras oculorum reduci, et versus fenestras templi occidentales respiciens, vidit lunam fulgentem: postmodum et fenestras templi et quo ad sepulcrum ardebat candelas numerare co-pit, atque adstantibus dicere se esse illuminatum. Fidem illi experimento sunspere, monstrando ipsi vestes sunt, quarum singularium colores cum optime internosset, diditus per urbem rumor est tam prodigiosæ curationis, multusque ad spectaculum confluens populus collaudavit Ieum in Sancto suo gloriosum, per cuius merita restituta lux esset oculis, alteri quidem per annos quatuor, alteri per quindecim eadem privatis.

25 Palmeria, uxor Gerardi Fontaniæ Vicentini, filium Ugolinum sex continuis mensibus infirmum habuerat: qui deinde incurvus mansit, nec potuit absque baculo ambulare ob distorta fude crura pessime: donec ipsa miracula B. Joannis audiens una cum filio devote sepulcrum Beati visitavit, et juxta illud diebus novem perseveravit, intra quod tempus obdormiens puer, sudare vehementer incepit, ipsoque in somno clamorem emittens, perfecte, ut erat, sanatum se exhibuit. Beatrix, uxor Ottomonis de Montecchio, filium peperit, qui cum post annum pedibus gradi inciperet factus est glibbosus, ut neque erigere se posset, neque de lecto assurgere viribus suis: itaque annum et dimidium incurvus permanuit, usque dum a matre delatus ad viri beati sepulcrum, ibidem sanitatem recuperavit, utroque parente eamdem per Sancti merita ibidem junctis precibus postulante. Quidam e Montagnana incola, non absque fulteris movere se valens, endem sepulcro visitato et oratione ad illud per triduum fusa, coram multis praeventibus gradiendo obtinuit facultatem. Dina de Costoza septendecim mensibus infirma deebuit, movere se impotens nisi cum duobus scabelis reptando per terram pre curvitate corporis: sed alpita et erecta fuit, diebus aliquot perseverans ante sepulcrum, quod fuerat adducta supra jumentum ligata.

a Quinto ab urbe militario versus Austrum adiutus lacu Firmenici vicis, que parte per Debeto atraea exonerat se in Pachitolum flumin: et adestur Laci ad distinctionem altrius pugii syriacum ad Horam Vicentiae urbis prope Marosticum. — b Insigne oppidum intra decimum ab urbe lapideum versus Austum. — c Oppidum trans Noem-flumen spatiosum est, distans versus Austum P. M. 20 circiter.

CAPUT IV.

Alia miracula sumpta ex antiquo MS. sacristia Cathedralis, et scripto excepta anno Mccccxli per presbyteros Gasparum de Porta S. Petri, Gerinanum de Cogolo et Magistrum Nicolaum Ciroicum a Gastallis b Fragile S. Mariae et B. Joannis Caecio-fronte in aede Cathedrali.

Andreas Solizzus, Vicentinus civis, anno Mccccxxix, pestilenti contractus febre cum stomachi dolore, instar Æthiopis nigrescebat, ideoque morti proximum credens mater, vovit eum B. Joanni, et pro optimenda filio sanitate sepulcrum Beati visitavit, ac porro per dies quindecim idem se visitaturam promisit, addita quotidie certa candelarum oblatione, et recitatione orationis Dominicae aliquoties repetendæ: quibus expletis sanum et incolunem habuit. Filia quedam Tomasi Scriptoris et civis Vi-

deobusque
pueris
contra his
traversos,
E

c
tempore suo
nemiberi
que in privatis

b Firmen
invenit
astra
ferrum pede
ram,

AUGUSTIN
DE PATER
BASIO
membrorum
usus desiderat
naturam in,

alterique

plurimis annis
sive infirmitate.

Item ex
percussione
eius.

febre et diarrhoeam. A centini, gravissima febri et diarrhoea ad extremum addicta discrimen erat, animarumque aegebat: pro cuius funere necessaria in foro emptiurus pater, trauisit per templum Cathedrale, ubi recordans miraculorum B. Joannis, cum voto et lacrymis enim oravit, ut filia sibi suaua servaret in vivis, et dominum magna cum fiducia impetratae petitionis regrediens, ipsam extra periculum positam reperit.

gravem cepitis doloram. 27 Catharina uxor Magistri Marci de Cogolano, gravis capitis infirmitatem patiebatur, qua omni septuagantam cruciabatur, tanto cum dolore, ut cunctis supra cerebrum ad diu minimum digitos sese attolleret. Interim miraculorum B. Joannis recordata, ecepit erga eum devotissime affici, et meruit consequi sanitatem, facto voto de curando solenni sacrificio ad ipsius sepulcrum, quod continuo adimplatum est. Dorothea de Bozo, cum tertiana febri frigida calidaque conflictans, magna cum devotione votit ab B. Joannis altare olsataram se statuam e cera, pro sui corporis mensura grandem: subitoque e lecto sana surrexit. Petrus, filius Ascenii de Barbarano, decennus puer laborabat ex eculo, toti-que diebus decem urinam mittere non poterat; quare a stomacho usque ad coxas totus inflammatus atque instar speculi lucidus erat, et morti appropinquabat;

Scoti: futendum tamen omnino est, Scotici nominis dignitatem præcipnam apud Hibernos remansisse ad undecimum usque seculum: quia et Bedæ et antiquis scriptoribus omnibus, ut recte Usserius pag. 734 in Antiquitatibus Britannicorum Ecclesiæ, Scotia semper unica est eademque Hibernia. Nam neque Dalrieda, quæ usque ad annum CCCXL Scotorum-Britannicorum sedes erat, Scotiæ nomen est consecuta; neque etiam integra ipsa Albania, statim a debellatis Pictis: sed tum demum cum, populo utroque in unam gentem coalescente, obsolevit plane Picticæ nationis memoria. Quod ut ante annum sc haudi-quam factum, ita vix ullus, qui toto antecedentium annorum spatio vixerint, posse produci arbitramur, qui Scotie appellatione Albaniam designarent.*

E 3 Tantum porro abest, ut diei possit nomen illud dumtaxat suisse communicatum Hibernæ, ideo quod colonizati qui nunc in Scotorum nominis eo sint propagati ex Britannia, quorum tamen et nomen et natio prius in hac fuerit, et Britannia ad h.c. usque tempora sit conservatum: ut ante tertium, nullus antiquorum Geographorum vel historicorum Scotos in Britannia legitur nominasse. Etenim postquam hac de re inter utruque gentis eruditos viros acriter est, velut pro aris ac focis depugnat, nihil Britanicæ Scoti pro sui in Albania commemorationis antiquitate proferre potuerunt, nisi recentiorum commenta et levissimas quodam conjecturas, qualis est h.c. ex quodam somniantis Scaligeri delirio sumpta, quo hic Poetæ versus. Et coruleos scuta Brigantes, in suspicionem mendi vocatur, quasi Scoto-Brigantes scriptum ab initio fuerit. Verum ut hoc cum aliquo fundamento Scaliger suspicaretur, non sufficiebat dici, a Brigantibus vicinas hodie in ea Scotia regiones suiscessus, sed ante omnium ostendendum erat, Scotti in Britanniæ tamquam incolas suis notes Claudi Cesaris, cum iste versus scriberetur, aro: quod tamen est tam incredibile, quam certum est nullum Imperatorum Romanorum, victoriarum etiam fieriarum titulus avile sectantium, licet multa cum indigenis burbaris extra Romanæ provinciæ fines muro illo nominatissimo exclusis, bellu gesserint, Scotie sumpsisse cognomentum sed annis contentos suisce se Britanicos dici. Quod si in illo verso vitalium est aliiquid, longe verosimiliori conjectura, coruleos cute Brigantes, jubemur legere; cum nihil sit apud veteres prosa ac versu notis, quam Britanos, quorum pars non minima Brigantes erant, solitas cutem corporis glaseo vel cæruleo colore depingere. Quod quia hisce insulæ omnibus commune fuit, sic sua quaque in lingua nomen ab eo usu sumpsere: nam Britones quidem ita dicti sunt, quia veteri lingua eorum Brithi, coloratum conscriptumque significat, unde etiam hodie writh Anglis litteras pingere est: de Scottis vero scribit Isidorus lib. 9 Etymolog. cap. 20 propria lingua nomen Irshere, eo quod aculois ferreis cum ateramento variarum figurarum stigmate notentur. Scotha enim Hibernis floræ seu florilam variegationem coloris significat: ut frustra sint qui nominis originem accersint a Scythis, quamvis Scothos Scyttan vocet Alfridus Rex, Orosius historiam e Latina Saxoniam faciens: istam vero Hibernice voeis significationem si Cambdenus

F
frustra de
nomini,
an ignatae
certioribus.

Ethica
pingendo
corpo indi-
cum genti-

A densus cognovisset, citata Isidori verba minus fuisset admiratus.

cui litterarum prorsus ignorar.

4 Porro nam erant describendi piagendique atramento vel alio quovis colore corporis perit. Scou sive Hiberni, de quibus agimus: tum eraot Gentilismi tempore imperii litterarum, in charta aliave illa materia ad memor am pingendarum; & que ac Iberi, Galli, Britanni, Beliæ, atque Germani, antiquam Romano subiecti imperio litteras ab iis disciplinosque occiperent, omissa libertatis solitudo non leva. Ex omnibus libera-libus urtibus Scotti, Romanorum armis ne tenatis quidem, nec alii prius jnq[uo]d quam Christiano per Patricium subiecti, unam rhythmicu Poemam noront et habebant in pretia. Unum hoc (ut cap. 2 de Muriis Germanorum Tacitus) apud illos memoriae et annualium genus erat. Hanc autem scientiam sibi Druides carum Bardique exercebant: quorun qui plures et antiquiores barbaricæ compositionis versiculos memoritr[er] noverat, is doctior habebatur; qui vera in novis pangendis felicior, ejus erat præcipiens in vulgo et apud viros principes aestimatio. Juvent ut his Muquum Odonellum Ticonalliz Principem audire libri tertiaritatem, quemde S. Columbae Vita Hibernice composuit, ita interprete Colgano loquentem. Natio illa laudis avida et sue antiquitatis studiosissima, ab ipsa prima gentis origine censuavit in magno et pretio et numero habere rei antiquariae

B professores, quos tempore Gentilismi Druidas, Vades, et Bardos; a Christi fide suscepta Antiquarios et Poetas vorabant. His ex officio incumbebat Regum, Principum, et Heroum res gestas, bella et triumphos celebrare; familiarium nobilium genealogias et prærogativas studiose observare; regionum agro-ruraque metas ac limites notare et distinguere. At qui, partim consulendis memorie causa, partim ne licentius et fabulosius in prosa divagarentur, consultus visum est res gestas et Heroum praecornua angustioribus metri terminis plerumque perstringere: hinc carminibus assueti, inucti honoribus, et Principum abusi indulgentia ac favore, sua saepè premata convertebant in excessivas landes horum nobilium, quorum gratiam et donaria venabantur; saepè in Satyrus invectivas, in alios, quibus non reque affecti et beneficiis allecti erant. Quia insolentia committeri sunt, ut de tis tota insula pellendis, et nboldu penitus disciplina Rex Albus Ammyret filius cogitarit: fecissetque ni suam in Druim-chettensis Comitiis uictoriatatem S. Columba interposuisset.

Litteras primas communicas Patricius,

5 His autem, ut diximus, nulla præter memoriam aderant conservandæ antiquitatis, et ortis sue propaganda vel instruimento vel adjumento. Patricius, Romanis et cœruleis discipulis, litterarum (stue quibus sacer nequeunt Christiana tractari) usum in Hibernum primus induxit: eumque auxiliorum et Britannia et Romano urbe sociarum non tanta ei odesset copia, ut omnium Ecclesiastarum necessitatibus posset suffere sans; privatim ipse instituhat eruditib[us]que indigenas, quos erectis ab se ecclesias itinerantes inveniebat: quibus sua manu scribenthal tradebat Alphabetum, ex quo novos ipsi discipulos informarent. Sic in Vita Tripartita dicitur, una septimona apud Loarnachum mansisse, litterarum et pœtatis instruendum rudimentis, eique Alphabetum scripsisse: quod de pluribus aliis eadem in Vita postea repetitur. Bulens inter opera Patriciana Abgetorius quedam CCCLXVI numerat, tot ferme quod a Patricio memorantur Episcopi consecrati. Sed vini atque originem antiquorum, ejusmodi Alphabeticas tabellas significantes, non capiens, ratusque objectoris enjusdam opere scripta designari, ab orthographia deflexat, qua apud waruum lib. 2 de Scriptoribus Hibernie cap. 1 ex Nennio designat Aligetoria esse scribendum.

6 Hanc suam correctionem Warrenus confirmat ex Tirechana, cuius hoc sunt verba lib. 1 Baptizavit quotidie homines, et illis litteras legebat et abgetorius.

Iterumque lib. 2, scripsit illi abgetorius et benedixit D eum benedictione Episcopi. Quid autem hæc sibi velint Abgetoria ex aliis ejusdem Tirechani locis intelligi jabet, ubi elementa rocat, quas alibi Abgetorias; et specialiter lib. 2 de Mac-erca laquens: et scripsit elementa, et benedixit eum benedictione PS. id est, Presbyteri. Ex quibus patet Abgetorias tabulas dici sicut Abcedarias dicimus; nomine desumpto a tribus primis Latini Alphabeti litteris A, B, C, quam ultimam disformiter nunc a plerisque solitam pronuntiari, sic ut ante E et I sonet ut S; ante alia vero elementa habeat sonum zœ K, constat veteribus omnibus uniformiter fuisse pronuntiatam: quod odiu Hiberni servant, quibus nulla est inter C et K soni differentia. Hinc factum ut Abgetorias seu Alketorias primam vocarent: seu usu (ut fit) ad molliorem sonum paulatim deflectente subspiram vocem epero Abgetoriz seu Abgetoriz dici. Porro characterum formis per ordinem Alphabeti sic expressis credimus adjunctum fuisse quoddam Christianæ doctrinæ compendium, et Sacramentorum confiteundrum consuetos formulas: imo hæc duo vel sola vel præcipua quædoque in talibus fuisse tabulis, quibus nihilominus petunt ex Grammatica nomen optime velinquebatur, ut significaret ea esse prime Christiani hominis et doctoris elementa, et velut alphabethum quoddam.

7 Hæc quinque consideravimus, non mirabitur cum præcipios quoque in Hibernia Sanctus tanta discipulorum multitudo stipatos, in eorum Vitæ leget: signum consuetudo erat, atque ut esset exigebat necessitas, quendam et Episcopos, et Abates, et ludi-magistri. Nemius etiam peregrinum videbitur quod genealogus historiusque Hibernicus, maxime circa secula Patricio anteriora, non magnō habemus fidem: et in tis quæ ab Antiquariorum fera disciplina pendent, ne post hæc quidem maximam. Præterea non difficulter levator animadvertiset, unde tam multa in Sanctorum Hibernorum Vitæ irruperint aut fabulosa, aut fabulosis simillima: nec non cur ab initio noscentis in Hibernia Ecclesiæ non modo Latinæ lingua (qua sola omnes Romani quondam Imperii nationes, etiam du post ejus extinctiorum, usi sunt in conscribendis publicis rituum gestarum monumentis seu sacris seu profunis) sed etiam Hibernia patet scribi coepit Sanctorum Vitæ; ut de coavis Patricio auctoribus Jocelinus testatur Latina enim lingua, qua subiectus Romano Imperio in Occidente atque Africa provinciis, abolita antiqua patria, facta fuerat naturalis, et si non sine depravatione multipliciter; Hibernis peregrina omnino erit, nec nisi sacra tractantibus, et domi vel peregre operosius eruditis cogita: cum alibi etiam feminæ Latine noscent et loqui et scribere, F

S. II. S. Patricii patria, parentes, consanguinei.

D e Britannis Alcludensibus natum esse Patricium *Vetus* *Cludes-dalia* *Colgaum* *Stratoclad* nominat, vocabulo idem significante: Vita S. Gildas Arecladic meminit Cluda seu Glorta fluvius hæc nomina genuit: ex quibus postrema tria ipsi præcipue regioni convenienter, primum idque antiquissimum a prærupta est petra, ad Cludr et Lervi confluentiam sita, de qua lib. 1 Hist. Eccles. cap. 1 Beda. Est sinus maris permaximus, qui antiquitus gentes Britonum seruerabat a Pictis, ubi est civitas Britonum munitissima usque hodie, quia vocatur Al-cluit; ad cuius partem Septentrionalis Scotti advenientes, sibi locum patriæ fecerunt. Quod Al Scotorum lingua Petram significet, omnibus Hibernice scientibus notum est: ut mirum sit Cambdenum dubitare quorunnam lingua Beda cap. 12 dieat Alcluit significare Petram-Cluit. Ceterum pulsus ea arce Scotti, cum locum Britones recuperassent instaurassentque dictus exinde Bun-bretan est, et Dunbretannici frati no men

et rotulam Portarum quærum memoriam suscepimus

A men fecit illi, quod Beda memorat, maris sinui, in
hunc diem conservatum.

9 Quem peculiarem locum ista in regione natali suo
illustravit Patricius, ipsem in sua Confessione, atque
ex ea Probus, nec non et Jocelinus expressum reliquere
quidem; sed nominibus nunc penitus antiquitatis, Joceli-
ni verba haec sunt: *Exiit vir quidam... Brito-
natione, in pago Taburnia, hoc est, tabernaculorum
campo, eo quod Romanus exercitus (erubens scilicet
ad custodium finium et celebris illius muri, ad excluden-
dos a Romana Iovinorum Pictos a fredo ad fretum ducti)
tabernacula ibidem fixerit, secus oppidum Nemthor
degenus, nomen Hibernico collimitus halitione,
Nemthor turrum caelestem significat, namque pro ipso
quod nunc est Dunkritannica oppida, Hordings accepit
in Scotia descriptione. Verum (si recte locum cognovit,
Jocelinus num. 8, ubi dicit) Erat autem in quadam
promontorio supercomenti prefato oppido Nemthor
munitio quedam extracta, cujus adhuc apparent mi-
nora vestigia fuit et est modis Dunkritannica seu Al-
cludensis oris, ipso oppido Nemthor eminuerunt.*

10 *Hoc in oppido adoleverisse Patricium constat: in
eo enim habitabat materteria ipsius, que propriis ca-
reus liberis, sanctum puerum educavit ut nunc: non
tamen ibi est natus, sed secus illud; ut recte et clare
scripsit Jocelinus, Probus autem, locorum non sive
peritus, admodum obscurae et mendose, vicum Banaven,
Patricius ex ipsiusmodi confessione natum, dicit se indubitate
comprisso provinciae esse Nentria: Neithuriam scilicet voluit vel debuit exprimere: pro-
vinciam autem perperam vocavit, quia oppidum erat,
nisi provinciam strictius accepterit pro districto, subur-
banos dumtaxat vires, quorum natus Banaven, compre-
hendente. Ceterum quamvis de Alcludensi Britannia
claram illum, quem superius attulimus, non habemus
locum: ex ea tamen solo, quod Probus constitutus vi-
cina Banavie hand prouidit a muri accidentali, sat clare
pateret nulla ratione hic intelligi posse Bannavennam
sive Neithuriam, quia, ante Anglorum in Britannia do-
minatum, a viris doctis creditur in ipso Iusule meditul-
lo et Norlunthonensi provinciam fuisse, circa Ausonae
fontes: qui autem in Prebrochensi agro Dimetarum
hunc vicum statuant Angli recentiores, Scoto-Brittannis
invidentes gloriam noti in ipsarum nunc datum Patricii,
nescia am alium a Cambideno auctorem habent: qui tamen prudenter cautela odicerat, ut aliqui, nescio
an vere, scripserunt.*

11 *Patrem Calphurnium, Concessam matrem Pa-
tricius habuit: iste Potiti filius, aut fuit suo in hymno
Fiecius scribit Otilii, a Fieci Scholiaste, reliquum
e poero genealogiam pertinxente, per hunc gradus addu-
citur ad fabulosum natum Britannus principem, Patricius filius Calphurnii, filii Potiti, filii Odissii,
filii Gorrie, filii Menelaidi, filii Leonis, filii Maximini,
filii Nenereti, filii Perini, filii Briti, a quo sunt Bri-
tanni nominati. Ad hunc conclusionem lector advertat
animus; et non magnopere commoverebitur Genealogi, quod Colgauus citat, Genealogici auctoritate, per plures
gradus et nomina quedam diversa similitem seriem con-
tinent; cui non putamus aut referenda aut exami-
nanda esse immorandum. S. Martinus Turonensis Epis-
copi sororem fuisse Concessam Patriciu matrem, scri-
bunt plerique recentiores post Sigebertum, Florentium
Higornensem, atiosque apud Colgauum ritulos Append. 5
cap. 3 Consanguineam simpliciter ut Jocelinus; vox
Hibernica Sor ad utramvis significacionem indifferens
est, inquit Colgauus, ut cum Usserio pag. 822 proba-
bilius censet. Martini ex Sorore neptem fuisse: cum
enim S. Martinus fuerit Pannonius: qua ratione fieri
posset ut sororem ille haberet ex Gallis (Francos abusive
scripserunt biography) oriundam? penit non hic modo,
sed et apud Fieci Scholiasten, et apud Jocellinum legi-
tur. Adhuc S. Martinus, cum natus Patricius est, un-*

num agebat circiter sexagesimum: quis autem credat D
tam seni tam juvenculam fuisse sororem, ut etiam pere-
gre in servitatem abducta, domini sui conjugium ob for-
mæ excellentiam mereri posset?

12 *Hujus felicissimi conjugii sanctissimos fructus
operose Calgauus in Append. 5 cap. 4, sub unum roliuit
aspectum ponere; nec noui numerasam sanctamque e Pat-
rici sororibus tribus aut quinque posteritatem: qua in
parte cum omnes seduli scriptoris numeros ille explere-
rit, nec res magai sit ad intelligenda Acta Patriciana
momenti, non putamus hoc loco retractandam esse; sed
sunt habemus insinuare paucis, alterum Patricia fuisse
fratrem, Sennanum nomine, gradu Diaconum, nunc sus-
ceptos Ordines sacros patrem Junioris Patricii, qui se-
cundus a sancto patrino Primatum Ardmachanum te-
nuit, et ut infra dicitur, S. Sen-patrick dictus est, non
quasi senior-Patricius (etsi eo trahat vocis sen signifi-
catio) sed Senani-Patricius. Sororum una, Lupita na-
mine fratrum particeps et sociæ captivitatis, virginitatem
videtur perpetuam coluisse: Tigrida atque Darerca com-
plures suis maritis liberos delere utriusque serus ex qui-
bus ali etiam forte sunt nati: qui nunc catalogum nepo-
tum Sancti Patricii vahle augent, cum essent tertio E
loco inter pronepotes referendi. Tigrida Gallum vide-
tur habuisse maritum; Gollit alibi nuncupatum, incer-
tum an proprio an gentilicio nomine: Darerca duo
fueru conjuges: unus Restitutus huabaird sive Lon-
gobardus, inquit Colgauus: quod ut idem nunc Hi-
berni sit, et pro eodem auctores accipiunt; non puta-
mus tamquam dubitari posse, ab eo qui Longobardica
tempora et nomen noverit, quin iusta etymon vocis
Huabaird intelligi debeat neps Bardi, ita vel proprio
nomine, vel a Poetis professione inter Britones aut
Gallos nunenpati. Alteri ejusdem Darerca marito, no-
bili Britonio nomen Conis fuit; qui circa controversiam
exitus poter sanctorum Episcoporum Melis, Munis,
Melechonis et Riochi, de quibus ad vi Februarii egi-
mus. Reliqui Patricii ex predictis sororibus nepotes
ac neples: qui, quod, quibus nominibus ac parentibus
fuerint in tanta Hibernicorum auctiorum, qualem opus
Colgauum videre est, confusione, non facile est expli-
care; nec ad rem nostram facit.*

S III. Prima et antiquiora S. Patricii Acta a quibus et quando conscripta.

Antequam Hiberniam ferro flammisque depopularen-
tur Normanni, Aeris Christianæ secula nono, sexaginta de Actis
sex libros extulisse de gestis et miraculis magni Patricii, tractatus 68;
Hibernice parvum, partim Latine cursiveptos, testis est F
Jocelinus, idque ex Interpolatore Tripartite hausit.
Vitæ 3 auctor sexaginta tres numerat: nec Vitam se-
cundam nec Tripartitam post se scriptas numerans, in-
quit Colgauus, que una cum ipsius libro sexaginta sec-
faciunt. Hisne onnumeretur liber ille, quem ipsem de
de sua vita et conversatione composuit, ut loquitor
auctor Vitæ 4 apud Colgauum, integrum ex ea para-
graphum transcribens, incertum est: hoc certum, mu-
nibus eum esse alius auctor, et, si satis integer
emendatusque inventiretur omnibus preferendum. Datur
eum, quatenus habere patrum ex MS. antiquissimo co-
dice, in bibliotheca celeberrimi Nabiliacensis monasterii
S. Petri Atrebatis, erutum cura et labore R. P. Au-
drey Denys Societatis nostræ et a plurimis quibus sed-
ebat mensis utrumque emaculatum: qui taret olim ti-
tulum non præferret quam Vitæ S. Patricii; dubitare
tamen non potamus, quia hic eset liber ille, quem om-
nes antiquiores auctores sub diversis titulis sic citant, ut
eadem verba omnia variis locis ex ipso referant. Nos ei
titulum fecimus Confessionis, quom ipse Sanctus eidem
facit num. 36: et sub quo eum estare MS. in Bibliotheca
Ecclesiæ Sorisburiensis in Anglia testatur Warreus de cum rivis
Scriptoribus Hibernicæ lib. 2 cap. 1 una cum Epistola
cum Corollicum:
commonitoria

In qua
Tabernacula
campus,

oppidum
Remthur,

vicus B3a-
novenæ,

abitibz non-
recte quæ illius
a quibusdam.

Genealogia
paterna
S. Patricii.

Mater ex
Gallia,

nepus patius
quam soror
S. Martinus
Turonensis.

frater Senna-
nus Diaconus;

S. Lupita
virgo,

S. Tigrida
Gallo nupia,

et Darerca
uxor fessit
et Causa:

nepotes ex
his multi.

an in his
propria ejus
Confessio?

unde eis
demit,

cum rivis
cum Corollicum:

A commonitoria ad Coroticum tyrannum: quæ tamquam Patricianæ Confessionis appendix in MS. Altrebatensi conjunctim descripta reperitur. Vidi hæc, etiarumque non semel Jacobus Usserius inter Britanicarum Ecclesiæ antiquitates cap. 17. ceteri Biographi, quotiescumque locum aliquem hinc proferunt, librum citant Epistolaram, que si oportet nunc extarent, magnam hand dubie lucem Actis Patricianis esset attulur.

Iber
epistolarum
S. Patricii.
quo tempore,

qua occasione
tempis
Confessio?

al propter
nihilbariorum
rejicimus e

Jocelinus
videlicet coros
scriptores,

quibus
S. Fice
Symmias
addidit,
ut ipsius est

14 De tempore, quo ea scripta Confessio est, non possumus nisi per omnes conjecturam dicere, quod scripta videatur post Ardmachanæ Sedis erectionem, adeoque post annum CCCLIV, cum ipse p.m septuagesimum septimum ætatis suæ annum excessisset: videtur enim discipulis suis hoc veluti testamentum voluisse retinquare, occasione quarundam persecutionum a luersus se suscitatorum eorum inuidia, qui tantam illius ea in Insula auctoritatem, Admarchanæ Sedis erectione magis etiam roboratam, non æquis aspiciebant oculis; sive ita resiliens Gentilibus fecerint, sive ex tepidioribus Catholicis, Principum apes et potestatem immixti querentibus ecclesiæ donationibus et immunitatibus. Similiter in seculo scriptam existimamus epistolam ad Coroticum: quæ si atque videtur, sicut et ipsa Confessio, non satis esse Latina, idque minime imputanda Patricio, optimis in Gallia atque Italia magistris usu; is sciat stylum esse eundem, qui in fragmentis a Biographis ex Confessione citatis reperitur, atque inter Barbaros Latinæ linguae penitus ignorari vixi et pluribus annis in tanta zitate excudere sovillime potuisse, si quid purioris latinitatis juvenis duduimus: ideoque Confessionis istius num. 3 fatetur, pridem se a scrupulo fuisse deterritum, quia se videbat non scriptarum, sicut ceteri qui studium suum ex infantia immixtam mutaverunt, scribere solent. Nam sermo, inquit, et lingua nostra translata est in linguum alienum.

15 Inter eos, quorum scriptu suo ahdne tempore superfluisse testatur Jocelinus, auctoritate hand dubie primi spacie quatuor discipuli Sancti Præsulii: Benignus scilicet ejus successor, Mol Episcopus, Lomanus nepos, Patricius filius magni Patricii; omnis Sancti, omnes vero et a se litteris consignatarum testes oculati, quos utinam ipsos habemus: sic enim dubitamus quin reliqua libellorum sesaginta ac pluvium surrago, alius non fuerit, quam Fitarum a predictis quatuor auctaribus conscriptrum diversa compendia, prout unusquisque Episcopus et Patricii discipulus, ut sannu snaeqe Ecclesiæ usum, ea brevius prolixius habere voluit. Sic S. Ficeus Sleptensis Episcopus, et omnium Lagriæ Episcoporum Caput a S. Patricio constitutas, hymnum de ejus Vita edidisse creditur, quem, tamquam certissimum et antiquissimum de magna Hibernia Apostolo monumentum, ex Hibernio Latinum faciendum curavit Colganus, et utraque lingua primo loco vulgarit in sua Trude thanmotorum, S. Patricii, Columbe et Brigida Acta, quocumque per tuit nanciscit, omnia continente, non sine doctis utilibusque annotationibus, quibus nos multum adjutus agnoscamus; sed haec tamem semper libertate majorem verisimilitudinem, siue unde offulserit, amplectendi. Hymnum autem jam dictum libenter nos quoque hic daremus: sed fatemur ingenue videri nos ne non ipsius Ficeus, ejus sollem qui primus Sleptus a S. Patricio est constitutus Episcopus: nam quomodo talis hoc modo ordinetur. Natus est Patricius Nemtruri, ut resertur in Historiis? vix inducimus ut Patricianus Fitas statim a morte scriptas intelligamus eo nomine, et tum familiarem ipsi Sancto portare tam multa fabulam redolentia hinc suo carmini inscrivisse, idque putamus consultatio ipsum hic omitti: cum possit etiam apud Colganum legi. Qui ne Ficem amittat auctorem aut ipsum plus æquum annosum faciat, istu hymni verba in quibus de Temoriæ desolatione, post annum LXI facta, agitur, propheticæ spiritu dicta tamquam de re futura maruit credere; nobis autem explicatione tam violenta auget

formidinem prænotatam. Sed et scholia in hymnum illum D scripta non videntur nobis tam esse antiqua quam eexistant utique: cum in iis non pauca occurrant, que sequentiæ septimo posteriore auctorem sapient.

16 Post hymnum S. Ficeo adscriptum quotquot alias antiquas Vitæ Colganus potuit ex MSS. colligere optimæ voluntate omnes dedit: et quibus secundam ac tertiam merito præfuit ceteris quatuor. Secundæ auctorem conatur Patricium juniores adstruere, tertiaz S. Beignonum. Utroque duodecima prima capita sic evalem sunt, ut inter se conferenti evidens sit, non posse a diversis auctoribus esse, nisi sic ut alter ubi altero transcripsit integræ: quod tamen mitem est eisdem non accidisse in aliquam multis capitalis subsequentibus. Quare nobis longe verisimiliorum videtur, librarios qui tertium Vitam ferant arepholum nacti, ex secunda desumptissimæ, quod sibi debeat: quam quidem secundam, si integrum fuissemus assecuti, libenter prætulissimus ceteris: plurima enim signa habet præcipue et magis sincerae antiquitatæ: et in ea quæ nobis restat parte nihil occurrit, quod interpolatorum audacia merito suspicere esse infartum. Nunc quoniam minimum maritareque confusam Vitæ Patricianæ portionem in ea habemus, sufficiere credimus quod Colgani opera contentum sit ne ea omnino perire.

Alii duæ
Vitæ antiquæ
ei probat:

17 Quædam etiam circa S. Patrici Vitam scripta esse a S. Columba, docet nos Vitæ Tripartite Interpolator, eos, quibus usus est, auctores eameras: Columba-kille, Ultanum Elium O Conchuarii, Alamanum nepotem Tinnel, Eernanum Sapientem Kierarnum de Belachdai, Ermendum Episcopum Clochorensem, Columnam Huannacensem, Collatum Presbyterum de Druimrelgeach; de quorum ætate et sanctitate pluribus Colganus in notis ad illum lucum. Eudem catalogum idem auctor retraxit postea, præterato utroque S. Thurehano, Ultani discipulo, quem etiam S. Patrici Vitam scripsisse Usserius indicat, ea adhuc in MSS. superstite non semel utens: præterito etiæ Macchatheno, qui ad Aulam Sleptensem Episcopum, sub finem seculi VII mortuum scriptis de gestis S. Patricii opus; cuius haec solos titulos ad se pervenisse scribat Usserius pag. 818, alibi tamen justa ex eo fragmenta profert: quis autem is fuerit variis conjecturis induxit Colganus Append. 4 parte 3. Præterito dñquo, quid maxime mirari possit, Evinus, de quo tam Jocelinus num. 163. Nilhilonius Evinus similis modo actus S. Patricii in unum codicem compilavit, quem partim Latino sermonis, partim Hibernico composuit: usumens, ut nos quidem existimamus, ex antiquioribus Latinis aliqas, indeque nunc paraphras, nunc periodos transcribens, eosque Hibernice redens, atque eodem lingua adjungens reliqua, quæ ipse alio cōgnoverat, atque addenda judicabat.

18 Causa præteriti in eo auctorum catalogo Evinus alia non fuisse videtur, quam quod ipsaet auctor esset ejus Vitæ, quam Interpolator predictus in tres partes divisione atque ex numeratis a se auctoribus plurimum autem dabat: nec aliter quam sic auctam Jocelinus vidit prout colligimus ex interpolationatibus ab ea una cum textu indiscriminatim transiunctis. Harum interpolationum nullum esse, quæ fuerit post annum millesimum addito, censem Colganus: quid ut verum sit (neque enim ab aliis desunt quæ scrupulum moveant) non tamen necessarium est interpolare. dñxi ipsum sic interpolationa Vitæ hic revendere, ut nec de illius auctore pluribus disputare. Et quidem ut nentrum faceremus sundere potius operis hujus moles, novis identiter accessionibus crescens: magis tamen consilia huic momentum attulit, quod videremus fastidio saturu lectori tam Hibernias voces et tam inuitat relationem de fundatis a S. Patricio ecclesiis eisque discipulis ad eum administrationem a Magistro constat: maxime cum de his æque ac de miraculis et prophetiis suspicio tanta et tam justa esset, partem fortassis polietem

scriptibus
Actorum a
sec. 6 ad 8

accendit
Trehano
Guerthanas,

Evinus auctor
fortassis Vitæ
Tripartite
F

A potivem ab Interpolatore, eoque non uno esse adjectam: qui videri etiam possit plusculum indubitate ipsarum Ecclesiarum desiderio, quo sua singula principia ad Maynam Patricium riserre satayebant, et quos venerabantur Sanctos discipulorum ejus catalogo inserere. Tantum igitur hic observamus ab huc auctore et interpolatoribus ejus nullam videri habiton esse rationem temporis: sed ecclesias quidem prout cupusque Provincie conversionem continuo stylo describenti occasio se dabit, ab en fuisse tremoratos; Episcopos autem Presbyterosque non semper nominatos eos, quibus earum eam primum Patricius demandavit; sed illustriores ex us, quos ad eorum administrationem idem ordinaverat, sive cum primum eas instrueret, sive, cum mortuo aliquo, primo constitutus, locum illum reicare contingere. Nam istud ipse significat tratus de Conaria sic loquens: Tribus autem vicibus trajecto Sinnano flumen venit in Conacrau; in eaque in verbi Dei predicatione, et in opere Evangelii manuit annis septem. Postremum ex eo non obscurum colligitur, quod nonquam meminaret Patricius alium Episcopo Presbyterorum vires crepto successorem substituisse; quod tamen de ratiis octo, quibus in Hibernia vicit, annorum spatio credibile est sepius ab eo factum fuisse.

B § IV. De Probo, Jocelino, aliisque medio aero Vite Patricianæ Scriptoribus.

P rater secundam, tertiamque F'itum, de quibus supra, aliis duis apud Culynum extant, ideoque maxime a nobis pretermittende: altera incerti temporis atque auctoris et quartum inter editas ab eo *Vita locum tenet*: quintum altera, a Probo, ad ignoti temporis dignitatemque Paulinum aliquem, duobus libris exarata, falsaque imputata Beda, inter eujus operis aliquando prodit. Priorum Culyanus Elemano sapienti tribuit, quippe post mortem Brennani, Scuani, Columbe, Baitheni scriptam, qui omnis ante annum IC exercitare e virus; hanc dicitur post seculi VI iniuncta, inquit; sed ante annum DXXXI quatuor cap. 50 art: Fidem obique servabo, ut nihil aliud stylo commendem, nisi aut quae in veteribus libri sparsim inveni, vel que veracium relatione virorum didici. Qui enim essent, inquit Colyanus in generali Prefatione, illi veraces viri, quorum relatione diluent quae referunt, nisi qui vel ipsas res gestas viderunt, vel a videlicibus audierunt, et qui per consequens ante annum DXXXI ea ipsi retulerunt? Cui responderi potest quod veraces relatores et esse potuerint viri sibi digni, testantes quidam S. Patricii miracula, et si scripta non sint, certus tamen in provinciis et locis apud incolas ex indubitate majorum traditione eredi: Quare cum nihil in illa Vita repeteramus quod magna sapient antiquitatem, nedium Elemanum auctorem vel per umbras pribet; tamque integris capitibus triginta quoniam aliunde assumptis interpolatam ex sigli diversitate aliisque indicis non obscuris Colyanus fateatur, non credimus eam esse tam, quam hoc loco magnopere dissideratrum sit lector.

C 20 De posteriori Vite auctore agens Usserius pag. 817 exploso Dempsteri defiro. Mellonem, sive Melmannum Rotomagensem Episcopum, cui Poccavinus, Iustus, aliquis Probi cognomentum addunt, auctorem hujus vita facientis: annis scilicet centum antequam S. Patricius nasceretur: si etsimmodi cognomentorum, inquit, a Balvo excoxitatorum aliqua habenda esset ratio; Elvidius Probus multo majori cum rationi quam Mellanus Probus ab eo nuncupari potuissest: inde monumentum minus literaria, quae suis reliquit Elvidius, Balvo historiam Britannorum nominat, ex qua plura amicaveri discipulus ejus Ninnus; quem de B. Patricio milita, eaque parum probata Bedichromio suo Britannico inservisse novimus. Et tunc ultro Colyanus, suspicari licet, cum, cui dedica-

rum est opus, fuisse S. Paulinum Rossensem, qui juxta Matthaeum Florilegium defunctus est anno DCCXVI sed assertendum fore, istu copius 10 verba: Scotum atque Britannian, Anglian atque Normannian ceteraque gentes insulanorum baptizabis, pro parte saltem ab aliquo interpolatore, non minus insulte quam falso, esse intrusa in hunc Prohi teatum, alioquin non prolatissimum: cum hic saepe mendosus deprecendatur, in natum simorum locorum Hibernie nomibus. Quia et in Hibernicorum interpretatione vocum ipsius lingue ignoramus se satis prout hic auctor, ut merito Colganus suspectus Angliam fuisse Probum, vel nativitatem vel originem et lingua, quam Angli in Hiberniam translati non mutavere, sed potius suam induxere Dublinum et alias in urbes Anglie ubi centra.

D 21 Ingls certe Jocelinus fuit, et ut habet Vitae predicatorum titulus Monachus de Furnessio; quod est monasterium in nigro Lancastensi a Stephano Comite Bononiensi et Mortoniensi, postmodum Anglie Rege, editissimum anno MCLXXXVII, et D. V. Murze dicuntur; atque Eravo de Abricu prima Abbatii commissum sub Regula S. Benedicti, et Ordine Savigniacensi seu Tironensi: verum Venerabilis Serlo, quartus Albas Savigneii, quae est materna domus Furnessii, reddidit apud Cisterciensia in capitulo generali dominum suum Savigniacensem cum filiabus suis de Ordine Tironensi ad Ordinem Cisterciensem in manus S. Bernardi tunc Abbatis Claræ-vallis: prout legitur in monastico Anglicano ex Furnessensi cœundem monumentis. Hanc ab eum Furnessense canobium, adiutante Petri de Eboraco Abate et Eugenio Papa III auctente, a matre sua recessit, permisum renunere in perpetuum de eo Ordine, in quo primum fundatum fuerat: manusque, nisi redux a Curia Romana Petrus captusque a monachis Savigniacensibus cessisset dignitatis Abbatiali: eu autem submoto, facile fuit novo Abbatii Richardi de Bajonis, ex Savigniacensibus monachis usurpato, monasterium Furnessi ad matrem suam Savigneum et Ordinem Cisterciensem reducere, atque ita ex Griseis monachis facti sunt alii, ut habes in coram de fundatione ejusdem monasterii.

E 22 Quae cum sub Eugenio praedicti Pontificatu xix gesta, atque adeo ante annum SCILICET, patet Jocelinum non fuisse de monachis illis Nigris quos ex Cestria accitos in Hiberniam anno MCLXXXII Joannis Gurry in Ecclesia Cathedrali Dunense substitut, pulsis inde Canonici secularibus. Decepit Colyanum obscurus filia Furnessi, Cambdeni locus fol. 76G sic scribunt: In hoc anno Joannes Gurry bellicosus ille Anglus, et supra militem in Deum devotus, cum sui juris hanc regionem fecisset, Benedictinos monachos primus induxit monasteriumque de Carick, quod in Erinaich, prope fontem S. Firiani Mac-Nel, Mae Eutel Rex Ultone exstruxerat, in insulam, ab ipso Iohannes Gurry dictam, translulit, praedisque assignatis locupletavit. Quomodo autem et quando prædictum monasterium facta sit plia Domus Furnestensis et Ci toriensis Ordini adiuncta, in eodem Monastico Augl. fol. 710 subiungitur prima fundationi pertinente ad annum MCLXXXVII. Post S. Evodii primi Abbatis transitum, qui translationem monasterii futurum præsens, corpus suum in dictum insulam fuisse efferrit tumulandam, mansit dictum monasterium de Caryke de Ordine Savigniacensi per tempora triuia Abbatum, videlicet Odonis, Devinei et Joannis; in eni tempore redditum fuit ipsum monasterium Ordini Cisterciensi, sub conditione quod in perpetuum esset deinceps filia Furnessi: sed tempore conquestus Ultone priuatus Dominus Joannes de Corry penitus illud destruxit, quia fortalitium fuit, et multum eum infestavit: sed in compensationem fundavit, seu potius translulit illud in insulam suam de Ynes-Cusere, et dedit domum suæ maternæ de Furnessio ad construendum illud eiusdem terras

serum potius
quam
temporum
turba
serte.

Quarto et
quinto filia
apud
Colganum s

an priora
S. Blreno
scriptio?

an posterior
ab Ebdango
Propri.

aut alio etiam
priora
et extranco?

A terras, quas in loco priori habuit ex dono Macnelli Regis antedicti; et sic dicta Abbatia de Ynes effecta est filia Furnesii, sicut antea fuerat in loco priori:
Anno mille, centeno, bis quadrageno
Crey fundavit Ynis: hostes hinc superavit.

in quo
locum
curie
sunt

23 Jocelinus igitur, non Benedictini, sed Cisterciensis Ordinis monachus; non Dunensis Prioratus, sed Abbatis Yuenis monachus; post annum M LXXX agressus est S. Patricii Vitam (quae a multis, ut uel illitteratis multipliciter dictata ohi confusione et obscuritate styli nec probabatur, nec placebat pluribus) colligere dispersam, ordinare conformatam, et Latinis magis sermonis sapore condire: tum sua ad hoc metus erga Souctum pietate, tum preceptis Reverendissimi Thomae Arnaichani Episcopi, totiusque Hiberniorum Primatis et Malachiae Dunnensis Episcopi: nec non petitione Illustrissimi Joannis de Cursi Uldice Principis, Thomae illius principia Usserius in indice Chronologico resert ad annum LXXXV seculi XII. Quo eodem anno cum inventa Dani sunt SS. Patricii, Columbae et Brigide corpora: hec ipsa inventio causam dedisse videri posset predictis Episcopis ejusmodi opus Jocelino imponendi arguendique properatam ejus absolumentem, quo silevit eruditus accenderetur autem ad Sanctum mirabilis cultum atque destinatum translationem, pro qua missa Romam legatus erat, devolut celebrandom: sed nec intentionis factio nec translatio facilius uspiam meminist Jocelinus; quod Colgano morit, ut haec a Jocelino concinnata crederet paucis illis mensibus, quae inter Thomam promovit, et corporum dictionum refossione potuerunt intercessisse.

S. Patricii
Acta colligere
et
scripsi

annis prius
ante corporis
mobilizationem.

24 Quibus tantum temporis angustis enim non videatur opus tantum potuisse absolviri; nec tamen, si serius scriberet Jocelinus, res adeo memorabiles potuisse silentio præterire: suspulta apud nos fit Anualium Hibernorum fides, ex quibus isto anno scribit Usserius, Amalio O Muredlo defuncto, Thomam hunc (Tomaltach O Connor Hibernis dictum) in Archiepiscopatu Ardmacchano successisse; vehementerque melius ne annus aliquot citius od hunc ille gradum dignitatis promotus sit, ipsumque in eo iam constitutum Jocelinus inuenierit, cum primo pedem posuit in recessu fundatum ob Joanne canonum: suspicamurque non multo post annum LXXX tempore datum esse operi isti initium: praelato sane si majori cum delecta prudentiisque collectum fuisse, Parijus tamen in eo locorum personarumque preferuntur nomina, quam in Tripartita, iisque describendis supersedere proficeret Jocelinus num. 80 immo studiosius ea devitare voluisse ob inconditum verborum barbariem, ne Latinis auribus fastidium aut horrorem ingereret: quamobrem non semel a Colgano Fastidiosus auctor nuncupatur. Opus illud anno primum a nativitate Domini MDXIV typis Adriani Bergensis Antwerpiae subiectendum curavit Cornelius Hugoanus, Frutrum Minorum de Observantia provincie Hibernia Provincialis Vicarius. Idem ex MS. Codice Duugallensis monasterii Ordinis FF. Minorum in Hibernia recudi voluit in suo Florilegio Thomas Messinghamus Parisius, ubi in lucem venit anno MDXXV: ex utraque suam editionem Colgano accepit; et nos accipimus: si tamen diuersa duæ editiores sunt, quae ex eodem fluxisse MS. indicavit errores plane idem in una atque in altera.

que hys
tarum
Unerper.
Patric.
Liber.

Opus
Tributaria
excuse apud
Usserius

S. Patr.
et
Usserius

25 Quemadmodum autem Jocelinus Vitæ a se collecte molem maxime auxit ex Tripartita superiorius memoratu: ita eundem securius valetur is, qui de S. Patrici Actis opus quoque Tripartitum Latine conscripsit etopus ab Usserio prolatum de eius unitate et auctoritate certi nihil possimus constitvere. Illo autem MS. ipsoque Jocelino antiquior est Ninnis Historie Britannica, que falso Gildas nomine circumfertur, auctor circa annum DCCCLIX: in qua fuse S. Patrici gesta describuntur. Anterior etiam Guilielmo Mal-

meshuriensi, qui in Praefatione libri de Antiquitate W Glasconum usi necdum editi, sed saepè ab Usserio, sive a ne Malmes- Michale Alfordo citati, profitetur, quod Vitam S. Patricii et miracula Encrabilis Encyri conscripsit; quod fuisse credendus circa finem seculi XI. quando refossum Glasmacum S. Patricii alienus corpus, alteriusque Beugni ab Ardmacchano diversi (quod anno MCLXXXVI factum scribit) occasione dedit ad hasce Vitam et predictos Antiquitates scribendas. Ex Malmesburicensi parva desumpta contractusque esse putamus, Vitas eorumdem Sanctorum ab Joanne Timuthensi, monacho Anglo-Benedictino, relatæ in opere de Sanctis Anglie, quod Joannes Capgraveus typis vulgari, collectum circa medium seculi XIV, que quam nullus sint auctoritatis videbimus infra.

26 Prætermittimus referre quod Patrici Acta sumarie referantur in Vicentio B. Lovrensis Episcopo speculo Historiali lib. 20 cap. 23 Jacobo de Voragine, Episcopo Genueus in Legenda, ut vocant, Aurea: S. Antonino Episcopo Flaventio in Chronico: Petro de Natalibus in catalogo generali Sanctorum; aliusque ejusdem classis scriptoribus. Omittere tamen non debimus Davidem Rathum Ossoriensem Episcopum, totiusque Hibernarum Vice-primate; quo cum in Officina D. Patricii ad ritum Brevarii Romanum redactum elucidationes octo edidisset, quibus punctu aliquot Vite Patricii falem difficultatem inventuram combatur a suspitione falsitatis extimere; eos Thomas Walsinghamus in Foro Regio suo Jocelini textu subgauit et adaptavit. Decadem quoque Patricianam D. Philippus Osullevanus, Bearinus Hibernus, conscripsit ac libris decem D. Patrici gesta et miracula complaus est, quibus multa in Catholicorum Hibernorum defensionum, multa in Anglo-heterodox factionis insectuacionum subiungit, cum mantissa acerbæ confutacionis adversus Jacobum Usserium, non ob ea que Latino sermone doce et modestè conscripsit de Britannicæ Ecclesiæ antiquitatibus, sive a Colgano: cum honore citatis, nobis quoque ex merito caris: sed ob libellum quendam Anglicum, in quo eisdem Osullevani verum Hiberniarum historiarum acerbius contumeliosusque tractaverat.

27 Hic Osullevani liber Madidi anno MDXXIX prodit: sed multo citius Antwerpia ex Christophori Plantini officina prouulterat ejusdem S. Patricii Vita, libris duobus sueretius comprehensa a Richardo Stranahusto, editaque in lucem anno MCLXXXVII, ac dedicata Alexander Farnesio, Pormix et Placentia Duci, pro Rege Catholico tunc Belgum gubernanti: qui cum nullum de Vita Patricii editum librum edisset, nisi qui falso Eude venerabilis nomine circumferebatur inscriptus, quem reveri Probi esse superius memorati conclusio indicat: eumque crederet propterea prætermisso u Surio, probatas Sanctorum Vitas colligente, quod perultima eum anili futilitate conjuncta, et nonnulla a veritate Evangelica omnino aliena contineret, novum ipse feliciter stilo delectuque majori cinnari. Hinc ut ignoscendum est, quod antiquorum monumentarum destitutis subsubdis perficeret quid optabat non potuit, quia graves multosque committeret in chronologia errores; ita juventus temeritatis merito videntur arguendus ob illam censuræ acrimoniam, qua Probum inanearentem perstrungit; quem si antiqua scripta versare solitus perligisset, plura in eo ordinundæ historiæ Patricianæ subsilia reprobisset, ut ex sequentibus cognosci poterit: quod autem esse a veritate Evangelica omnino alienum, fatemur in eo nos ne quissemus comprehendere.

§. V. Totius historiæ Patricianæ chronolaxis.

Quamquam tam multos vitae sue scriptores magnus Hibernus Apostolus habuerit; omnes tamen, antiquiores praesertim, ita eant tractarunt, ut mirabilibus prodigis

Quanti hæc
momenta sit
ad totam
historiam
Hibernicam,

S. Patrici
pueritia et
adolescentia.

ejudem
peregrinatio
ne in Gallia
et Hispania,

prima
Profectio in
Hiberniam,
irrita

A et fidem quandoque excedentibus congerendis magnam, distinguendis irdicandisque temporibus curum nullam impenderat. Pendet interim ab hoc principio tota quanta est Hibernica historia, cymmeris, quibus implicatur tenebris, nunquam evanenda, nisi hinc lucem accipiat lector, nam scriptorum antiquorum hac in parte obscuritatem, Hibernium quedam circa annorum numeros traditiones, et Antiquiorum calculationes incertissimis usq[ue] fundamentis, nova catuine offusa duplicantur. Multa igitur præter recentiorum scriptorum mentem adstruunt nobis, multa aliter ordinanda erunt: quod ut distinctus commodius fiat, primum hic universæ Patriarchæ chronaturæ seriem exhibemus, quam deinde per varios consequenter paragraphs, quanta fieri poterit soliditate, conabimur stabilire, quod singula puncta vel obscura vel controversa: parati nihilominus ultorum iudicio submittere nostrum, quampiu[m] prolati certioribus documentis, aliquis nos docuerit a veritate aberrasse. Ita ergo atalem recensemus.

29 Anno Christi ccclxxvii non valde prope[n]to na-
scitur S. Patricius apud Britannos, Hibernenses,

cccxix, ætatis sue anno xvi neclum expletæ, raptus a prædoniis Scotia cum sorore Lupita in Hiberniam ablunxit, ibique Melchoni in Dalarialia videntur.

B ccclxxviii præ exacto, anno servitutis vi, ætatis vero xxv fuga elapsus, atque ad Boandi ostia a nautis in Britanniam solentibus gratis adiutus, post unius sere mensis erroris donum paternæ restitutus: ubi ad Hibernias conversionem per visum revocatur, atque hinc patro in ilium suu[m] scraginta anni Apostolicæ e[st]iæ, quæ aliis ipsam in anno ætatis lx inchoantes eo abduxerat, ut cxxxi annis ricasse putarent.

ccclxxviii tres menses commoratas in patria, cum parentibus proficiscitur in Arremoricam illisque ibidem barbarorum intermixta omisiis, iterum captus ad Pictos adiungitur; atque post duos menses revertitur in patriam: ac tertio captus Burdeyalum aerebitur; ubi redditus libertati confert se Turonos, ibique in Clericum Monachumque attulens in S. Mairtini monasterio Majori triennium transigit.

cccx anno, quarto sui monachatus, ætatis xxv, in Temarensis, id est, Hiberniam insulam denuo vocatus per crebre visiones rodit in Britanniæ, et desperato trajectu reddit in Gallias.

**30 Anno ccclii in Italiam profectus Patricius, se-
ptenem per montes et insulas circumfluvia ac monachoru[m], peregrinationem suscepit.**

cccxv Ibidem Angelico manu in Presbyterum ordi-
natur et apud S. Seniorem Episcopum (fortasse Pisano-
num) triennio studet.

C ccclxii no[n] visionibus animatus in Hiberniam se
confert: sed barbaris ad ejus prædicationem aures obtu-
ravitibus, legatram a Pontifice Romano missum, ma-
joremque uictoriam sibi necessarium judicans statuit
Romana adere.

ccclxv dum per Britanniæ reveritur, amore soli-
tudinis captus pene hæsisset in Valle-Rostina, nisi intel-
lexisset S. Davidi insecuto lacum esse destinatum, Ergo iussus se Hibernia riscrivere Antistodorum adit, et istuc Episcopo (quem S. Anatolius ostendemus fuisse)
adiungit.

ccclxviii Patricius omnium uigens xiiii S. Germano ad
Episcopatum ereto per Inglecum commendatur, ibique
adhæret annis quatuor.

ccclxxi ex Angli iussa Avelatensem insulam (quoniam
Lericensem esse putamus) adit Patricius, ibique noven-
tum comitoratur.

ccclxxix monitus Hibernice missionis serio auspi-
cando tempus adesse, ea de re confert cum S. Germano,
post Britanniæ legationem Arethalem, indeque Lar-
num forte excurrentem: a quo Roman alibi jubetur:
ille paulo post Palladii diocesum adveniens repulsam
patitur a S. Cælestino, atque ad S. Germanum reddit.

**31 Anno ccclxxxii S. Palladius Hibernorum con-
versione desperata revertitur, et in Britanniæ opud
Pictos moritur vi Julii. Patricius cum litteris commen-
datuit et Segeto Presbytero Romanam remittitur a
S. Germano.**

ccclxxxii S. Cælestinus, audita Palladii morte, pou-
cis ante obitum suum diebus Hibernium legationem Pa-
tricio comitit: quod Sextus Cælestino succedens con-
firmat: ergo cum novem soei in viam se dot; et Eporedie
obviam factus Palladii discipulus, illius exitu jam certo cognito, a vicino, forte Taurinensi Episcopo, Episco-
pus consecratur: alii socii ad Ordines inferiores pro-
moventur. Denique S. Germano per Gallias trans-
iens valedicit, et anno in Autunnum prope[n]to appulsum
in Lagenian, ubi initia quædam Palladii posuerat,
primum omnium Sinellum baptizat.

ccclxxxiii In Dalarialiam transit, antiquo suo Do-
mino Milchoni fidem Christi predicaturus, et inde re-
diens variis in Ultonia convertit, atque inter fructuosos
ibidem labores Soballense circa Dunum monasterium
fundat.

32 Anno ccclxxxvi, Regis Leogorii quinto (nam ab progressu
ingressu Patricii anni ejus univerantur) videtur pri-
mum cum Rege congressus Patricius et publice disse-
minaudre fidei facultatem miraculis extorsisse obstinato,
nec multo post Athrymæ Episcopatus instituitur, et pri-
mus in Hibernia Episcopus S. Loemarus consecratur.
Postea certatim populi fidem amplectentibus, predi-
cante et totam insulam circumueniente Patricio, plurimæ
aliæ sparsim Ecclesiæ, et in iis Episcopi ordinantur.

ccclxxxv Roma rediens obruat S. Kieran de Sugir
et alii quinque Clericis eadem studiorum causa prosec-
tus. Trajectus in Hiberniam, in Britanniæ Occidentali
predicant, monasterii ordinat sociosque in Hiberniam
messim auxiliis complures secum transvehit, præser-
tum e paterna familia.

ccclxii S. Brigida a S. Patricio relatur expleto æta-
tis anno decimo quarto.

ccclxi aut circiter quadragenerarum in Monte Crua-
than-aichle jejunium instituit, S. Munem Roma re-
vertentem cum Reliquis recipit, ne S. Kieranum, Cluan-
moniosus fundatorum prædictum.

ccclxii Ardmacha in metropolim erigenda fundatur:
et concilia celebrantur, loco solenauerit dedicato. Extont
apud Spelmanum unius alteriusque Conclui acta ex
autiqnis MSS. Primis hic titulus est Incipit Synodus
Episcoporum, id est, Patricii, Auxilii, Issernini:
quos duos, quia per cæteris nominantur, legatorum Apo-
stolicarum personum sustinuisse Colgaus testimat. R
Conjecturatur Spelmanus ad annum cccl vel lxvi ista
referenda.

ccclv vel lxvi Ramam Angelico jussu iterum odit
Patricius: reliquiasque et metropolis a se constituta
confirmationem refert. Secundinus iterato Vicarium
agit.

ccclviii cum S. Brigida ultimum ogenis Putricius,
eam mortis et sepulture sue prescam rogat ut vestem
mortualem texat, et sibi ad plures annos superfuturam
predict.

ccclix S. Secundinus componit hymnum de S. Pa-
tricio eoque perfecte moritur xxii Novembris, ætatis
anno lxxxv. et anno fuit 83:

ccclix Patricius, ætatis unius octoginta duobus expli-
tis, in dicens anni lxxxviii, Leogarto annum xxviii
requiri explete, moritur et Duni tumulatur, cui S.
Sen-Patricius subrogatus fit Episcopus Ardmachanus,
primus numeratus ab iis qui Sanctum Apostolum, pro
universalis omnium ecclesiæ cura, supra numerum
habuere.

**33 Atque hactenus quidem S. Patrici vita digesta
per annos, absque illis 1. annis quos pene otiosum egisse
fotentur necesse est qui illus defondant: nunc quædam
adhuc reliqua Hibernice chronologæ puncta ad hujus
aliorumque**

Successores in
Ardmachano
primatu

A aliorumque Sanctorum historiam illustrando magnopere profutura hic atque amus. Anno igitur CCCCLXII Moritur Leogarius, et in regnum vi vel electione erudit Alildus-Molt, filius Nathi S. Patricii Vita scribitur a variis ejus discipulis.

B illos apprehendit, donec panceis diebus transactis, orante Patricio, iterum Angelus adveniens de domo careeris et de manu inimici eos liberavit: de loco namque, in quo carcerati tenebantur, a Dunensi civitate distante diæta pregrandi, per aeris vasta, sicut olim Habacuc Prophetam, illos transportans, unum illorum in loco ubi nunc Domini cœdificata est ecclesia S. Patricii; alterum in monticulo vicino, circumcluso palude pelagi, dimisit: et catenas, quibus vinculati erant, separatum confregit: umerque vero loens usque in præsens a catenis contractis vocabulum scilicet Dun-da leth-glas est sortitus.

a Vita III apud Colganum num. 35 addit aliquas circumstantias hic omittas. Alio autem die S. Patricius revelante sibi Dominu dixit amico suo. Ubiſi tui capti sunt et valde situnt, nam Leogare filius Nell potum eis dari prohibuit, eo quod me suscipisti et credidisti Christo. Vado ergo ad eum et die ei, ut saltem decem diebus potius te requies detur obsidibus, donec ego vel illum perverram. Tunc perrexit Diclu ad legem Leogare, et multavit ei haec verba. Rex vero Leogare valde iratus dixit. Nequus unus dei vel potus non dabitur eis. Deinde Diclu retro reversus est. Sequenti vero nocte venit Angelus et dedit potum obsidibus, et ab illo nocte nunquam sitterunt, donec postea Patricius perverat.

CAPUT V.

S. Patricii congressus cum Rege Leogario et certamina cum magis ejus.

P rope erat Pascha, dies festus Christianorum, in quo Vita mortua ex mortuis resurgens primitivavit et probavit resurrectionem mortuorum: sed ante sancti Pontificis cordi, hanc diem soleum, quam Dominus redivivus coles civibus atque terrigenis fecit exultabilem, in campo Bregh specioso ac spatiose solennizare: ibidemque evangelizando regnum Dei, et baptizando populum acquisitionis, genus electum Christo aggregare. Ascendens in navem navigando devenit ad quendam portum prædicto campo vicinum, egressusque ad terram, commendata nave sua suo nepoti S. Lúmano, pernoctandi gratia in cuiusdam viri venerabilis, qui vocabatur Sesgen, declinavit dominum Paterfamilias Patricium gratauerit hospitio collegit, sperans salutem domini sue afflustram ex hospite tanto: nec fefellerit eum spes sua: quia prædixit Patricio verbum salutis, credens baptizatus est eum omni domo sua. Haebat vir ille filium, quem Sanctus unda salutari ablinens, ac nomine eius ex re adaptans nominavit Benignum. Et vere sicut vocabulo sic et vita et moribus erat Benignus, dilectus Deo et hominibus, in terra et in celo gloria et honore dignus. Hic sancti Præsulis lateri firmiter adhucit, nec ab illo avelli ullatenus

potuit: eum enim Sanctus quieti membra daturus lecto se receperisset, ille purissimus puer a patre et matre fugiens ad pedes Sancti se præcepit, ipsiusque ad pectus summum suis manus cœstringens cerebrumque deosculans ibidem pausavit. In crastinum cum Sanctus proinceptus ad iter uno pene in sandalibus altero in terra posito, vehiculum ascenderet, puer pedem illius strictis manibus apprehendit, obsecrans et adjurans ne se relinquaret. Et eum illum amovero a Sancti vestigiis et secum retinere vellet interque parentes, puer cum magno fletu et ejulatu clamavit, dicens: Rœcedite, quæso, recedite: dimittite me, ut pergam cum meo spirituali Patre. Sanctus vero in tenello corde et corpore devotionem tantum intuens, in nomine Domini illum benedixit, secum ilium levari in vehiculum iubens, ipsum successorem ministerii sui, sicut et fuit, fore predixit. Idem namque Benignus in regimine Pontificatus Primatusque totius Hibernia successit S. Patricio; virtutibus et miraculis clarus queviet in Domino.

33 Sanctus Episcopus sacratissimo Sabbato in vigilia Paschæ, ad locum aptum atque amoenum, vocatione Feartfechin, in campo prænominato præclaram solemnitatem celebraturus diverit: ibique, juxta sancte Ecclesie consuetudinem, de igne benedicto luminaria accendit. Contigit nocte eadem idololatras quoddam subline festum, quod dicitur Rach, frequentare: quod et ipsi in tenebris incedentes principi tenebrarum solebant consecrare. Moris erat apud illos, ut ignis totus circunferat extingueretur, nec reaccenderetur ab aliquo in circumiacenti provincia, nisi prius accusatus appareret in aula Regia. Rex autem Leogarius in loco dicto Teamhair, tunc temporis principali sede totius Hibernie, cum suis auxiliis constitutus, ignem a S. Patricio accensum incepit, admiratur, indignatur; et quis tale quid præsumere audebat, seiscitatatur. Quidam magus inter ceteros affinit, igneque conspecto quasi vaticinando Regi dixit. Nisi haec nocte ignis ille extinctus erit, accensor ejus cum suis sequacibus in tota insula principabitur. Quo audito Rex adunans, et adducens secum suorum multitudinem in impetu iræ sue perrexit ad extingendum ignem. Duxerat enim ter nomes currus secum: quia fascinatio nugeatit seducens eorū ejus, persuaserat ei tali numero ubique provenire sibi omnem triumphum. convertit etiam facies hominum et jumentorum ad levam Patricii secundum traditionem magorum, credens conatum suum non posse ab illo impediri. Vides Sanctus multitudinem currum, incepit hunc versum: Hui in curribus, et hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus. Cum autem Rex appropinquaret ad locum, Magi dissuaserunt Regi accedere ad Patricium, ne videatur præsentia sua honorare, et reverendo quasi adorare illum. Substitut Rex, et malis fœcis monentibus mittens munitiones Patricio, præcepit præsentiam sui exhibere sibi: interdixitque suis omnibus, ne quis assurget adveniens. Præsul peracto divino officio vocatus adfuit, nullusque ob interdictum Regis Sancto assurserit. Quidam autem Hercus nomine, filius Degha, qui multa de S. Patricio dixit, in conspectu omnium assurgens illum honorifice suscepit. Sanctus Præsul ipsum benedixit, vitamque ipsi aeternam promisit: ipse autem in Deum credens Baptismi gratiam percepit, et vitam virtutibus et signis inlytam dicens, postmodum Episcopus effectus, in civitate Slane ad celestia migravit.

36 Exiit quidam magus Regi acceptus atque amicissimus, nonnatus in illo loco Lochu, Iopnens nefaria adversus Dominum et Christum ejus: artibus namque dementatus dæmoniacis, Deum se esse assernit, ejusque prestigijs populus perstrictus, per-

ARCTOAE
MOELINO

ad huc
PATERIO,

et predictus
futurus
successor,

Ob ignem
Paschalem
arcensem,
E

contra legem
festi, quod
Gentiles
celebrabant,

Leogarius
ad Parkham
epitadium
egreditur,

psal. 19, 8
accerto
terit assurgit,

quod tam
fecit Erebus?

blasphemus
magus Lochu

qui
est
qui
est
punit:

a
qui orante
Patricio per
Angliam
liberantur.

Sesgeno
cum familiis
baptizato;

Abbas eius
Bengtus

ATQ[UE] D[omi]N[us] S[an]CT[us] P[re]C[er]T[us] I[de]N[iti]V[er]it[ur]

P[re]C[er]T[us] N[on] I[de]N[iti]V[er]it[ur]

Ps. 67. 2

A[ctu]s P[ro]p[ri]o T[em]p[or]e M[od]est[us], Ps. 47. 13
I[de]N[iti]V[er]it[ur]

E[st] R[ex] C[on]fidentia

S[an]CT[us] M[ag]is

S[an]CT[us] M[ag]is

q[uo]d illa videnter uenit,

Aniecione doctrine pervicaciter alhaerens, ipsum quasi nomen aliquod coluit Blasphemabat jugiter viam Domini, et ab idolatria recedere volentes satagebat subverttere vel avertere a fide Iesu Christi. Eodem pene modo adversabatur S. Patriciu, quo Simon magus restitisse legitur Apostolo Petro. Quadam enim vice, cum a principibus tenebrarum ac potestatis aereis hujusmodi de terra in aera elevatur, ac Rex populusque interuerent illum quasi eum in colum, S. Patricius hoc videns in hume modum ferme precepit Indisse ad Dominum: Domine Deus omnipotens, tolle magum istum blasphemum sancti nominis tui de medio ne in te credentibus vel credituris ulterius sit impedimentum. Nec mora: e sublimi et inani ad terram demissus cum globo nivis, ante pedes viri Dei curvut, capiteque ad silicem eliso, disruptus et contractus expiravit, spiritumque in inferno cepiliendum tradidit.

37 Rex autem super magi morte multum molestatus, ira totus incanduit, et cum suorum populosa enterba in S. Patricii necem consurrexit. S. Patricius videns nepotum ilorum, clara voce psallendo, illum versiculum inchoauit de psalterio: Exergat D[omi]n[u]s, et dissipentur inimici eius, et fugiant qui ederunt eum a facie ejus. Dominus autem adjutor et protector suorum in salutem, salvavit ab hac multitudine Patricium in orani domo sua famulum fidelem sic. Excitatis enim terribili terrore motu, et horribili tonitru, iecu eti[am] fulminis coruscantis quosdam peremuit, alios in terram prostravit, reliquos in fumum convertit dominus. Sic sic iuxta Propheticum eloquium: Emisit dominus sagittas suas, et dissipavit eos, fulgura multipliavit, et confundavit eos. Misit enim inter eos secundum Isiae presagium, spiritum vertiginis, et convertere fecit idololatras illos contra seipso, velut Egyptios contra Egyptios. Uniusquisque enim in alterum irruit, et vir in fratrem suum arma converit; currus et ascensores terrae depeti sunt per planitatem, et precipitati: quodriginta novem vires prostratis, vix ceteri evaserunt semiviri. Rex autem ab increpatione ibant, et ab inspiratione spiritus irae ejus tremescatus, superno latitabat tantum eum quatuor vires in quodam b[ea]t[us] conlaxi, ut se abscondet a facie furoris Domini. Regna vero pro Regis reconciliacione rogatura, reverenter accersit genibus flexis ante S. Patrem unum, spondens sicut ad ipsum ventrum et Iesum: num adorandum. Sanctus annuit, et oravit ad Dominum, et cessavit clades, et relictu seruorum. Rex iuxta condictum, sed tamen duplice corde, ad Sanctum accessit, genua flexit, fluvit se adorare, in quem non eredit Lobiis etiam ini quis et eonde doloso Præcolum peccabatur, ut in crastinum dominum suum visitare dignaretur, seque illius monitis et præcepto pariturum pollicebatur. Vir vero hoc, hec Domino revelante non ignoraret iniquitatem quam possimus meditabatur in cubili cordis sui, collidente toner habitans in adjutorio Altissimi, acquisivit ejus petitionem.

38 Rex valdefactus Epis ipso revertebatur ad propria, variisque in locis, per que transiituros erat Patrem, posuit insidiis, ut aduentum privaret vita. Et quidem plures annos interibant, qui in diversi locis transvalitari peterant, quorum secus quoddlibet vadim abscondit novem currus cum funestis satellitibus, ut si aliquo evaderet in alium cederet, sive nullo modo portansse inveniens. In crastinum autem Patricius cum octo viris tantum, et pueri Benigni superioris memorato, recto itinere Thessalianum, id est, Teumanium ubi Rex tunc morabatur, tendens transibat per medium vite ejus instaurantem; vndeque eorum tenetabantur ne viderent vel agnoscerent illum. Ipsorum enim obtutibus ap-

parerent octo cervi, cum uno hinnulo salientes in montibus, transilentes colles, aquas transvadentes; sieque Sanctus cum suis comitibus Den protectore evasit sibi mortem machinantes. Ipse vero ad regiam peruenit urbem, Regemque cum suis coenantem invenit. Ingresso Pontifici domum Regis nullus convivantium assurexit, excepto quadam Potea Regis, nomine Dahlaco id est, Dubrach mæ Valubair, qui surgens Sanctum devote salutavit, seqne fieri Christianum ab eo petit et impetravit. Creditur Dahlacus discubentium primus in Domino, et reputatum est ei ad justitiam: baptizatus namque et in fide Christi confirmatus, carmina, quæ quondam studio florente percegit in laudem falsorum deorum, jam in usum meliorementem mutans et linguis, poemata clariora composit in laudem omnipotentis Dei, et Sanctorum ejus praemonit.

39 Rex Leogarius sorpe nominatus, nequitie et fraudulentie felle fermentatus, qualiter Sanctus eva sisset iusidas agnoscentes et admirantes, ad alia commenta se convertit, et quia fortium ferro ferire non valuit, veneno intoxicate vobis. Cabeam enim suum per manum maleficis, cui non en Lucaich Mael, assidenti Patricio ad potandum porrexit: in quem idem satelles Salhane de assensu Regis vino venenum immiscens, Patricio propinavit. Vir vero Domini eahem accipiens, et nomine Domini invocans, illum inclinavit, et quidquid in potu pestiforme possum fuit, in fidem propriam absque reliqui liquoris admixtione resudit: impresso denique Cœne signaculo residuum benedixit; et ad macri venefici confusione et omnium assidentium admirationem ex eo libens, nullam lesionem aut molestiam penitus sensit. Rubore ergo perfusus immo confusus magus magis doluit, et ne victus videretur, ad facienda signa de celo Patricium provocavit. Sancto respondente Episcopo, se nolle quidquam divine voluntati adversum atten-
rato at
ud s[an]ctis
certandum
a mago: tare, magus maleficis suis fines illos et confinium frigidissima respersit nive, et incolas afflit frigore. In tabat sanctus Anti les admonens et angariaus, ut magnus amoveret a terra nive et frigus ab hominibus. Ille compulsus confitebatur publice, se nullatenus id actitare posse usque in era-tinum suis artibus. Ex ore ergo tuo, inquit Sanctus, te judico, homo nequam, et conuincio artificem nulli ministrum diabolus esse; qui malum tantummodo potest inferre, bonum vero nulli conferre. Elevata deinde manus sacra Sacerdos sanctissimus, campum et circumgängentia loca eandem nive, in nomine sancte Trinitatis benedixit: tantaque mixt, utpote phantastica, quæ nec liquescere consongo more videbatur, confestim evanuit. Admirabantur universi, confitentes et clamantes in Patricio manum Domini, detestantesque delusoria opera magi.

40 Magellens videns vilescere, et vilipendi vires artis sue, loca, quæ prius nive dealbavit, iterum incantationibus suis palpabilis tenebrarum densitate indueta, eadem obfexit, Timor et tremor venerunt super homines, illos quos texerunt tenebrae: vel tunc saltu experti, in quantum a mera et vere filie caligabant claritate. Nec mirandum si alieni ab agnatione vere lucis, quæ illuminat omnem hominem, videntur in hume mundum, magicis tenebris potuerunt olivoli, qui corde raro erendendo adheserunt tenebrarum principi. Convenit iterato modo Patricius maleficium super expulsione caliginis, sicut antea super anomone nivis, et replicavit ille a serendo eadem que prius. Effudit ergo orationem devotam filius lucis ad candorem lucis aeternæ, solem justitiae statimque exoriente ac radiante materiali sole, efflagitate sunt tenebrae. Populus ergo gentium illarum, qui sedebat in tenebris, jam videns lumen magnum, neclamando gratiarum actiones summae luci ac laudum

transversum
sili h[ab]itu[m]
popul[m]
Cristianum
vulg[u]m

regre, at
veneratio ab
hor, tu pro-
moto
curaque
Cristianis
E

rato at
ud s[an]ctis
certandum
a mago:

F

et clavis

A dum præconia personabat; Patriciumque præconem perennis lucis magnificabat. Magus antein sepe dictis Lingue Mael nomine, lucis malignus eliminatur, magis diligens tenebras quam lucem, in artificiis tenebrarum tenebrescens, obstinate in malitia sua perseverabat, et aliae contentiose agens, sua dogmata prava atque perversa præemineret atque peregrinare Patricii doctrinæ affirmat.

41 At Rex verebatur opera magi sic esse subversa: unde quamdam ipsi examinationem experientiam proponens, dixit utriusque: *"Libri vestri* mercantur in aqua, et quoniam delecta vel obliterata fuerit scriptura, predicationis ejus despiciatur doctrina: in codicibus vero ejus nulla apparuit obliteratio, ejus devote suscipitur ac firmetur predicatione. Amissus sententia Regis Patricius, sed contradicbat magus: affirmabat enim Patricium elementina aqua pro Deo credere, eo quod credentes baptizasset aqua in nomine Domini. Rex iterum examinationis modum mutans, judicauit utriusque codices mittendos in igne, et ejus libri permisissent illæsi, ipsius ab omnibus acquiescendum esse doctrinæ. Sanctus autem huic definitivæ sententiæ ac conditioni assensum praebuit; sed magus diffidens de se penitus non acquiecit: dicebat enim Patricium, nunc agnosc, nunc ignem verâ vice colere, et idcirco intrinque elementum silo proditum habere. Respondit Patricius se nullum elementum adorare, sed omnium elementorum conditorem colere. Cum ergo in congregata cœnione contentio eresceret, claudiente populo in utramlibet partem, Domino inspirante, ad disserendum lucem veræ fideli a tenebris idolatriæ; veritatem sane doctrinæ a vanitate magiae levitatis, novum genus per ignem excoxitatur et exquiritur probations. Omnium ergo communis consilio, consentiente etiam utroque, videbatur. Patricio atque maleficio, dominus nova novo construitur modo, ejus una medietas ex viridi robore, altera ex arida materia ac cœnosa edificatur: duos itaque vincit manibus et pedibus ex opposito positos. Benignum, scilicet, præstatum puorum Patricii vele magi indutum in parte dominis arida; magnimque in viridi induitum casula S. Patricii statuerunt; igne apposito domum incenderint. Res mura et valde missitata. Ignis insurgent, sœviendo magnum cum parte domus viridi, in qua stetit, usque ad cimeras combussit: et in casula S. Patricii, qua amiciebatur, nullam adustionis vel corruptionis vestigium apparuit: purum vero beneficium Benignum stantem e contra cum parte arida domus, ignis omnino non tetigit, nec quidam molesti intulit; sed vestem magi, qua induerat, consumendo in favillam redigit. Ecce in hoc signo insigni in igne palfrato duplicato modo marcula iterantur, quæ canonicis codicibus inscripta leguntur; sicut quondam in tribus paeris camino Chaldaeo injectis, ignis vim suam ad illorum comburendam cœnita, ipsis illæsi exercuit; sic magnum cum parte dominis viridi casula Patricii illæsa; vestemque malefici, puerum cum curiosa parte domus intacto, memeravit.

42 Inductum est cor Regis Leogarii, sicut quoniam Pharaonis coram Moyse erga mandata Domini non enim, tot hec signis exhibitis, timuit exacerbare Iudeum ex ipsis, et exasperare servum ejus Patricium. Neronem namque novum et si alterum, sed non alterum representans seipsum, ei eleiscendam mortem maleficis ex suis plures paravit in Patricii jugulum. Et quia, secundum Scriptorium S. Iosephianorum, Rex inquis omnes ministros habet impios, de satellitibus ipsius rese plurimi præbuerunt ad tale sacrificium perpetrandum acclives, spontaneos, et expeditos. Sed Deus Omnipotens suorum protectori potenti simus, ac propugnator, armavit

zelum creature contra insensatos idololatras illos; aperta est enim terra Domino vindicante, et deglavit eos ab his quam plures de populo Temrach illis consentientes: dilatavitque uilem, sicut scripsit, tun est, Os suum, et absorbut eos velut viventes. Is 3, 14 Rerum vero horum superstites, ac omnes terra illius habitatores huc videntes vel agnoscunt, timore horribili perterriti obstupuerunt, et ne prima paci plecteremur, credentes in Christum ad Baptismum convidarunt.

43 Tremebundus autem Rex pro voluntate perlibus S. Patricii veniam postulavit, seque in posterum præceptis illius in euangelio obtemperaturum promisit. Pius igitur Pater, quod in se commisit, clementer illi indulxit: et hoc die de fide Domini Jesu Christi instruxisset, ad solennandum salutare Lavacrum inducere non potuit. Sanctus autem dimisit illum sibi, ut liberouitens arbitrio, iret in aduentu[m] eius condis sur, non videretur ab ipso ad fidem compelli; tandem de illo et posteris eius, intris Spiritu revelante, quod agnivit, ipsi palam predixit. Quia, inquit, doctrinæ meæ semper restitisti, neque supra modum negligere non cessasti, insuper et in omnium Cœtaren credere contempsti, filius quidem mortis es, et cum ceteris, immo p[re]e enetis tuus participibus, p[re]mis perpetuis in presenti perire jure deberes: sed quoniam humiliatus ad me veniens, veniam petisti, et instar Regis Achab, coram Deo meo te humiliasti, non induces tibi Dominus malum statim, quod promisi. Verumtamen nullus de semine tuo post te in solidum tunu[rum] surget; sed fratri tuo minori in Deum meum credituru, et sonni eius in generaciones seculorum serviet. Regina vero in Christum creditu[m], et a S. Laurentio baptizata, et benedicta, sancto fine in Domine requievit. Patricius vero profectus prædicat cum suis per universam regionem, credentes baptizans in nomine sanctæ Trinitatis, Deo cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis.

a Non tanti nobis hic locus est, ut propterea credere cognovimus, Hiberis libras intrinque posse ante Patricium: cum facte fuerit artis magie instrumenta, in judicium, postulata cum eo quem Patricius secum fecit, libro missali, etiam libri nomine ab ignara posterioritate designari.

CAPUT VI.

Athruua principia: Corbrei pertinacia: Conalli et flurum Leogarii conversio.

E sunt tres sorores S. Patricio memoriales in sanctitate et justitia, Domino placentes: laeti fuenterunt F[eria] monachæ, Lupita, Tygrida, et Darercha. Tygrida felici familitate intata senatus optimus protulit quin-septendecim filios et quinque filias uidet; a unnes maries magno meriti, Pontifices sanctissimi, Tres patricio sero es etiamque sancta regentes.

Sacerdotes optimi, et Monachi fuerunt: femina vero sanctitudinem electio, in magni sanctitate dios consummaverunt. Episcoporum nomina, Brochatus, Brochanus, Mugenodinus et Lumbanus fuerunt; qui cum S. Patricio auxiliante suo de Britannia in Hiberniam videntes, et in agro Domino strenue collaborantes, messum molam ad horrea cordis transmittenda colleguerunt. Darercha vero sororum ultima, mater erat Epi caporum sanctorum, Mel, Roche et Munis; quorum pater direbatur Comis. Hi similiter in prædicatione et itinere B. Patricium comitabantur, et in locis diversis Pontificalem dignitatem sortiebantur. Vere generat oistarum apparelt benedicta, juxta sa[eculari] seriem elopuit, et hereditas sanctæ nepotes S. Patricii.

45 S. Patricius de papib[us]. Utrumque navi transvectus, in Medio fimbis ad ostium Boyn applicuit inter barbaros et idololatras; navem vero suam cum armamentis ejus S. Lomano nejeti successione dicendam commisit

magistrum a
Regi predictio.
ne a p[ro]p[ter]e
liberum igni aut
egre
tradendis
n[on] s

subiectum
se offerit:
necessaria
reverenti

proced
interdum co
cessio
causa
quatuor
superiori
venerati
venerati

Regno sub
ordine mag
nus
reverent
perpetuum
venerati
venerati

Prov. 29, 12

A V C T O R E
JOCCELLINO

A commisit. Injunxit enim illi, ut saltem quadraginta diebus in illis partibus commorando, istum obedientiam sustineret, dum ipse ad ulteriora interim regionis loca ad praedicandum pergeret. Lumenus vero Iucis manens nuntius, spem martyri obtinendi factus obediens, injunctum sibi dierum spatium ibidem demoratus duplificabat; quod nullus sociorum eius facere, capiti suo timens, audebat. Ipse vero filius obedientiae non est frustratus a fructu mercedis sue in hac parte dum enim semen obedientiae suscipiens, patientia fructum in se protulit, divini verbi semine fecundare terras alienas ad profervendos fidei flores, fructusque justitiae producere promeruit; et quanto devotius obediens patri spirituali, tanto mirabilius elementa obtemperabant ei. Expletis namque duabus dierum quadraginta, cum fatigatus esset diutina expectatione super reditu S. Patrien, quadam die flabris ventorum vehementissimis ex oppositis orasibus, armamenta navis expluit, et fervens fide fidensque de S. Patrien meritis, ipsius auctoritate navi, quatenus se transveheret ad locum sibi congruum, praecepit. O signum hactenus inauditum et incomparabile! navis nemine gubernante contra illyrium et ventum ad varium viri dei vehicavit, et ab ostio Boyni fluminis usque ad Athlyrum corsu pro terro illo tempore transvectum.

⁶ tum viri fieri velle fecerat, et ab ostio Boyni fluminis usque ad Athrym cursu pro pecto illius transveit. Ipse vero naveum ob meritum S. Patricii vexit adversus aurie flatum absque remigio in flumen contraria, qui quondam fluenta Jordans convergens retrorsum in alvei proprii fontem retrorsit cursu retrograde.

46 Appulus S. Luminus socius appudum Athrym superioris nominatum; prius filii ipsius optimatis ibidem dominantis, vocabulo Fockernum, ad se denuo recitaret Evangelium venientem; demide matrem eius Britonissam natione; ad ultimum patrem ipsius Fethleminus nomine, ad Christum convertit; et in fonte, quem in oculis eorum de terra produxit suis precibus, illos et alios multos baptizavit. His itaque festis sanctis Sacerdos vigeimus quanto anno ante fundationem Ardmacra ibidem extraxit ecclesiam; detinenda ditanda que Fethleminus fidelis famulus Christi effectus, Ath-trum et b Midiam cum praediis multis, et pertinentiis suis solenni donatione contulit; ipse vero trans annum secundens mansio-ne sibi ac sui fecit, diesque suos in honore consummavit. Luminus in ecclesia profata Pontifex factus, Fockernum neophyton suum litteris imbuendum tradidit, et in brevi sufficienter litteratum ad Sacerdotium promovit. Approximante die sui exitu

etiam cum prolixi. Approximante die sui exitus
de corpore, cum Forkerno praefato prefectus est ad
fratrem suum Brocadium, praecepitque Forkerno in
virtute obedientiae, ut ecclesie, cui praeerat regimen
suscepere post ipsas decessum. Ipse vero reconsante,
et allegante non esse ratione seu justitia consentaneo,
ut in ecclesia vel aliove patriis sui regimen
suscepere animarum, ne valeretur haereditate possidere
Domini sanctuarium, iterato pater et pastor
praecepto perstrinxit illum. Quid plura? benedicens
doluit illum, donec hinc oneri praeberet assensum.
Sancto denique Lunano ex hac luce ad luciferam
patris perpetuum mansuetum migrante Forkernus
Ecclesiae prescripte injunctam sibi curam suscep-
piens, trilus tantummodo diu his illi praesent, ne
deinde eundam peregrino, genere Britanno, Catha-
dio nomine, regimen illius commisit. Sic projecto vir
Dei Patris sui praeceptum asimplevit, et ne ceteris
darot exemplum vendiendo jus aliquod in ecclesiis
aut hereditate parentum, omnimode vitare curavit.
Huius tamen Ecclesiae cuneta praeclara, de assensu
Principiorum, a S. Lunano B. Patre eiusque suc-
cessoribus sunt collata, et ad ipsi Admireham spec-
tant Ecclesie in perpetuum possidenda.

*in admittendo
et diuittendo
Epiuopain.*

*hujus humili-
tatis et obediens-
tia,*

Borkernum
cum parentibus
baptizat.

8

47 Erant Regi Leogario filio Neyll duo fratres, D
quorum prior natu vocabatur Coyrbre crudelitate et Corbrei
incredutate similis illi, si tamen in regione illa in- obstinatus
venitus est similis illi, qui contemneret et condemnaret Ie-gm Excelsi : alter adescentior dicebatur Conallus, nihil amplius contrahens de generatione sua, quam quod piscis de pelago vel rosa de spina. Ad praefatum autem Coyrbre convertendum, qui tunc manebat in loco agonis regalis, vocabulo Tail-tien, profectus Patricius, predicavit veritatem fidei Catholice, tentans si quo modo posset de lapido illo suscitare filium Abram : ipse vero cordis adamantis ad credendum effectus, predictanti sibi salutem machinabatur mortem : in medio etiam fluvii proximi flagellavit fanulos S. Patricii. Sciens vero S. Patricius hominem in errore suo obstinatum et a Deo reprobatum, vocans inimicum Dei, prophetando dixit ad illum : Quoniam jugum Christi colesis Regis, cui servire regnare est, gesture recusasti, nullus e de posteris stirpis tuae obtinebit thronum regia tui, sed perpetua servi vitate subjugabitur semini junioris germani tui Conalli. Hoc autem erit tibi signum, quod implebat Dominus verbum, quod locutus est per os meum. Fluvius vicinus mansioni tuae, in quo tam crudeliter cecidisti famulos meos, qui praetabantur piscium pascere te tuosque consuecul, ab hodierna die usque in sevum pisces non procreabit. E Verbum ergo viri Dei fixum stetit, quia tota posteritas ejus semini Conalli fratris sui, sceptrum regni obtinenti servivit, et fluvius ille Seyle vocatus, usque in praesens pisces parvit.

48 Relinquentes S. Patricius filios irae et tenebrarum in eccitate cordis et profundo sui erroris, diverxit ad Conallum supra memoratum, futurum filium veritatis. Ipse vero S. Patricium sicut Angelum pacis et Iucis letabundus et laudans suscepit, ejusque salutiferæ prædicationi aures audiendi aperiens, credidit, et per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti Christo incorporari meruit. Quo in facto evidenter edocemur, sigillum coelestem ex una massa quadam vasa secundum velle suum, posse formare in iram et contumeliam; quædam in honorem et gratiam. Confortatus Conallus confirmatusque in Catholicâ veritate totam mansionem cum fundo ipsius et praedio S. Patricio obtulit, et, ut inibi ad dilatandum Christianitatem civitatem sibi quisque construeret, crebris precibus efflagitavit: ipse vero asseruit se velle aliud habitaculum silo ædificare in confinio civitatis. Sanctus Praesul neophyti sui tanta caritati congratulans, ne ipsius preces sprevisse videbatur, civitatem, que nunc dicitur Domnach Padraig, id est, civitas Patrii Fædicavit, et halutaculum Conallo, quod nunc diciatur Rathyrtaur, tractu baculi sui designavit. Sanctus illum deinde benedixit in nomine Domini et inter cetera que ei ventura erant, ore praesago prædictis: Faustum et felix erit habitaculum istud, multique feliciter in ea moraluntur, nec in eo alienus homines, nisi unus tantum, sanguis efluatetur: benedicens benedicet tibi Dominus, et firmabit tibi solum tuum, multiplicabit imperium, semenque fratrum tuorum serviet semini tuo in seculum. Omnia ista, que Sanctus profutò ore prophetico, non sunt frustata ab eventu et effectu suo.

49 Sedit cordi S. Patricii Connactiam regionem visitare; et praeceipe, propter oraenulum sila quoniam in somnis factum, quo invitaretur ab infantulis uteris matrum illius regionis inclusis, patriotes illis regnum Dei optabat evangelizare. Proposuit postea circuire totam insulam, et perambulare eam, ut ad Christum converteret eam. Sanctus ad iter procinctus, Conallum carissimum suum benedictione munitum, et in sui memoriam in civitate prescripta, quasi quoddam

A quoddam pignus sanctitatis sue, altare suum lapideum, ad salutem languentibus conferendam, signorum effectuum reliquit: cumque iter arriperet altare illud sequens illum egrehebatur, nec alius hominis penitus perceptibile fuit a quo portabatur: sed (ut reor), ejus potentia et virtute, lapis ille post S. Patricium portabatur in via, cuius nutu de Judaea in Chaldeam transvectus est Habacuc Propheta. Ut euim lapis ille angularis, Jesu Christus cunctis ostenderet Patricii sanctitatem, absque humana manu ferri fecit illum sanctum lapidem. Respiciens Antistes sanctus altare modo tam miraculoso post se gesturi, exultabat in Domino, reversusque collocauit illud in loco idoneo. Ab illo ergo die usque in praesens fixum persistit, sed miraculis coruscare non destitut, acsi virtus Patricii mansisset in eo, aut manasset ex eo.

50 Rex Leogarius dæmonum deditus culture,
cum plurima parte populi placere sibi satagente,
adorabat quoddam idolum ex auro et argento magnifice
coopertum; et in campo, cui nomen Magsse, sit
erat erectum: nominabatur enim Keancreithi, id
est, caput omnium deorum; eo quod responsa dare
putabatur a populo stulto et insipiente, qui colebat
Ilad. Circumferunt etiam idum simulacrum duodecim

B illud. Circumsternerunt etiam idem simulacrum duodecim deiculi ærei, quasi subjecti eidem et acclices. Divertit se S. Patricius ad locum illum, ut subverteret simulacrum illud, et prædicatione sancta ejus cultores ad Creatoris culturam converteret. Sed cum prædicando seu signa faciendo parum proficeret, nec idololatras revocaret a radicata in illorum pectoribus dementia, ad orationis consueta confugit arma. Cum ergo de vicino colle conspiciens idolum, ob illius eversionem puras manus in oratione protenderet ad Dominum, et contra illud minando levasset Iesu baculum; subito Dei virtute corruuit in latus simistrum, defluxitque ab eo totum aurum et argentum, penitus communatum et in pulverem reductum. Videbatur etiam in duro lapide baculi velut effigie vestigium, licet non tetigisset illum, aesi molli cerae vel butyro fuisse impressum. Cunctos etiam circum erectos deiculos usque ad collum absorbuit terra, eorumque capita extant adhuc ex humo prominentia. Sic sic quod non valuit vis humana, efficerat potentia divina. Plures videntes quod acciderat in Deum vivum et verum crediderunt et consequenter baptizati, secundum Apostolum Christum induerunt. In illo loco fontem optimum S. Patricius de terra prece produxit, in quo plures postmodum baptizavit.

C 31 Sanctus simulaeis subversis viis, quo pro-
posuerat carpelat, famaque sanctitatis ejus prævol-
ans præsentiam ejus premitibat. Cum autem
appropinquaret Connactae finibus, duo magi filii
Neyll in illis locis degentes, quorum unius vocabatur
Mael, alter Caphlait, audierunt adventum ejus.
Eran ambo domino diemoniorum inancipi, non
minus maleficiorum exercitiis quam native genera-
tions germani. hi maleisieis suis densissi-
mis tenebris totam regionem obvolverant continuas
per triduum, quibus se posse Patricio in fines
illos intercludere antumabant ingressum. Filius au-
tentus lucis, in ejus corde indecudens lucifer jugiter
luebat, dum cor, manus et lingua orando
extolleret in celum, ac saecis jejuniis maceraret
innocentissimum corpus suum, magicis tenebris
per regionem illam sparsis, solis emergentibus lu-
cendo radiis, induxit exterminium: ipse liberum in
Connactam mactus introitum et transitum, omni-
bus aperire satagebat indignis veritatis hostibus si-
der estum.

32 Fuerunt sapientia memorato Leogario Regi duas
fibiae, velut de rosato exortae rosa, Ethnæ Rusæ et
Mariæ T. II.

Fidella Alba vocata et a præfatis magis nutritæ et educatæ; quæ cum die quadam mane, orto jam sole, venissent lavandi gratia ad quendam fontem perspicuum, repererunt super ejusdem fontis marginem, cum aliis sanctis Sacerdotibus et viris actu ac habili religiosis, sedentem Patricium. Intuens autem singularium vultum et habitum admiratione summa percellebantur, de genere et loco mansiobis formam diligenter sciscitantes, phantasmata eos esse opinabantur. S. Patricius admonuit illas potius in Deum simum credere, quam de loco habitationis illorum et genere sollicite inquirere. Puelle vero de Deo certiora cipientes, instantis de illius potentia, divitias et gloria persistebant inquirentes. Sanctus vero docebat eas de fide Catholica, affirmans veris assertoribus Deum cœli et terra, maris et omnium que in eis sunt esse plasmatorem et rectorem. et habere filium sibi coeternum, coevum, et consubstantiam ubique regnante, omnia regente, omnia possidentem: promisit etiam eis pro terreno regno, et transitorio colestis et aeternum regnum communendum; asserens ipsas, si snis acquisiverint monitis sive consiliis, cum Rege celesti contracturas castum et indissolubile conjugium.

33 Cumque multa in hunc modum divinae doctrinæ verbis persuasibilis prædicaret Pastor egregius, pueri in Christum crediderunt, et ab ipso in eodem fonte baptizatae sunt. Christiani igitur effectæ rogarerunt S. Patricium secundum promissum suum, sili faciem Christi sponsi earum ostendere. Ad quas Sanctus, aportet vos prius carnem et sanguinem sponsi vestri ore cordis et corporis devote sumere, ut tam vitali viatico vegetatio, morte degustata, de hoc mundo immundo ad ejus thalamum stelliferum possitis transire. Virgines vero verbo viri Dei fidem accommodantes, sacram Eucharistiam devote postulaverunt et acceperunt; statimque oblorientes in Domino, ex mundis corporum habitaculis egressæ, ad colestis sponsi nuptias pervenerunt. Accurrentes autem amici, et cognati carum planxerunt illas juxta consuetulmam patris per tritulum: sicutque considererunt illas sacras exuvias in ventre matris omnium. Illo in loco extorta est ecclesia, quam sili collatam possidet Sedes Ardmacacha: duo vero prænominati magi, qui illas nutrieran, super illarum morte molestati, sanctum virum verbis vale asperis et amaris aggressi sunt: sed Patricio Davidiam citharam tangentem et evangelizante illis regnum Dei, conversi ad fidem in Christo baptizati sunt d.

a Hec tanta fecunditas ab aliis scriptoribus sorori ejus Dareretur tributari. In Non Medium, sed Ingrao in Midia, — & Excepta unica Thunthula ita, huius Carthes nepote, quod anni undevigint reguisse dicitur: quare decadita est, seceris Patria verba, quam sensu sepebat, accepta falsa, — id additum. Vix Drio S. Patricius superad duas leges alias de morte suscep-
vit, que gratias Deo et S. Patricio agentes, elegerunt Ierem
mori magis et ad mortua vita aeterno transire, quam in vita
seruimus et calamitatis plena permanere, et sic ultimus ille
alium dies completus est. Ferenturque vix fossam robundam, ut
proseguatur Probus, justus fontem Clebach in multitudinem per-
tula iuventus, quae fossa conseruata est a S. Patricio cum sancta
sancto Virginum ossibus, ei celebrata est carum memoria ab eodem
Sancto viro et ab hieredibus vno Episcopis post se in sepulta
nam ecclesiam Virginum construxerunt in codicem loco.

CAPUT VII.

*S. Patricii inter Conactios miracula, Ultor-
nii conversi.*

Post hoc magnum et solemne solenni in loco a
Comprovincialibus in unum congregatis, celebraba-
tur concilium, cui intererant septem filii Amphilaydh
viri genere, dignitate, diutius ex potentia praeclaris,
cuni copiosa caterva suorum secum astantium. Sam-
pus anteit at in multitudine multos Christu lucra-
veret, se in medium coetus contulit, et ad sectionem
dolablatrice, armis spiritualibus potenter Dei arripuit.
Cumque inclitus predicator evaginassem gladium

D
AUCTORE
IOCELINO

E
*in cœlestis
sponsi amore
accensas,*

*ad Christum
secl*i* morte
transmisit,*

mangos conver-

*distinto
mango adver-
tio,*

AUCTORE
IOCELINOmutus conve-
tit:alium
magnum ter-
rificum

2 Tim 3, 8

et tantum non
illius fratrem.S. Patricius
sanum impo-
bile, natus
elephas in
locum suum
transfici

A spiritus in dæmonum perniciem et hominum salutem, quidam magus Rochus nomine, surgens in medio omni annis combatur Patricium tollere de medio: sed ne scelerati hominis conatus in sceleratorem peccatum actum. Omnipotens manus, misso desuper igne, consumpsit gehenna filium fulminatum in conspectu omnium. Viso ergo tanto, tamque mirifice miraculo et terrifico, septem filii Amhlaidh cum duodecim in Iibus hominum in Christum credentes baptizati sunt, et in fide Catholica, quam suscepserant, fideliter firmiterque permane- runt. Duæ enim fibe, cuiusdam nobilis Gleann nomine, qua inaterno alvo inclusis S. Patricio invoca- cassi dicebantur, cum ceteris conversas ad Christum, in ipso baptizabantur. Haec postmodum sancte et religiose viventes, sancto fidei in Domino quieverunt, et post mortem trebris signis sese sedes cum Sanctis in coelestibus accepisse docuerunt. Sanctos etiam Patricius præfecit hinc populo converso noviter ad Christum magistrum. Nam enim virum religiosum et optimo in Scripturis sanctis exercitatum.

33 Dedit Dominus S. Patricio contra magos forte certamen et frequens, ut vinceret, et sciret quoniam omnium potenter est sapientia, in eius nomine contrita et evanescuta sunt eorum cuncta vanamina. Sicut enim James et Mauritius secundum Apostolum restituerunt Mosis; sic Patricio perplures maleficis. Altero namque die in loco conciliis supra memorati, Sathanista instigante, maleficiis accessit alter, non alteratus a malitia; in sanctum Pontificem, ut illum morti tindaret, consimili insurgens insanus. Sed dextera Domini magnificata in fortitudine, qua priorem percussit immuncum dominum sui consumptorio igne, istum sequentem accessu et excesso in multitudine non minus potenter delevit a facie terræ: terra namque deliquescens aperit os sumi, et magnum illum, qui se malefici multoties multomodis macula- laverat, in seco condidens demersit in abyssum. Existens exitum præfati malefici cernens carne et sectallius germanam, ingemuit: et qui fratri pereverati occursero utique surcerere non valuit, fraternam necrem in Patricium, velut ipsius interfectorum, vindicare voluit. Efferatus ergo in eum mittitur ei mortem inferre; sed Dominus pro Patricio pugnante, ipsorum magnum usque ad mures absorbutum latius terræ. Exclamans homo ab humo pene totus absorbus a Sancto veniente per tolavit; seque in Christum credentium et doctrina S. Patricii paritum promisit. Bonus Pastor Patricius miserior ha motus, pro eo per as fidem Deum et continuo tellus evocans

C emit, et elevavit eum. Miser ergo ille, misericorditer liberatus liberatur gratias egit, credensque in Christum baptismi gratiam percepti. Sic Dominus divinem inter heem et tenebras, quosdam incorrigibili et obstinatos in malo districtos duxit; que duxit ad misericordiam fugientes misericorditer salvat.

36 Praeterius S. Patricius quadam die vidit adiutatam hominum multitudinem, ut concurserent in loco quendam lapidem prægradiem. Dux in tali opere sed frustra desid. levit, quia concumine cassu, veint virtus enerat et latigat, illum et exire vel erigere non praevalebat. Aere aut Antistes alius ad locum, hunc illi latonius tempore videbat Dei vivi, adficiendi in Domino, factaque oratione ac data benedictione, soli saxonum illud ingens, quod a centum vi- ris agitant non potest, amovit, erexit, levavit, an locavit in loco apto. Homines vero illi, illud opus mirabile admirabantur, et ad Deum S. Patricii convertebantur credendo: et qui haec tenus habentes corda lapidum lapides colebant, hujus lapidis a Sancto levati occasione, in lapidem vivum, pretiosum, angustum, electum, positum in fonda-

mentis Sion, credebant. Hunc lapidem ipsi diu reprobaverant: sed jam tamquam lapides vivi fidei Catholicæ clemente conglutinati, sacra doctrina secti atque politi, et baptismo abluti in templum sanctum in Domino crescebant. Ubicumque vir Domini Patri- cius prædicando proficiscebatur, labia ejus disseminabant scientiam salutarem, augebatur numerus credentium in Domino de die in diem: Dominus namque cooperans fideli famulo suo, sequentibus signis ipsius confirmabat sermonem: quia ipse non adulterius verbum Dei, prædicando seu signa faciendo non suam propriam, sed Domini gloriam ubique quæsivit et laudem. Quodam quoque die profectus in prædicatione, ad quemdam locum vocabulo Fearta devenit, ubi in cujusdam collis rotunda superficie mulieres duas mortuas atque sepultas inventit. Homo vero Dei ad turnulum accedens, amoveri aggerem terræ fecit, et invocato Christi nomine, funeratas resuscitavit. Resuscitate vero idola vana et deos dæmonia clamantes, Christum verum Deum esse in conspectu credentium asseruerunt, et in nomine ipsius baptizari se petierunt et obtinuerunt. Omnes ergo astantes Deum glorificaverunt, et ejus fidem et baptismus devote suscepserunt. Sic profectus Pontifex sanctissimus, duas mortuas in carne viviscauit a duplice morte, earumque resurrectio corporalis multos resurgere fecit a morte animæ.

37 Erat quædam in illis finibus foemina, Fedelina nunupata, fidei Christianæ iguara: haec autem pregnans, in utero filium habuit: sed instanti partu, ac deficiente virtute pariendi, animam exhalavit. Sed, sicut non potest civitas aliœ conditi supra montem posita, nec lucerna supra candelabrum elevata, nec horti aromatici suavis fragrantia; licet latere volen- tis, nec Patris Patricii latet præsentia. Virtus enim de illo exiens multos male habentes ad se trahet, et odor unguentorum ejus plures post se currentes faciebat. Horum itaque gratia defunctæ mulieris amici attracti, cadaver ejus exanimad ad S. Patricium attulereunt; et ut virtutem, quam in prioribus exhibuerat, in hac etiam posteriore iteraret, lacrymosis precibus petierunt. Vir Deo plenus protinus se in orationem dedit, defunctamque ad vitales auras reduxit: vita vero restituta parit filium, et tempore competenti post puerperium una cum prole suscepit baptismum. Utique ergo ab utriusque hominis morte viviscitur per Patricium coram populo, et omnis plebs ut vidit, credidit et dedit laudem Deo. De gloria cœlesti et poena infernali, quæ vidit, defuncta enarravit; ejusque testimonium credibile factum nimis, multa milia ad Christum convertit. Eodem modo post paululum, mulierem alteram prægnantem et defunctam resuscitando, et una cum prole baptizando, iteravit hoc signum.

38 Cœribat S. Patricius fines Connaciæ, disseminans verbum Dei per universam regionem, nec cessavit a prædicatione et signorum operatione, donec illius incolas converterentur ad Christicolarum religionem. Pluribus in locis ecclesias construxit; Sacerdotes et ceteros ecclesiasticos ministros ad regimen animalium ac divinum officium peragendum in illis constituit. Cum vero consueto daret operi intellectum, veint in quandam planitiæ situ et amoenitate aptam ecclesie adhibendæ, sed lignorum et lapidum expertem: sylva namque longo interstitio a loco distabat, et lapidicina non inveniebatur in partibus illis, vel, si reperirentur uspiam, operandi de eo usus defuit indigenis. Sacerdos Christi premissa oratione, ut creditur, colitus adjutus adhibebat ecclasiæ ibidem tantummodo de limo terre, tum temporis per pulchro factam schemate, atque divina predictam virtute. Nullo namque vento, gelu, graudine, pluvia, aut aeris aliqua inclemencia deteriorari dignoscitur

duas feminas
e republio
vixit restitutaduas item
prægnantes
suctiæad vitam et
partum.connaciæ
pugli de limo
cunctio bi
suo statu
permanenter

A dognoscitur; sed ab illo tempore usque in praesens, in eodem statu permanere perspicitur. Sedes S. Patricii prope ipsam ecclesiam, in qua prædicanis residere solebat, ostenditur: multaque miracula mirificantia S. Patricium inibi clariusse referuntur. Duo flumina esse in partibus illis memorantur, quorum unum Dubh, alterum Drobhais nominatur: consuevit unum illorum, Dubh videlicet, piscibus abundare; alterum vero nullum piscem procreare. S. Patricius transiens secus ripam amnis pisces regabat pescatores, ex copiosa multitudine, quam ceperant, sibi aliquod beneficium impertiri. Pescatores caritate carentes carissimum Domini Patricium dimiserunt vacuum, piscem penitus ei denegantes: Deus autem auctor et amator caritatis, contractis corde congregatis avaritia consuetæ copiæ pescationis emolumen subtrahens, flumen illud perpetua productione piscium evacuavit: et alterum usque tunc sterile, scilicet Drobhais, copiosa fecunditate deinceps dedit. Est enim fluvius iste, sicut ceteris secundior, sic ejus aqua canetis aqua in Hibernia clarior: in qua re sapientis quilibet potest pensare, qua caritate colligere debeat unusquisque membra Christi, et amicos Dei suscipere atque beneficis sustentare. Quidquid enim honoris seu beneficii illis impenditur, Christo proculdubio exhibetur: sicut e diverso quod illis injuste subtrahitur aut denegatur, illo se defraudatum Deus attestatur.

piscorum
flumen reddit
sterile e'
aliquid sterile
piscibus
ex urinam:

Crucis super
tumulos
Christianorum
erigendam
coadiuit,

et Papano per
terrenem
in postum
relegit.

Per Cloniam
Midiamque
erigere missus

Dmiraculus per totum iter istud claret, quotve infirmis medelam sanitatis præstiterit, sigillatim describere alienus, etiam disertissimi, stylus non facile posset. Non solum tangendo sive orando, verum etiam pertransiendo ex umbra corporis sui sanitatem pluribus præsttit, ac si fuisse alter Petrus. Quosecumque uoda salutari nondum abdutos agnoverat, ad baptismum subieundum attrahere satigebat: quos vero baptizatus esse sciebat, ne ab hoste antiqua a fide averterentur, aut sub fidei specie, aliqua haeretica doctrina subverterentur, in fide confirmabat. Et quia tides, teste Apostolo Jacobo, sine operibus mortuus est, et mortua fides non est fides; ad sanctæ sincerae fidei per dilectionem operantis opera bona bonus prædicator studuit instigare credentes. Ceterum, qui in pri fundum malorum venientes, illius doctrinam contempserunt, Deoque rebelles perieaci pertinacia persistierunt in diabolum cultura; Patricio precante sive imprecante, stepe tulte medio divina justitia subita censura: sicut in præcedentibus et adhuc sequentibus declarabit nostra narratio.

AUTORE
JOCELINO

infinitis claret
surculis,

Iac. 20, 26

59 Sanctus signifer Dominici vexilli, ut ipse agere consuevit, constituit ad caput cuiuslibet Christiani, extra cœmeterium sepulti, Crucem figere: quia in regione ad fidem noviter conversa, præ paucitate ecclesiarum noverat, omnes defunctos in cœmiteriis funerandos non fore. Volut etiam optimus Pastor tam felici charactere oves ab hœdis, sepultos scilicet Christianos a Paganis, distinguere: sic profecto Christicola venientes, viso vitæ signo, funeratum fuisse famulum fidei, Crucis Christi signo valerent agnoscere, atque pro ejus anima non cunctarentur cunctorum Conditori preces offerre. Fidelis plane consuetudo, constitutioque omnium acceptance digna, ut qui in morte Christi baptizatus et in fide ipsius eraset mortuus, stigmata mortis ejussecus se vel supra se haberet sepultus. Contingit autem Patricio, vero Israelitæ, in egressu suo de Connactia, in exitu suo de illo populo barbaro, a barathro jam elongato et domestico Dei effecto: duorum hominum recenter tumulatorum sepulera intueri, viditque ad caput unius eorum signum Crucis erigi. Sedens in curru itaque, ut mos patriæ illo in tempore exigebat, aurige sue lorum retrahere jussit, ipse oratione facta, quasi ad viventem, ad sepultum loquens; quis, et cuius septe fuisse, inquisivit. Vox vero de tumulo emissæ respondit, se hominem fuisse secta paganum, divini cultus penitus ignarum. Quid tibi, inquit Sanctus, et Crucis Christi, cuius cultor et confessor numquam fuisti? Et vox ad ipsum: Qui juxta me sepelitur, Christianus extitit; veniensque quidam fidei vestræ professor, ignorantia ductus, ad meum caput Crucem posuit. Haec vos illa protulit, et concituit. Descendens illico vir Dei du curru, Crucem a loco illo amovit, illamque ad caput baptizati fixit, oravit, et inde recessit.

60 Egressus Patricius de Connactiæ finibus fundatis firmisque in fide, ad Aquilonalem partem Hiberniæ, Dalnardiæ dictam, divertit: gentesque degentes illis in partibus verbis et exemplis ac miraculis ad fidem Christi et fidei Sacramenta convertit. Deinde transiit montem Ficoth usque ad campum magnum Bregh; sic per Midiam ad Lageniam progredieus, ubique fidem et regnum Dei Evangelizavit, et quosdam de discipulis suis in locis opportunitis ad Episcopalem gradum sublimavit. Quantis autem

CAPUT VIII. *Patricii de Dublinio Propheta: S. Odrani Martyrium; Reges Oengi et Muonien-sium conversio*

E

Bfuit. Volens Sanctus Dei duritia cordis Iesu petros signo quam verbo significare, cum baculo Iesu contra petram signum Crucis edidit, et continuo petra superficies in quatuor partes scissa apparuit, Crucisque formam effigiatam in se usque in prasens exprimit. Homo nihilominus dorso cervicis et cordis plusquam saxe, ad pointeadum scindi noluit; sed uxor ejus praeceps corde compuncta, postulando veniam ad pedes ejus cecedit. Vident S. Patricius hominem in perversitate obduratum, voce prae-agadixit ad eum. Sic te dissolvere potuit potentia Dei, si volnisset, etiam ad primum verbum oris mei: sed quoniam nescis, immo credere non vis, quia patientia Dei ad penitentiam te adducat, secundum eorū tuum impunitens et duritiam obstinationis thesaurizas tibi iron, que tibi eno appropinquabat: velociter desperat te Dominus de terra nulliusque de semine tuo in perpetuum dominabitur in terra ista vel prosperabitur in alia, excepto solo infante, qua in utero gestat uxor tua, qua super illum veniet benedictio mea. Hec autem omnia, ore predata Patricii, evenerunt patri et predi.

89. Simili quoque intentione, ecclesia videlicet iudicandae, diverut Christi famulus ad locum famissimum Ussueach nomine. Duo ergo germani, Ezelius et Enda nominati, illis in finibus praeipabantur: quibus S. Patricius multa bona in presenti seculo atque futura, et etiam semini illorum, si sibi aqui esserent pollicebantur. Illi autem non solum a prece et praedicatione Patricii uires avtererunt, verum etiam a loco praedicto violenter ipsum expulerunt. Sanctus molestus impedimentum ecclesie fundandae quam sui expulsione accepit ipsius et semini ipsorum injicere maledictionis jaculum accepit. Secundum autem discipulos S. Patricii sententiar verbum ex ipso ore rapit, et antequam sine concluderetur deprecando dixit. Observa, domine Pater, ut maledictio vestra non sit super homines istos, sed super vicinos hos lapides. Sanctus prius modice subiicit, et postmodum postulata concessit. Mirabilis al illa die usque in presens lapides illi nulli structuræ apti aut utili inventioruntur, quoniam etiam si forte aliqui ex improvviso adficiençie impontantur, velociter opus illud ruere sen dissipari dicuntur. Nullum etiam ignis alorem naturalem admittunt, nec in aquam nisi strepatum, ut moris est lapidum, faciunt. Unde et proverbium apud Hibernos increbunt, ut si quando lapis in uisitio frangitur, de lapidibus Ussueach maledictus a S. Patricio, esse di-

catur. Enda vero praedictorum fratrum junior sub per injuria S. Patricio illata penituit, et provoluntus pedibus ipsius veniam poposcit, et postulatam promeruit. Hic novem filios habuit, quorum ultimum natu nomine Cormacum, obsequio divino mancipandum eum tota nona parte sue terrae S. Patricio obtulit. Frater vero ipsius Enda, Leogerus dictus, conversus ad fidem quindecim villas S. Patricio contulit cum suo nepote, quæ spectant ad jus Ardmacanæ Ecclesie. S. Patricius baptizavit puerum, educavit, literisque inibuit: puer autem uite sapientia et sanctitate crevit; virtutibus, atque miraculis clarus, in Domino requievit.

90. Quidam regulus, Brendanus a nomine, recenteter baptizatus, omnibus deprecabatur S. Patricium, ut quandam mulierem gravidam benedicaret; quia illius benedictionem ei et soboli profuturam creditit. Sanctus ejus petitioni amnuens manum erexit: sed repente, prinsquam verbum benedictionis aut signum Crucis ederat, eamdem retraxit: sensit enim, spiritu revelante sibi, concepisse illum de seniore Coirbre, in quem sententiaverat, et de cuius successione nullum regnaturum ipse praedixerat. Cur autem Sanctus hoc fecerat, homo mirabatur; sed ei vir Dei mysterium intimare caussamque non cunctabatur. Instabat hunc postulans attentius, ut vel aliquo modo illam benedicere, et quæ ventura erant soboli, praedicere dignaretur. Praesul sanctissimus Patricius illum elevata dextra benedixit, et ait: Infantulus, quem gestus in utero, non regnabit quoniam verbum, quod locutus sum in nomine Domini super Coirbre et semen ejus, fixum stabit: sed tamen unus de optimatibus terra, Regi regnoque pernecessarius erit. Quod ut Sanctus praedixit indulanter evenit.

91. Magni vir meriti Mel supra memoratus, qui cum Fratribus suis, viris sanctissimis, Munio et Riocho de Britannia in Hiberniam advenit, ab ipso S. Patricio in Pontificalem gradum promutus, ipsi in praedicatione coadjutor extitit. Hic ex proprio labore manum suarum, mire Pauli Apostoli, studuit vicitur, et quod ei a divitibus datum fuerat, solebat egenis erogare. Cum isto beato viro, utpote nepote suo, commanebat in una domo, modo primitiva Ecclesie, S. Lupita soror Patricii, ut ejus verbo et exemplo proficere posset in exercitio divini obsequii. Evoluto vero aliquanto tempore, cum sanctus Sacerdos iuxta morem media nocte surgeret ad confundendum Domino, sancta illa forma sudebat se ad seoperandum collocare, pellibusque cooperire in sancti Praesulis lecto. Nilal sinistram suspicionis ex hoc facto singi suspicabatur, quia ex conscientie puritate aliorum mentes metebatur. Conperiens conscientiæ mulieris quisquam, nefandam fore familiariatem ipsius cum Episcopo denotabat, denotata in vulgo disseminabat: et quoniam infamia dilatande jama linguis vulgi rescruta patuit, res latere Patricium ibatus non potuit. S. Patricius, si sic res se haberet, evidentius voluit experiri: convertit gressus ad habitaculum præfati Episcopi.

92. S. Mel melius arbitrabatur innocentium suum probare signo quam juramento; arans tellurem in quodam colle, pisces magnos et multos cepit ex uero in siccio, ipso etiam vidente Patricio. Taliter enim captos obtulit Sancto Dei, quasi pro miraculo, ut nulla suspicio remuneret in cordibus hoc videntium, dum tale signum fieri non solent ab incestuoso. Soror etiam S. Patricii, collectam vestem in gremio vivis carbombis impletavat, quos sufficienter portans, et exacti in conspectu fratris, absque ullo ustulationis aut lassiosigni, innoxiam se cœprobavat. S. Patricius innocentium signis tam evidenter probatam

Priuilegium
Enda filium
Cormacum
benedicit:

a
in uito cuncta-
tur: deuincere

S. Mel et S.
Lupita suspi-
cione
impura con-
uetudinis

F

Signo Crucis
petram schidit
in partes.

C
Maledictionem
que friends
cautabiliunt,

in lapides
declarat et
readit ut
omnes osium
inuaserit,

coram S.
Patricio par-
cant per
miracula.

D
AUCTORE
ZOCELINO

A batam approbans, illos mundos et immunes pronuntiavit: atamen, quod ipsis aliisque multis salubre foret, palam edicere curavit. In primis ergo Episcopum conveniens admonuit, ut in terra araret, in aqua vero piscaretur, ne tentare Dominum Deum suum videretur. Deinde ne gloriari presumeret in aliquo miraculo ex divina gratia in se patrato. Demique sanxivit Sanctus, ut a mulieribus viri sequerentur, et utrique sexui adficia, et oratoria distincta construeretur. Sic profecto, ut ait idem Patricius, nomen Dei per eos inter gentes, quibus illud prædicabant, non blasphemaretur; nec infirmis scandalis occasio ulla in casu tali, vel detrahendi materia tribueretur. Quod ergo S. Patricius edixit et statuit, observari facit.

93 Quadam vice S. Patricius quatuor Virgines stantes super lapidem unum velavit, consecravit, Sponsoque celesti desponsavit. Res autem apparuit mira et valde innusat. Virginum Deo dedicatarum lapidi duro impressa usque in praesens apparent vestigia; ut cunctis clarescat, quod benedicentis Patricii precatio sive prædicatio penetrare possit emolliendo pectora, etiam saxea. Datur nihilominus nobis hac in re intelligere, quod nundum contemnentes ob amorem Christi, debeant vias duras custodire;

B ut ad eum, cui se probaverunt possint pervenire. Vocatur locus in quo consecratae fuerunt *b* Tendnobi illis Domino servituri adficiabatur ecclesia, quæ permixtum hodie ad ius Metropolitanae Seldis in Ardmacchia. Venit S. Patricius causa transeundi ad quoddam prægrande humen, inter Midiam et Connectiam situm Synniam nomine; quod cunctis, exceptis navigantibus, semper fuit intransmeabile. Diu navigium quæsivit, nec invenit. Oravit igitur ad Dominum qui quondam in mari fecit viam, et in profundo semitam posuit: moxque in medio fluminis terra divino nutu elevata Sancto Dei sociisque illius transitum liberum fecit et præbuit. Ut autem ripam fluminis attigerunt, auriga Sancti defungitur; ibique adficiata est ecclesia, que ad ius Ardmacchanae Ecclesie spectare dignoscitur. In illo loco, ubi a magis inductas tenebras S. Patricius orando dimovit, extreta est ecclesia; in qua quendam de suis Clericis Aileum dictum, ad gradum Sacerdotalem, quatenus inibi ministraret, promovit. Ordinatus Presbyter conquestus est S. Patricius, quod sibi decessent necessaria Sacerdotali ministerio: Sanctus divinitus instructus, indicavit Presbytero quoddam altare inrandi operis, habens in quatuor calices vitreos, in specu subterraneo: et ne forte frangerentur, præcepit ei, cautius effondere, humunque egerere. Fecit Presbyter, sicut Præsul præcepit, et omnia sicut dixit reperit. A quibus autem personis illud altare factum fuerat, aut cum calicibus ibi repositum, nobis adhuc extat incongnitum. Quidam vero opinantur, omnia illa fuisse Palladii Episcopi sive sociorum ejus, quæ relicta sunt ibi post discessum ejus.

a Colgano videtur Brendanus irrepatse pro Mano, qui similem rem eglisse dicitur in Tripurita in favorem uxoris Corbel. Sed prophetam coenitatis plane diversa cur non de diversa persona fuisse credamus, maxime cum alii quoque circumstantie varientur? *b* Rectius et Integre scriberetur. Teg-na-mangam dominus puellarum.

CAPUT XII.

Alfonnia erecta: res in ea dioecesi gestæ. De SS. Episcopis Muni et Fiecho.

V isum est viro Dei in quodam campo ecclesiam adficare, in qua posset populum acquisitionis Deo aggregare: hujus rei gratia petivit a po-sessore fundi præparari sibi locum illum, reprobmittens illi portionem in terra viventium. Homo autem ille magis assuetus artibus promissam sibi pro nihilo habuit terram desiderabilem, quin potius pro pretio

postulans aurum, cujus nimis excedandam famam D sustinebat. Sanctus autem in praesenti respondit se non habere, sed totum, quod habuit, in ecclesiarum ædificia vel necessaria panperum expendisse. Sed cum homo precenti Pontifici nullatenus assentiret, ad effusoram enjus-dam porci, prece præliliata, perrexit; ibique tantum aurum, quantum exigebatur, inventum pro communione terra dedit. Erat et alter vienus, habens agrum illi terrae collimitantem quam comparavit, quem Sancius ecclesiæ præfatae conferri suppliciter flagitabat. Quo respondentem similia verbis prioris, iterum ivit ad effusoram porci, reperiisque aurum aequilibre priori, quod homini pro comparatione agri tribuit. Hoc jam tertio manifestavit S. Patricio Dominus in terra, porcorum naribus evicerata, semel pro sui redemptione, his in hoc loco pro ditanda dotandaque ecclesia. Postea posterior traxit Ono nomine, corde compunctus, aurum sancto Dei non solum reddidit, verum etiam dominum suum, prælia, et substantiam ad fundandam ecclesiam et ædificandam contulit. Locus autem Elfindi vocatur, in quo hodie Seiles Episcopalis habetur.

95 B. Patricius vero quendam discipulum suum nomine Asyrum, habitu actuque monachum, in Episcopum consecravit, et Ecclesie præfatae præficit: ipse vero admonente S. Patricio in ecclesia Seldis sua, collegium monachorum egregium introduxit, cui regendo jure Abbatis præfuit. Hic quadam vice, dum verum assertive dicere debuit, delinquentis lingue latrivo mendacium protulit. In se vero reversus, postea statuit seipsum contra faciem suam; ex magna penititudinis amaritudine elongavit se, et fugiens a facie hominum, mansit in solitudine; ibique septem annis degens, a nullo visus est homine. Monachus vero illus dum querentes eum; expleto septennio in cuiusdam concrevo vallis ipsum repererunt a loco extrahere ad ecclesiam suam, tamquam sponsum sponsæ sue in gremium reducere violenter voluerunt. Episcopus illis nullatenus acquievit, indignum se judicans ad officium Pontificale ulterius exercendum, de cuius ore mendacium processit spontaneum, quod sacri Canones desinunt esse sacrilegium in lingua Sacerdotum. Quia in re pensandum est, quantum penitere deheant in gravissima criminis lapsi de suis magnis excessibus, si tam stricte de solo mendacio penitent et satisficit iste Sanctus. O quanti corda gerunt ad peccato resistendum lutea, ad penitendum vero saxa! Multi namque homines flagitosi, scelerati, abominationes in vita sua (quod aliquis dolore diu non debet) animarum regimini seingerunt, et manibus inquinatis alienis sordes diluere appetunt, sumbus etiam mortalium criminum constricti ceteros ligatos solvere gliscunt; quorum desiderium undum divino iudicio adiungetur, multo peiores fiunt, quam antea huius noscuntur. Sed regemine namque constituti de sois propriis reatibus possunt penitere atque sati facere; in sede pastorali positi, de singulorum sibi i omniis serum excessibus tenentur rationem reddere. Quia ergo verba Sacerdotum aut vera sunt aut sacrilega, horrendum iudicium est illis Sacerdotibus ceterisque Praetiat. Ecclesie, quorum mendaciis assiduis aut perjuris inquinatur lingua. Haec quasi per digressum diximus, ut non solum flagitia et facinora, sed etiam mendacia, quam sunt vitiosa encomias Christiculis, et maxime Pastoribus animarum, ostenderemus. Nunc vero ad historias sacre seriem redemus. Monachi enim supradicti nolentes a S. Asyco separari, usque ad exitum vitae illius ibidem manserunt; eoque repulso, monasterium ædificantes illuc in sanctitate et justitia Domino servierunt. S. Patricius quod Spiritus sancto sibi revelante de utroque fratre didicit, utrique minime tacendum duxit

S. Assicus
ordinatus
Episcopus
Afinianus,

mira; contentio caput
et endacium
levi,

in exemplum
alii, maxime
Episcopis.

qui tamen
non inveni
a Clerico
sequitur-

Filius Deo
concessus
restringit
sollicita rato
impresu-

Terra elevata
in profundo
flumine facit
Patricio
trouandi
copiam.

modem indi-
cante altare ei
gauis r rafies
vires reperia
in specu.

Dubius vicibus
autem reper-
sum in forsa
Praet. d. I pro
leco ecclensi.

AUCTORE
JOCELINOProphetia
de Ono ejusque
fratre diversa.Discipulis
perchristianis
com. attus
Patriciustemporalem
vedata;iterumque
eos liberat
mari recedere
fusso:a quo et
cucullam
suam intactam
servari
mundat;

A duxit. Praedixit priori dominationem illius terrae illum cum semine suo in brevi amissurum, qui mammoma Christo, et sua petitioni praeposuit aurum. Juniori multa bona praedixit ab devotionem animi sui sibi eventura, et quod coadjuutor Regum in terra esset, optimusque Sacerdos Dei nascerentur ejus de stirpe sancta. Omnia illa que Sanctus propheticus protulit astato, nullatenus frustrata sunt ab electu.

96 Praedicalat quadam vice S. Patricius gentilibus, ipsosque instruendo et baptizando illo in loco demorabatur duabus. Bemignus autem Sancti discipulus aliquantulum feret moleste moram illam tantau illis in partibus, Sanctus autem dixit, se nolle de locis illis egredi, antequam ad se venirent de rematis partibus discipuli sui et alumni. Altera die cernebatur colum nigriscere, ventoque vehementi commoveri et concutti mare. S. Patricius vero obnubilata facie moestitia, sui secum manentibus indicavit, filios suos in Christo genitos, navigio tendentes gravamen ingens perperdi; sequi multum afflitis, et maxime pueri sui, filio Erculi, alumno ejus supradomino formidanti, dicebat compati. Asserentibus illis non posse navem ferre tantam tempestatem, vir

B sanctus instantis se convertit ad orationem. Intervallo mocheo facto, cunctus qui praesentes erant audiuntibus, impetravit ventis et mari, quatenus quiescerent a fervore suo in virtute Dei sui. O res stupenda et admiratissima digna! continuo cessavit ventus, silent fretum, pacabat procella, et tacta est tranquillitas magna. Eadem die memorati Fratres propere satis applicuerunt, et qualiter elementis prius in sui periculum versus, sed iniquitatem modo pacatis, potenteriam prece Patrii Patris sui sint experti, eorum cunctis retulerunt. Alto quoque tempore inde Fratres, gratia visitandi S. Patricium, viam carpulant itinere pedestri per arenosa loca littoria maximi, ut venirent ad ipsum. Cinque simul purgerent et incidentes sermocinarentur, ecce maris necessus illos circumelutus, spongue evadens adiens cunctis formidinem mortis incussit. S. Patricius vero divinitus eductus angustias adventantium agnoverit, agnoscimusque discipulis praesentibus indicans, so compati tribulatis dixit. Deinde prece premissa, praecepit patenti virtute verborum, in nomine Domini Dei sui rheumati mari, ut quantoeyus recederet, ac illis suis se visitantibus liberum transitum et quietum exhiberet. Othevit continuo mare voe viro Dei, et recessit: siue cetero ille Fratrum letabundus et laudans Deum ad Patricium pervenit, et super

C tanto miraculo mirato cunctorum audientium corda in laudem Dei, mirabilis in Sanctis suis operantis, resolvit.

97 Quodam tempore, navigatione necessaria completa, S. Patricius cum suis viris religiosis applicuerit, et egressus ad aridam fortunata casu cencellam suam in littore rohquit. Appulsa Sancti, sedentes de celestibus ad invicem confluenter, et mutuo collationis consultatione seso retecerunt: mare vero more solito, insrendens arene superficie coopernit, et ut Prasalus cencellam uid se traheret, et asportaret, prope fuit. Hoe Sanctus intuens, intorlxit mari rheumati, ne tangaret aut tolleret illam, in ejus nomine, qui potestatum habet in eodo et in terra, in mari et in omnibus abyssis. Res mirabilis mari profluvium amplecto totum locum, consumat et spatium occupavit: solum locum illum, in quo cencella continebatur, intactum duxit. Post freti autem refluum recessum, deferri sibi cencellam fecit, omenque qui aderant signum illud in Dei laudem et Patricii venerationem excitavit. De cetero cuncti promptiores ad obedientiam illi fuerint, qui matuta elementum ejus imperio ultratempore complexerint. Quandam vice, cum S.

Patricius consecrasset duas Virgines in campo sito D in finibus Cregri, quoddam velum destinatum colitus decidit in gremio Patricii: quod Sanctus suscipiens summa cum devotione, Virginis consecratae posterius illud obtulit: sed illa tali munere, tam sancto euangelio indignam se judicans, sancto Antistiti dixit: Quoniam istud datum optimum, domumque perfectum descendens a Patre luminum, mihi peccatri miasum non est, congruum arbitror ut ipse habeas, cui delatum aut conferas. alteri, qua me melior est. Apud hunc Sanctus Virginis humiliatus: imposuit velum illud illius capiti, precipiens ut illud gestaret jugiter, donec introduceretur in thalamum sponsi sui. Virgo praecepto Pontificis acquievit, sancteque vivens sanctissimo fine in Domino requievit.

98 S. Patricius sancta consuetudine ductus, quemdam leprosum secum detinebat, cui cun magna devotione cuncta pro Christo necessaria ministrabat; pleca manibus propriis lavit, utrumque ipsius hominem, competenti cunctibz cibo reficere consuevit. Leprosus enim corporali sospitate penitus perdita, saluti animae omnibus modis invigilare studuit, orationi jugiter incubere, in omnibus agere semper Deo gratias. Cum autem leprae squallore succisis, setorem communantibus ingereret; timuit ne ceteris esset horro, acclamet humiliiter a consortio certorum secessit, et in quadam arbore concava fortuito inventa solitarius secum habitavit. Dum enim solus sedaret, intuebas quendam prætereunte, illum ad se accersivit, et cujus esset professionis inquisivit. Qui respondente Christianum res esse; precabatur virum, ut ob ejus amorem, in quem credit, non pigritaret ad proximum accedere juncosum locum, et de juncis ibidem radicibus evulsis efficeret sibi fasciculum. Ad petentis igitur, vel potius adjurantis vocem pergens ad locum homo, junco extirpavit, et confestim perpicuus fons erupt: fascem autem de junco ad leprosum attulit, et de novi fontis scaturigine, quod accedit, retulit. Ille gratias et laudes Deo reddidit, deinde homini dixit: Noveris, frater carissime, quod Dominus noster Jesus Christus haec te adduxit, ut in fonte illius aqua corpus meum alduas, et in eo loco sepelias. His dictis oculos ac manus in colum levans, expiravit: corpusque illius perfusus vir in fonte diluit, nullumque leproje vestigium in eo videns, sed sanissimum reperitum ibidem sepulture tradidit et dissecessit. Evolutis aliquantis diebus S. Munis, multarum Reliquiarum Sanctorum devotus bajulus, de Roma revertebatur, et necessitate coactus in loco praedicto de nocte morabatur. Sub noctis autem silentio vidit lucem magnam circumfundere locum istum, et Angelos psalentes audivit excubias agere usque mane circa tumulati sepulcrum. a Haec omnia narravit ille S. Patricio, dicens se velle amovere corpus illud sanctum a loco illo deserto. S. Patricius prohibuit hoc fieri, praedicens ibidem habitaturum quendam filium vite, nondum natum Kieranum nomine, qui locum illum repleret praelario Sanctorum agmine, et corpus illud sanctum multo sublunaret honore. Quod enim praedixit, processu temporis evenit: est enim locus ille inter Midiam et Connactiam, in quo sua est civitas Cluanensis, in qua habetur hodie Sedes Episcopalis.

99 S. Munus memoratus de Roma reversus, ex itineris longi fatigione fastidius usum ulterius iterum, precalatur S. Patricium, ut, sicut fratres suis ecclesiis habentibus requiem providit, sic sibi procuraret locum habitationis contemplationi congruum. Sanctus igitur Patricius illum, licet interno quietis dilectorem, saluti tamen plurimorum profuturum sciens, obtulit illi locum aptum et optimum, dicens: Ecce collis, ecce vallis; edifica et inhabita, ubi

Velum celitus
n. usum
Virgina se
consecrat
imponit,

te prot viva

el mors pda
miraculo
honorata :corpus
revelatum,
iterumque

F

In gratia m
s. Munis
zur quell
tumulus

A ubi gratius videatur oculis tuis : illud autem seito, quod si in valle babitaveris, plures ad Dominum animas perdere possis : si autem in colle manseris panores acquires, ob vanitates et avaritiae orulas obiciendas, et alias caussas easusque quamplures. Praemonitus et praemunitus Munis a Spiritu sancto, respondisse fertur S. Patricio : Non conqueror de colle seu de valle ; sed de stagno proximio ; quoniam in hi regalis existat habitatio : crebea namque alicorum aliorumque secularium frequentatio fiet mihi molesta, mentisque meae sabbato ingerent impediuntia. Confirmans illum S. Patricius asseruit, facile fore Deo huic molestiae mederi ; recedensque paullulum preces devotas et efficaces effidit in conspectu Dei. Nocte igitur sequenti, stagnum illud cum habitaculis et habitatis in eo tam remote transluit Dominus, ut nullam molestiam aut gravamen inde sustineret servus ejus Sanctus enim Munis manens illic ecclesiam extruxit, cui S. Patricius de Reliquis Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli et aliorum Sanctorum perplurimum, ac insignia quedam ad ecclesiasticum ministerium necessaria dedit. Ipse postea, licet invitus, virtutibus clarescentibus, ad officium Pontificale promotus fastigium, signis etiam coruscans multis, migravit tandem ad Dominum.

100 Fuit quidam juvenis bene morigeratus, ingenio subtilis, eloquentia floridus, forma speciosus Fiechus nomine, discipulus Dubilitachi poeta. Hic ante paucos annos duxit in matrimonium quamdam puellam, quae jam recenter obierat, de qua et unum filium suscepserat. Hunc S. Patricius cum magistro suo praeponitato conviantem obivium habuit, et in momento et ictu oculi, Spiritu revelante, ipsius conscientiam agnoscentis eorum cunctis dixit : Ecco vir unus uxoris tantum, qui secundum Apostolum digne promoveri poterit in Sacerdotium et etiam Pontificatum. Cepit igitur fidei rationem ipsi expondere, atque ut baptismum susciperet, admonere. Mirabatur juvenis in verbis gratiae, quae procedebant de ore S. Patricii, et maxime quia tam cito potuit ab ipso penetrari secretum ejus, ac vita dignosciri. Credens igitur suscepit baptismum, et prins renidente diu magistro, sed postmodum annente, discipulatu sancti Pontificis se contulit. Sanctus autem illum benedixit, et Alphabetum manu sua scriptum tradidit ei. Ipse vero benedictione S. Patricii potitus, in una die Psalterium didicit, et infra breve temporis spatium inspirante Spiritu sapientie et intellectus, sacras Scripturas sufficienter intellexit. Nulla namque ad discendum mora est, ubi Spiritus sanctus Doctor adest. S. Patricius ad Ecclesiasticos gradus illum promovit, et in singulis dignae ministrantibus, tandem Episcopum consecratum Sleptensi Ecclesias praeferit. Ipse vero vita, doctrina, miraculis conspicuus apparuit, et Angelico eductus oraculo, suscipiens habitum monachalem, in episcopali Sede coenobium monachorum egregium aedificavit.

101 B. Patricius S. Fiecho quenamcum curru duxit destinandum, eo quod infirmitate gravatus itinere pedestri non potuit diocesim suam visitare, atque Pontificis officium exercere : attenuatus enim erat abstinentia nimia, insuperet in eoxa fistula laborabat molestia. Cernens hoc S. Secundinus, humanae quid passus, ægre tulit, currumque sibi justus quam illi dandum asseruit. Pater pius molestatum illum intelligens, illi satisfacere sategit potus signo quam seruante, dicens : Non graveris, frater carissime, super manusculo confratri et Coepiscopo nostro dando, ne detur occasio nos sugillandi diabolum : quia plus frater ille, quam quilibet nostrum indiget velletulo. Sed nostro ne videamus errasse jnchieo, hujus rei discussio examini relinquatur Angelico. An-

gelus enim apparens utrique ad precem S. Patricii, D suppositis equis currum jungi, et absque auriga dimitti jussit, et apud quemicumque substititissent et mansisset equi veredarii, currum ei conferendum censuit. Factum est autem ut Angelus imperavit, currumque Sanctus jungi fecit : equi vero nemine regente per loca invia et itinera distorta, primo ad habitaculum ipsius Secundini vespere devenerunt, disjunctaque ad pascui dimissi fuerunt. Facto autem mane, nemine jungente, currui subjugati sunt, similique modo ad alterius Sancti mansionem pertinentes, ibidem pernoctaverunt. Tertio tandem die versus S. Fiechum appropinquaveront et steterunt, et quod ad ipsum destinati fuerant, evidenter intellexerunt. Non tamen Sanctus ille voluit currum illius ascendere, antequam Angelus ipsum certificaret de missis sibi munere. Alia vice hoc itidem miraculum eodem modo est iteratum de duabus equis a S. Patricio ipsi S. Fiecho destinatis, curruique ipsius subjungandis.

102 Angelus alia vice præcepit præfato Fiecho trans flumen adficere monasterium, singulis officiis proprium et congruum assignans locum : ubi sibi aper apparuit, refectorium ; et ubi cernebat cervus, illuc extruere jussit oratorium. Responsum Sanctus Angelo, se nullatenus tale quid inhecatrum, nisi S. Patricius Pater et Pastor suis adveniens approbaret opus injunctum. Non displicuit verlame Angelo Domini, quia scivit in ipso affectum dilectionis et obedientiae, quam habuit in Christo erga virum Dei. Transactis igitur aliquantis diebus, Angelo monente, Patricius Fiecho sui præsentiam exhibuit, et in illo loco qui dicitur Forrach extruxerunt cœnobium juxta exemplar, quod Angelus illis præstendit. Ipse vero S. Fiechus in hoc monasterio Abbatis vice præfuit, et Episcopale nihilominus officium plene in diœcesi sua exercuit. Consuevit idem Antistes singulis annis in capite jejuniū de cœnobia solus egredi, allatisque quinque panibus hordeaceis, cineribus mixtis, secum ad sni sustentationem, in secretiore cœno toto illo saecro tempore demorari. In Dominica vero Palmarum, aut aliquoties in Cœna Domini, solebat ad officium peragendum sumi, ad sua reverti, serum adhinc dimidium panis unius habens incomestum. Sexaginta etiam Santos ad Deum præmisit; quos ipse sequens, Slepti sepultus fuit. Filius autem ejus superius memoratus, scientia, et sanctitate patrissavit; et alibi gradum episcopalem sortitus, in Domino requievit.

a Forte quod de reliquis a S. Miane in cavo arboris reliktis alba dicatur, non nisi de hugis leprosi corpore intritigendum est, hoc ulti ad reliquias Roma attulit hoc trautulerat.

CAPUT XIII.

Patricio resistentes severe castigantur.

Sanctissimo Patricio, prædicationi divini verbi viviter insistenti, quidam viri armati de Calregia occurrerunt, ipsumque Angelum pacis violenter de filiis suis expulerunt. Vir autem Dei quod de illis in spiritu vidit, tacendum minime judicavit: Quia, inquit, contra inermem arma tulistis, et annuntiantem vobis pacem, prædicantem salutem, a finibus vestris effugatis, vos et semen vestrum in die bellis terga dabitis. Illi autem hoc audientes a facie gladii oris ejus valde timuerunt, et super temeritate sua penitentes, Ilexis geminis ante Sanctum Dei lucernosis precibus omnes, exceptis quinque, indulgeri sibi petiverunt. Sanctus parumper serum liberabat, iterumque ad illos verbo præsingo dicebat: Stabit verbum fixum, quod Spiritu sancto dictante de vobis et semine vestro de ore meo est egressum: attamen quoniam ex corde pornitistis, licet in fugam conversi fueritis, non ultra quinque numerum in alieojus

SECTORE
JOCELINO
erat abque
dictore iridui
via perdancis

stagnum alio
transferti
Patricius:

S. Fiechus
baptizatus

I. Tom. 3, 2

deinde
Episcopum
Sleptensem
admittit.

III. de finis-
tum curru

dem
prescriptum
ab Angelo
cœnobium

non nisi
assentiente
P. Irictio
fundere
præsumit

mitaque
abstinentia
clarci.

S. Patricius
de Calregis
prophetat;

AUCTORIS
JOCERINOvenenatos
casos
convertiti
in lapides :irridantes
sthi quinqua
ginti
destrigiti;foveas insidiae
Instructus
Illi sunt
perfruunt;et familiis
erga se
menefici e bene-
dicti;

Job. 27, 20

obsoletibus
nomen ubi
natale dicit.

A alienjns discrimine pœli occurrerent ex vobis. Hoc S. Patricii vaticinium narrant Hibernie crebris experimentis esse completum.

104 Quidam pessimi et maligni degentes in terra Ferrois vitam S. Patricii molientes extinguerent, recentes casus veneno insectos obtulerunt illi, quasi pro benedictione. Quos sibi Sancti oblatos benedixit, et statim in admirationem multorum, et Deilandationem ac suinet venerationem, atque veneficorum iguominiam in lapides convertit. Marent usque in præsens isti lapides in loco patrati miraculi, et Patricii meritum praedicant etiam muti, quia sic motati. Idem vero venefici, sua machinamenta videntes ad Sancti profecisse gloriam, et suam confusione, alunaverunt ex suis quinquaginta viris armatis, ad sanguinis justi effusionem. Conglobati ergo adversus Pontificem, ingressi sunt vadum eisdem fluvii, secus cuius ripam itinerans in occursum illorum adveniebat vir Dei: quorum vultus ut vidit, eorum cogitationes intellexit, et elevans sinistram manum contra illos, clara voce dixit: Non vos ad nos venietis, nec ad vestros revertentimi; sed in aqua ista cadavera vestra manebunt usque ad diem judicii. Juxta verbum autem viri Dei sententiantis,

B statim submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus: nec usque adhuc illorum corpora, licet multum diuina quoq[ue]ta, inventa sunt a viventibus. Hoc egit ex censura divina aqua in isto quinquagenario conspirante in necem S. Patricii, quod ignis celestis in duobus superbris quinquagenerariis a Rege Achab missis ad Heliam Prophetam. Lorus enim, quo aqua sunt sufficiati, vocatur vadum submersum usque in hunc diem.

105 Quidam tenebrarum filii in campo Liffe valculo, fecerunt foveas præfundas per loca varia publica semita, quas opererunt rurum culis, et viridi cespite, ut Sanctus itinerans in eas improvise incidere. Quidam vero puella preparatas insidias intellexit, quas viro Dei, quatenus se evane cayendo evanodiret ab illis, indicare curavit. Sanctus in Domino confidens, jussit suis equos ascendere, dataque benedictione pertransit cum suis inoffenso pede. Fragilis namque herba atque tenuis, quasi terra solidata, equitanus supra se sustentabat: quia sacer equitatus ille, in cordibus et corporibus suis omnia portantem portabat. Destinavit deinde Dei Sacerdos præstatutam pœllam ad ipsius patrem, ut illum adduceret ad sui præsentiam ob percipiendum animam salutem. Fuit virgo ut Sanctus imperavit, patremque suum in conspectu ejus præsentavit. Sancto vero prædicente verbum Dei, homo creditit, ipsunque, cum deinceps filii ut tribus filiis, Patricius baptizavit: baptizatus vero Virgines, velamine sacro tradito, Domino consecravit: et ex filiis ejus quinque fore felices florentesque in seculo, et alios quinque prius in clericis gradu, postea in habitu monachalium sancte virtutis ac defuncturos ore præsugo promulgarunt. Predixit etiam illis, qui foveas insidiosas sibi ac suis paraverant, quod ipsi et semini eorum vitam sustentando transigerent, in terra jugiter effodiendo, et eos secundum Scripturam apprehenderet, velut aqua, inopia. Haec autem omnia, quæ Sanctus predixit, rerum eventus probavit.

106 Venit S. Patricius ad pagum quemdam infra insulam Inchien, et invento locum construendae ecclesie idoneum; quoniam cum inchiosset, multitudine rusticorum de pago prorupit, et opus incepit impeditivit. Sanctus autem replete spiritu propheticæ predixit illis veridica vox: Quoniam milii, ne possim adhuc redendum Domino Pro mea, impedimento et obsecuta estis, fumus non egredietur de dominis generationis vestras in isto loco consummatis. Hoc autem S. Patricii dictum oculata fides usque in præ-

sens probat esse verissimum. Multi enim multoties D coparent domos ædificare illic, sed ob ingruentes importunitates numquam illas potuerunt consummare. Quidam pravis atque perversus, potens in iniuriam, Oengus dictus, S. Patricium ecclesiam ædificare volenter in loco congruo, prohibendo impedivit: cui S. Patricius jurans per iudicem suum, imo prophetans dixit: Erit in brevi domus tua destruta, et substantia tua dissipata, filii quoque tui ex profani lumbris tuis egressi, ex majori parte sese mutuo fratricidio fœdabant: ceteri superstites numquam alij dignitas seu potestatis fœtigium obtinebant; sed usque ad diem mortis sue vagi et profugi super terram erunt. Hoc autem S. Patricii præsagium completum, descriptæ miseræ viro prædicto filiisque illius inflicte probavit experimentum.

107 Præpotens quidam in alio loco proprio, cum ecclesiam ædificandam prædiis et possessionibus loquletaret: cui regende quendam de suis aptum ad incrandas animas S. Patricius præponere volebat; resistebat homo dicens, se de suis Clericis habere, quem ecclesie sua volunt præficere. Sanctus indignum ducens ad præsens pro hac re contemptiose agere, recessit ab humine. In crastinum adduxit hominem ad S. Patricium filium suum, volens ut illum consecraret in Episcopum, ei ecclesie præficiendum: et quia Sanctus a suis avulsus, in locis secretioribus orationibus et studiis intendebat, divertens homo ab eo, duos Episcopos ex discipulis Sancti alibi constitutos adiit, et super consecratione filii sui convenit. Unus vero illorum hominis petitioni non acquiescens, nil tale sine consensu vel præcepto S. Patricii se velle attentare respondit: sed alter seu prece seu pretio præstrictus, quod petebatur facere præsumpsit. Quo comperto, S. Patricius præsumptorem plectens percussoe penitentie satis asperæ, predixit etiam illum penuriam panis per perserratum omni tempore vitae sua. Asseruit etiam Episcopum taliter consecratum depositione dignum et despiciabilem, et Ecclesian ejus pauperium fore, ita ut a duobus hominibus sibi vim inferentibus, se non posset defendere. Quod ergo Sanctus predixit, irrevocabiliter evenit. Quia in re sapiens quisque comonetur, ne cœcatus auditione simile quiddam attentare præsumat.

108 Quidam cœitate diuina damnatus, Domhnaldus dictus, audiens prætereunt S. Patricium, illi se præbuit obvium, confidens per illum se lumen desideratum adepturum: et quia palpebra non præcelebant gressus ejus, nec lumen oculorum erat secum, currens et occursens cœdebat: resurgebat, autem nec fuit, qui ad manum traheret illum. Cernens illum quidam Clericus de comitatu S. Patricii corruisse, risit et derisit infortunium cœdantis eaci. Quod factum comperiens S. Patricius indignus fuit, et ne quis in discipulata ejus tale quid amplius præsumeret, ejus recordum verbo vindictaque verbere roreens, dixit: Amendio tibi, quia in nomine Dei n[ost]ri Iohannis hominis oculi caligine clausi aperientur, tuique obtutus aperti ad malum, concitantes cachinnium, cœcitate cœlantur. Ille dicens impresso signo Crucis, a cœco tenebras absterret, et male videntiœ cœcitatem incusit. Quo in facto illud sacrae Scriptura Salvatoris ore predatum æmpliatur. Illi non videntes videant, et qui vident cœci fiant. Eodem etiam die, divina virtute tres claudos opem flagitantes erexit, et juxta Propheticum vaticinum, sicut cervos exilentes, et exultantes ad currendam viam illos effecit.

109 Malefici numero novem S. Patricio præconi vita mortem machinantes, monachos ministrosque justitiae sese simulaverunt, et ut Sanctum in habitu consimili constitutum facilius possent de medio tollere

4 pera
præficio
Ep scopi
præsumptio
consecratio
consecratio, E

Dornald
œculari
clericum
tristis
translatio,

Joan. 9

159 33

Mati n' orum
Patriciu
work-nantes
runcty:

A lere, candidas cucullas induerunt. Imitati sunt nimurum tenebrarum Princepem, praecipitorem suum Angelum Sathanam, qui se transfiguravit in Angelum lucis, cui frequenter in actibus et artibus suis exhibuerunt obsequium servitutis. Perpendens vir illustris amicus sancti Præsulis Enda vocatus, insidias impiorum, ubi Sancti defensionem filium suum, nomine Conallum, immiscerit maledicis; illi præcipiens ut illorum cassaret comatum, et a viro Dei arveret accessum. Filius autem fecit quod pater injunxit; et inter filios noctis filius lucis stetit. Agnitus denique S. Patricius divinitus eductus curvus sub pennis columbae, Iuposque latitantes sub ovium vellere; sub eneulis sicas ad latum dependere; sciebat nibilominus Æthiopem unitate non posse pellem suam, quamvis hyssos contractum; nec magos illos velle deserere malitiam immedulatam, etsi cucullis candidatam. Prins ergo signo Crucis, undique se munivit, ne illic contra inimicos Crucis Christi opposuit. Mirataque modo ignis de cœlo descendens, in conspectu omnium maleficos consumpsit: stantem Conallum inter illos tam indinem a fæsione ignis, quam immunitum a pravitatis consenso reliquit. Crux ergo Christi sicut pùs et fidelibus ad salutem fuit protectionis, sic impialis idololatriis ad perditionem extitit iudicialis punitus. Postea signaculum Crucis homo sanctus ibidem impressit, fuitemque perspicuum et salutiferum ex terra produxit. Edificavit etiam ecclesiam in loco miraculi per trucem patrati, que voratur usque hodie Crux Patricii.

B 110 Alia vice magus alter, sed a molestia non alteratus, de astenu profani vulgi ad sarcinum aggregati volo e constringens ad sacrilegium perpetrandum, consurrexit in interitum S. Patricii, Sanctus autem ante accessum pertinens exercitabilem magum erecta sinistra manu, maleficio maledixit in nomine Domini: et ille confestim igne cœlitus missio, in oculis omnium combustus, instar priorum novem interiit. Vulgus vero quod ad spectaculum mortis sancti Præsulis convenerat, timens exitio pari se peritum, beneficio fugie vel divine potius permisso pletatis, evasit. Cum S. Patricius die quadam accelerasset iter ad ministerium consuetae prædicationis cum summa instantia, rota currus, cui insidelabat, in duas partes inveniebatur contracta. Ad silvam igitur vicinam curritur, ligumnapsum, visu congruum aestimatione succeditur, dolatur, rotæ reparandie adaptatur, attamen cassio labore diu desudatur, quia rota, sicut prius, dissoluta videbatur et contracta. Hervum autem atque iterum rheo restauratio attentatur, sed fractura continuo, ac si colitus configisset, renovatur. Vir ergo Dei injusmodi easum non sine causa contigisse intellexit, ne diligenter de silva, que velenuses et inquirens, illam consecratam esse illis, uno diemus et referentibus agnivit. Sanctus secretorum divinorum censens, concorsque celestis sententiae, levata leva maledixit silva prafata. Omnia! Lucas ille totus instar Evangelicae fulvitas contractim aruit: nec ulterus uero arbustum aptum alterius utilitas usui vel operi, quam igni prout.

C 111 Regulus quidam et populus ejus in loco, qui Na-Dese dicitur, depens infra fines Munonis, constituerunt diem atque horam, qua convenire deberent, et super ecclæ-iis fundamis tractare ante S. Patricii presentiam. Venerabilis S. Patricius juxta constitutum ad locum et diem præfixum, totaque die usque ad vesperam expectavit, nec aliquis, vel satem responsalis, comparuit. Tali modo multis vicibus homines illi deluserunt virum Dei. Spiritus enim sanctus inhabitator Patricii non cedavit hominibus illis per os ejus stipendum contumacem tamæ: sed quadam vice vespere venientibus ad se dixit aperte:

Quoniam non solum mihi, sed Spiritui sancto toties illisistis, convenientia negotia nec vos nec semen vestrum post vos in generationes seculorum, ante vesperum in loco isto perficietis. Et sicut proverbialiter vox vulgi dicitur, hoc dictum a S. Patricio in hominibus illius vei usque in praesens subimpletur. Nam si summo mane ad aliqua præcipue agenda convenient, ante vesperam illa nunquam consummant.

112 Erat quidam perversus de Momone Magnatibus, Cearbhalhus nomine, qui semper impedimento fuit S. Patricio, ne posset ecclesiam extrinsecum in traditionis sue: erat enim quoddam stagnum pulchrum visu aspectuque delectabile non longe a mansione sua positum: sed mons magnus et altus interpositus sui objectu omne abstulit ab oculis ejus de illo proveniens oblectamentum. Iustitit Sanctus ecclesiam fundandam et edificandam exhortans et observans: restitut homo negans diutius. Quandam tandem vice homo ille nequam, versuto responso circumscrivere volens petentem Patricium, dixit ad illum: Si transtuleris in nomine Domini Dei tui montem istum de loco isto, ut satietur oculus meus super visu stagni desiderati libera contemplatione. Ficet tibi ecclesiam in loco, quo gratum duxeris, et adificare. Hor ideco petit, quia illud omnino impossibile fore credidit. Sanctus vero fusa oratione, levavit oculos fidei et dilectionis ad montem præparatum et elevatum in vertice inmontium: moxque mons ille humiliatus et absorptus a terra, exhibita planicie, præbuit homini liberam facultatem videndi stagnum. Cum vero S. Patricius inchoasset adificare, induitus homo, ne consummaret posset, prohibuit: quoniam illi adificandam ecclesiam exharredari se, atque de terra illa expelli formidans, trepidavit, ubi timor non fuit. Sanctus rursus oravit ad Dominum: et mons exerevit in præsence celitulinis statim. Predecepsit autem illum in brevi dominatum terræ illius amissurum, nullumque de stirpe illius Magnatum aut Episcopum futurum. Consequenter impliebatur vaticinum verbum sanctissimi Præsulis: quia sicut oculus ejus arcebatur a visione stagni, obstaculo montis; sic vita ejus finiebatur exitu mortis. Pessimus quidam tyrannus, Enchodus nomine, in finibus Ulydie regnabat: qui duas sanctas Virginem, quia conjungim sprevabant, ferrovinctas aquis immergi et praefocari præcepit, Patriciumque pro eis precentem contempsit. Qua de causa Sanctus sententia maledictionis mulcetavit illum, predixitque nullum de semine suo post se regnaturum, sed regnum potius ad juniores germanum ejus, vocabulo Carellum, transferendum. Coniug autem excommunicati prægnans, necessit ad S. Patricium, obmæ beneficii se petens ab eo una cum prole, quam gestabat in utero. S. Patricius atrumque benedixit, ipsamque parituram problem sanctissimum, enjus esset exitus ambigens, et investigalilis turribus, ore propheticò predixit. Poperit mulier filium, quem vocari fecerunt Dovengardus. Iste enim fuit sanctitate clarissimus as signis; de quonulta et magna mirabilia referuntur ab Hiberniis. Porro Enchodus in brevi cum regno vitam amisit, nullusque de semine ipsum ei successit, sed frater ejus præsens, et semen illius juxta verbum S. Patricii, per multa tempora Ulydie regnum possedit.

CAPUT XIV. Patricianæ imprecationis efficacia: Sanctitus quorundam discipulorum.

S sanctus Patricius in loco, qui dicitur Achadhlu- fena in pletas et humilias bennate t-nem bluir ecclesiam fundavit et construxit, collatisque illi possessionibus dotavit: huic etiam quendam discipulorum

*Lucas dix
sacer euenit
ad maledic
tum Sancti.*

*Deuorum
in coribus
relinquendo
recordia
cognoscere.*

*It
MOTORE
TELELINO*

*gens alius
reducens in
præsente n.*

*saxa altitudo
mea restitu
tur.*

*regnum
elicit in
alterius
formam
transferendum
e.*

*e. Dovengard
ortus
predicetur.*

*fena in pletas
et humilias
bennate t-nem
reservat*

AUCTOR
JOCELINO

Acipulorum snorum, nomine Senachuni regendie praeficiens, in Episcopum consecravit; quem ob cordis innocentiam, Agnum Dei vocavit. Consecratus autem postulavit a S. Patricio, ut obtentu precum sularum impetrare satageret a Domino, quatenus se sub gradu suscepto illorum custodiret a totius peccati criminalis commisso: ad eum nihilominus suppliciter extitit, ut Ecclesia cui ministraret, non vocaretur a nomine suo, sicut moris erat multis in locis populo Hibernico. Hoc enim fecit ille ob magnam humilitatis custodiā, et vanam gloriam, quae solet esse tinea virtutum, evitandam. Sanctus igitur Patricius sentiens de Domino in bonitate, Senachus in simplicitate corulis illum et quae illius sunt querentia, a Domino comprehendere postulata prouisit: ipsum, et propriae ejus benedicē, phares Sacerdotis, et optimos Sacerdotes ex illa processus fore prophētando prædictit. Senachus autem in magna sanctitate Sancto Saeculorum servivit; sigisque et virtutibus clarus, in caeleste sanctuarium feliciter introiit.

B114 Cum transiret S. Patricius, iter agens cum suis per silvam quondam in Muslorna, reperit quosdam servos cedentes ligna (erant enim sub jugo crudelissimi domini, vocabulo Trenie, dira duraque servitute depresso) et secubibus obtusis quercus durissimas secabant, nec cotes, vel alium auctorium habebant. Unde factum est ut viribus defientibus brachia obrigicerent, namque, eute detracta humiliatis carnis, usque ad nervos nudaque apparet, ipsique quandoque magis mortem quam vitam eligerent. Quos vir Dei, mox ut vidit, misericordia motus super illos, tangendo, manus illorum et brachia et ferramenta benedixit. Ad tactum igitur et verbum benevolentis vires illis omnibus reparantur, brachia et manib; plenaria sanitas restituatur: ferramenta præcauta sentebantur; durissima robora, quasi tenerima virgulta, sine ullo gravamine secabantur. Hoc signum continuum per everalat in illis quadusque S. Patricius miraculose libertatem requireret eis.

C115 Pius Pater Patricius predictorum servorum dominum, in tortorem, super illorum manummissione cerebro convenerat, ilunque procarem et inexorabilē invenit. Sanctus Patricius ad solita confugiens arma, triduoje jejunio cum orationibus perfecto, ad hominem pro libertate, in liberacione servis conferenda, satis humiliter deprecatus accessit, novumque Pharaonem in illo reperit. Sanctus igitur Patricius spumaclum super lapulem eoram illis forte jacente proiecīt; qui mox ad insinuandam, in consitudinam et confundendam cordis illius duritatem, in tres partes divisus in oculis praesentem crepuit: sed induratus homo, unde debuit emolliri, durior effectus, currū ascendit sprotoque precente Patricio recedens, priusatos servos operibus gravioribus affligi præcepit. Dominus autem sui novi Moysis, videlicet Patricius, contemptum non siens transire inultum, modo quo quondam in Pharaone et ejus exercitum, eodem et nunc vindicavit in servi sui contemptorum temerarium. Equi namque jugales currū suppositi, facte inquietu precipites in stagnum quoddam proximum sese dederunt, curruque et ascensore ejus aquis submersum præfucaverunt. Submerso autem atque subverso viro Belial, S. Patricius absque illa contradictione afflictos, de domo servitutis reditos, liberavit, liberatosque libertati diu desiderata donavit.

D116 B. Patricius in loco satis amoeni et apto, qui Lugh dicitur, ecclesiam edificare præposuit. Sed Angelus sibi apparenz, ut a coptis desisteret, imperavit ei dicens: Advenit in instanti quidam famulus Domini nomine Motheus de Britannia, qui patruui parentisque despersus pro Domino Hiberniam

petuit peregrinandi gratia. Ille locum istum edificabit et inhabitabit, diesque suos isthie in bono consummabit. Olimperans Angelo Sanctus Dei, ad Orientalem plagam loci divertit: ibique locum Dominum, tabernaculum Deo Jacob, ipsius S. Patricii nomine adhuc insignitum, erexit. Motheus autem magno virtutis vir, veniens ad locum, oratorium et ceteras officinas sibi competentes construxit, vitamque virtutibus plenam ibidem degens duxit. Sanctus vero Patricius cerebro consuevit illum invisere, atque de his que ad Deum spectant, cum illo conferre. Quodam enim vice consendentibus illis et de Deo sermocinantibus, epistolam legendam porrexit apparetis Angelus: quam acceptam legens Patricius, invenit in ea quoddam contineri commonitorium ino præceptorium, sibi specialiter directum, injungens quod locum quem edificaverat, Motheo cum omnibus pertinentiis ejus plenarie conferret, et quod ipse in Ardmacchia suam Sedeum Cathedram constitueret deberet. Fecit ergo gratauerat Patricius, quod Angelus, ino Dominus per Angelum, mandauit, rat, conferens S. Motheo cuncta, que ille possibiliter. Duodecim etiam leprosus, quibus pro Christo ministrabat, præfato viro Dei commendans recessit: et Mothens cuncta suscipiens, curam et custodiā omnium illorum egit.

A exhibent. Ipse etiam Sanctus in regressu suo aliquantis per in Britannia propria patria moratus, monasteria multa fundavit, atque a Paganis destructa reparavit: monachorum saeris conventibus secundum formam religionis, quae eis praefixit, annuntiatis ea replevit: multa etiam adversa et prospera, quae ventura erant Britanniae, spiritu et ore predicitio pronuntiavit; Beati etiam David utero materno inclusi sanctitatem prouidit et praedixit. Extant vero rura et oppida, quorum quia indigena Sanctum itinerantem, ne pernoctare apud eos posset, violenter ejecerunt; posterius usque in praesens prosperari illis in locis, seu locupletari non poterunt, sed semper alienigenae et extranei divitis atque dominio illis praeponi consuecant. Loca autem memorata, in quibus Sanctus expulsus a pessimis, pernoctans hospitatur, quae parva paucave arbusta ante protulerunt, benedictione tanti hospitis silvescere, ac tanta virgultorum copia fructificare videntur, quod succeditum mambis destrui penitus non possunt. In fluminibus quoque, ubi Sancto, seiscitanti de vadi certitudine, delusores pessimi mente ac voce subdola illis abyssum pro vado ostenderunt; mox data benedictione transuersi immunis, illam abyssum vertit in vadum; vadumque antea cunctis pervium, deinceps intransmeabilem fecit abyssum.

B 147 Benedictus Patricius, itinere longo de regione longinqua peracto, praesentia sua suos exhilarabat, et triginta Episcopos ex transmarinis partibus congregatos et a se consecratos, in Dominicam messem (eo quod esset multa, et operarii pauci) destinabat. Cepit igitur Episcoporum Synodos sanctas stipias congregate, Concilia solenniter celebrare, et quod fidei Catholice comperit contrarium ecclesiasticis institutis aduersus evellere et destruere: et quod Christianae legi, quod justitiae, quod sacris Canonibus consonum, moribusque optimis consentaneum erat, studuit plantare et aedificare. Innumeris interius miraculis quotidie coruscabat, et quae ore docuit aut constituit, sequentibus signis observanda confirmabat. Inter quae quoddam opus fecit, unde omnes merito admirantur; ex cuius beneficio universi illius insulae incolae usque in seculum jure congratulantur, de quo in sequenti plenius dicere conanimur. Hibernia, a primordiali inhabitacione gentium in ea, triplici laborabat permicie; venenosorum scilicet animalium, a quorum non erat numerus, abundantia; ac demonum visibiliter apparentium manifesta depressione; et maleficorum, magorumque multitudine. Tot namque virulenta ac monstruosa animalia pravaulerat super insulam et terra marisque emergentia, ut non solum homines atque animalia venenis inficerent; verum etiam cruentis mortiferisque morsibus interficerent; et multoties membra dilaniarent ac devorarent: daemones etiam, qui per idolatriam in superstitionis habitabant cordibus, in variis formis visibiles sese exhibebant illorum obtutibus; multis etiam multimodis lesiones, quasi offensi visibiliter inferebant; quibus itidem sacrificiis aut muneribus sive operibus pravis placati gratiam levavimus seu sospitatis praestare videbantur, dum ab eorum lesione cessabant. Tanta multitudo in aere volitantium, vel in terra gradientium crebro cerneretur, ut ipsa insula illorum incapax putaretur: ac per hoc Hibernia daemonum domicilium domesticum, et propria possessio estimaretur. Magorum etiam et maleficorum atque aruspicum turba tanta in finibus singulis succreverat, quantam nulla in aliqua terrarum regione historia narrat.

C 148 Sanctissimus Patricius pestilentie triplici eliminandae summane operam et diligentiam adhibuit, et tum salutari doctrina tum ferventissima orationis obtentu, Hiberniam hujus grassantis veneui exsor-

tem exhibuit: ipse namque Pastor praestantissimum manu Domini Iesu baculum bagulavit, ejusque elevatione communitoria omnia venenata animantia, Angelico z. 3:1 ad. illagio, ex universis Hibernie partibus in unum congregavit: deinde omnia usque ad editissimum insulae promontorium in fugam compulit, (quod scilicet Cruachan-angle diebatur tunc vero Cruachi-phodraig dicitur) ibique totam turbam pestiferam de praeupta montis crepidine in virtute praecetti precipiti lapsu Oceano absorbendam depulit. O miraculum in gloriam mundi exordio inexpertum, mun. tribubus, populis et linguis compertum, cunctis fere nationalibus notoriun, specialiter Hibernie incolis per necessarium! Huic tam miraculoso, tamque perutili spectaculo numerosus populus intererat, quorum pars plurima ad signa videnda, quedam ad verba vita percipienda nudiique confinxerat. Convertit deinde faciem suam versus Mannium et ceteras insulas, quas fide Christi et Sacramentis imbut et beneficiit; ac precium suarum obtentu reptilium venenatorum omnes illas tandem expertes fecit et reddidit: aliae vero insulae, quae ad ejus predicationem non crediderant, adhuc virulentia animalia procreant. Maleficorum quoque innumeraliles ad fidem Christianam convertit; plures etiam obstinatos in persistente et incorrigibiles, sicut iam diximus, terribilitate de terra delevit. Ab hominibus nihilominus, quos in Hibernia Chri ti Sacramentis initios Deo vivo et vero subiungavit, demonum visiones et solitas lesions arceri atque auferri, a Domino posseit et impetravit.

D 149 Præcellentissimus Pastor Patricius, ut nullum in Hibernia, ut ceteris Insulis a se beneficiis relinquenteret, ali. ujns rejtis venenati vestigium, ant rediunna curret seminarium, seu consueta concederetur commoratio ceteris damnonum, absque vietuli terreno quadrigenarium transegit jejuniu. Desiderabat enim dilectus Domini imitari jejuniu mystico Moysen, adhuc naturali tantum lege constrictum, vel potius Eliam Prophetam sub lege constitutum; sed potissimum placere gliscens Conditori naturæ, legis largitor et gratia Christo Iesu, qui in se sacrarit tale jejuniu. Subiit ergo in monte excusum, Cruachanagle vocatum, in Connactia constitutum, Quadragesimali tempore ante Pascha: commendans illis salutiferis diebus ducens, desideranti Domino et deliberanti jejuniu immolare holocausta. Quinque itaque lapides in modum Crucis locatos, dispositi in quorum medio, quasi centro, ipse reedit; modoque et forma sessionis sue, sicut et abstinentiae mortificatione se servum Crucis Christi indicavit. Sedebat ergo solitarnus levans se super se, solitando in Cruce Christi glorificatur, quam in corde et corpore suo jugiter gestabat; ad dilectum suum candidum et rubicundum indefesse amhelabat. Persistebat enim jejunius in corpore jugiter, sed ejus interior homo erat satiatus, sanguinos et saudatus sumere contemplationis dulcedine, Angelicæ visitationis consolatione, ac dilectionis Dei munere: Vivus est enim sermo Dei et efficax, et penetrabilior omni gladio anticipi, pertungens usque ad divisionem corporis et anime, quo ipse vulneratus erat caritate.

E 150 Dolebant daemones deletum dominium suum in Hibernia per Patrem, nimisque infesti insistebant illi jejunanti et oranti, pariter conglobati contra eum: in specie namque nigerrimum avium forma et magnitudine horribilium ac multitudine, super et circa eum volitabant, et horrosum garritibus gestientes impedire orationem ejus, diutius virum Dei molestabant. Patricius tandem Dei gratia preventus protectusque adiutorio, signo Crucis edito, aves illas mortiferas a se longius abegit, ac continua crebra-

musum a
daemonis
executus,

Hebre 4, 12

monasteria
Britannie
ordines

ex quo
diversi
varium sui
temporam ix
merito relin-
quit

Ecclesia
Hibernie
victoribus
proprietatis

a
Hibernia
veniente ani-
mabus
miseris,

daemonum
specie

magis aigue
malefici

pro aene-
bus bellis in
Mare

AUCTORE
JOCELINO
OMNIS TRANS-
MARE FUGAT:

pulus cymbali
sui,

b

tota Hibernia
exaudiit;

quam deinde
obtens
universam
benedicit.

hominum
terrariumque
de duas Deo
consecrat,

A que cymbali sui percussione eas ab Hiberniae simibus effugavit. Dæmones itaque a S. Patricio trans mare fugati fugerunt, et in insulis a file et dilectione Dei alienis per phalanges divisi degere ac phantasias suas exercere soliti sunt. Ab illo ergo tempore usque in præsens venenosa animantia in Hibernia, meritis et precibus sanctissimi Patrii Patricii, penitus esse cessarunt; dæmonumque phantasmata, et illorum illusoria schemata, sicut in ceteris regionibus, appare non consuecent. Cymbalum etiam Sancti ex crebris ietibus in una parte apparuit effractum, quod postmodum Angelica manu est resolidatum; cuius cicatrix adhuc apparet oculis intuentum. In hujus igitur montis cacumine jejunare, ac vigilare consuecent plurimi, opacantes se postea numquid intratrus portas inferni: quia hoc imperatum a Domino existimant meritis et precibus S. Patricii: referunt etiam nonnulli, qui pernoctaverant ibi, se tormenta gravissima fuisse perpessos, quibus se purgatos a peccatis putant, unde et quidam illorum locum illam a purgatorium S. Patricii vocant.

B 151 Miserante Moderatore omnium Deo, qui post nihilum ducit serenum, statim ejus spiritibus malis, Angelorum multitudine maximo fulore perundebat locum, mirabilique melodia peruanebat Sanctum: ipse vero expletò jejuniò, gratiarum ac lundum hostias immolabat Deo, qui homini mortali tantæ abstinentiae adimplenda virtutem tribuit, et tanta beneficia ob sui intercessionem largiri dignatus fuit: insuper et Angelica visitatione se laetificavit. Angelico igitur comitatu deductos de monte descendit, ac cymbalum suum perenossit, cuius sonitum per omnes fines undique Hibernie Dominus audiri fecit: ex qua re nullus fidelium ambigere delat, quod novissime tubae sonum omnis homo audiet. Elevatis deinde manibus S. Patricius totam insulam cum habitatibus suis benedixit, Christoque commendavit. Mos itaque fuit S. Patricio, sicut et ceteris antiquis Sanctis in insulis degentibus, habere cymbala, tum propter diuinam expulsionem, tum propter corporalis pigritiae excitationem, atque ad horas diei die ac nocte deumittandas, aut forte alia nescio quæ causa. Unum vero pro certo scitur, quod multa miracula sonitu, seu tactu fabrum cymbalorum gesta esse noscenuntur. Benedictus ergo Dominus Patricius in eona Domini egressus de secreto ad publicum, sua praesentia letificavit omnem Ecclesiam Sanctorum, quos generat Christo per ipsius Evangelium. Peregit itaque Episcopate officium, quod illis sacra-tissimis diebus instantibus competit, sieque ad iter, et opus salutis animarum se præceperat. Solennitate igitur Paschali consumata devotione peracta, circuibat totum insulam, et perambulabat eam cum suis suorum filiorum, quos in Christo partureraut, multitudine sanctissima; ubique viae Domini in veritate docens, aut ad fidem convertit, aut in fide confirmavit incolas prædicationis efficiens. Omnes ergo insulani, ad quos vel saltem notitia nominis ejus pervenit, propter novum et insignem ac tam utile miraculum, sese suaque deidentes illi, manus dederunt; ejusque doctrinæ, institutis atque præceptis, tamquam Angelo lucis, et proprio Apostolo, devote obtemperaverunt.

C 152 Videous optimus agricultura duritiam agri Domini emolitan, combatitur sentibus sensim extupatis, tridulis ovulis, ruderibus crutis, ipsum saluberrimum seminis augmento rupiosius fecundare, quatenus non solum tricesimum aut sexagesimum, verum etiam centesimum posset fructum feracius facere. Feuit ergo totam insulam in funiculo distributionis dividi, divisam cum omnibus incolis utrinque sexus decinari, omneque decimum caput tam in hominibus,

quam in pecoribus in partem Domini jussit sequentes. **D** Omnes ergo mares monachos, fœminas sanctimoniales officios, numerosa monasteria edificavit, decimamque portionem terrarum, ac peudem, eorum sustentationi assignavit. Infra breve igitur temporis spatium, nulla eremus, nullus pene terrenus angulus aut locus in insula fuit tum remotus, qui perfectis monachis aut monialibus non repleteretur; ita ut Hibernia speciali nomine Insula Sanctorum, ubique terrarum iure nominaretur: vivebant enim secundum regulam a S. Patricio illis præceptam, mundi contemptu, colestium appetitu, sancta mortificatione earnis ac abdicatione voluntatis propriae, pares Egyptiis monachis merito atque numero; ita ut exteris atque longinas regiones illustrarent verbo ac religionis exemplo. Nullus in diebus S. Patricii, aut multo post tempore successorum ejus, in Pontifice aut ad regimen animalium promovebatur, nisi divina revelatione aut aliquo signo evidenti dignus demonstraretur **d**.

E 153 Vir Dei desiderabat attentius et deprecabantur instantius, super statu Hibernie præsenti et futuro cogitari, ut agnosceret quanta fidei devotione servaret, aut quanti penderetur labor ejus in con-spectu Dei: desiderium autem cordis ejus examinavit Dominus, et quod petebat præclara revelatione manifestavit oculis ejus. Constitutus enim in oratione, lax in sinu mentis, vidis totam Hiberniam velut igneum esse, flammamque usque cœlum extendentem; audivitque Angelum Dei manifeste sibi dicentem; Talis est Hibernia in præsenti coram oculis Domini. Facto denique parvo intervallo, contemplatus est in omnibus finibus insulæ montes velut igneos ad aethera usque porrectos. Postmodum, interjecta media morula ploribus in locis intuebatur quasi candelabra lucere et paulo post invalesceente caligine, incernas exiguae, ac demum carbones raros incineratos, vivos tamen in abilitis apparere. Suljungitor etiam Angelica vox; quod futuri temporibus in statibus diversis taliter expressis, essent gentes Hibernie. Sanctus autem Patricius imbre lacrymarum ora madefaciens, illud Psalmista crebro replicabat, dicens: Numquid in aeternum projicet Deus, aut non apponet ut complacitor sit adhuc? aut in finem misericordiam suam abscondet a generatione in generationem? aut oblitiscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas? Et Angelus: Respic ad Aquilonarem plagam, et videbis mutationem dexteræ Excelsi, tenebrasque dispersendas a facie lumis adventuræ. Levavit igitur oculos Sanctus, et ecce vidi modicam prius lucem in Uldia exorientem dum cum tenebris concertute, tandem iisdem effugatis suo fulore totam insulam illustrare. Nec cessavit lux illa crescere et invalescere, donec videretur ad primum statum igneum Hiberniam reducere. Tunc enim implutum est gaudio cor S. Patricii, et lingua ejus exultatione, hæc omnia sibi ostensa prosequens cum gratiarum actione, et Intellexit vir Dei, et ore de-pronpsit in magnitudine ignei ardoris, Christianæ fidei et dilectionis, qua fervebant insulani, devotionem et zelum religionis: per montes igneos, Sanctos signis et virtutibus, verbis et exemplis præclaros: per diminutionem claritatis, detrimentum sanitatis: per obductam super totam terram caliginem, in ea prævalentem infidelitatem: per morarum spatia, succendentium temporum interstitia.

F 154 Tempus autem tenebrarum Hibernici illud autumnam, quo primus Gurmundus ac postea Turgesius, Norvagienses Principes Pagani, in Hibernia debellata regnabant: in illis enim diebus, Sancti in cavernis et speluncis, quasi carbones cineribus coperfici, latitabant a facie impiorum, qui eos tota die quasi

unde Sancto-
rum insula
die capi-
tibeterna:

et futura
illis status

vistone
admirabilit-
tibus

tandem
penitus
suppresæ,

Psalm. 76

oc demum
in primis
solentem
reducti,

cogito cu

Hiberni de
S. Galahad
temporibus

A quasi oves occasionis mortificabant. Ex qua re accidit, ut variis ritos contra Ecclesiastica instituta in Hibernia adducerentur, et a Prelatis sancte Ecclesie divinae legis ignorari contra formam ejusdem nova Sacraenta conficerentur. Lucem vero prius ex Aquilonari parte exorientem, et luce diutino conficit tenebras exterminantem, Hibernigenae S. Malachiam *g* asserunt; qui prius in Dunensi Ecclesia, postmodum in Ardmac'huma metropoli praefuit et Hiberniam ad Christianae legis statum reduxit. E contra Anglici lucem illam arbitrantur ascribendam suo adventui, eo quod tunc Ecclesia videbat suo iudicio in meliorem statum proveli; Religio plantari ac propagari, atque Sacraenta Ecclesiastica et Christianae legis instituta, ritu competentiori observari. Ego vero funem contentiosum inter eos nec porto, nec dirimo; sed hujus rei discussionem ut que definitionem divino iudicio relinquendum censeo.

*Anglis de suo
advento tam
interpretantur
bus.*

*a Vide que hac de re dicimus in Appendice, et observa interim
magna cum exaggeratione scripta hac omnia esse. — b Plenius
sine de hoc Purgatorio infra agimus, ostenderemusque in loci des-
ignatione duatulaz eruisse Iacynthum. — c Haec declinationem
a Jocelino, non conjectans quidem, sed absque idoneo teste eductam
omnino nobis persundamus. — d Nec hoc scimus unde ha-
cerit: si foris verum, patamus alignanuimus hujus rei exempla
fusso uero Triplici Sanctorum ordine in Hibernia et hac ipsa urte
tractat Piscetus pag. 913 et demers. — e Nempe circa Dublinum
versus orientem et circa Eugnini pennatus versus Bo-
ream, unde totam insulam infestabant. Giraldus tamen Cam-
brensis dist. 3 cap. 39, Gurnundum, ait, in Hibernia vel fuisse
numquam, vel refecto in ea Turgesco modici temporis moram
teisse. Dicit capite 40 scribit Turgements astu interficium a ju-
nibus, habitu puerili subtilitate suscipienti tyrannum in quadam
Rensis lacu insula, totaque mixt Hibernia exactum Norwegos,
annis circiter 30 eadem inveniuntur, circa annum 842. — f Us-
serius pag. 916 ex MS. plenus S. Cirestini (Celsum passim
etiam venient) Machinensem Archipresulem foliisque Hibernie
Primate, qui s. Patricii vestigia diligenter studio securus
fuit, seu S. Malachiam.*

CAPUT XVIII.

*Hymnus a S. Secundino compositus de S. Pat-
ricia, hujus visiones et virtutes Apostolicæ.*

Sedebat S. Secundinus aliquoties in cœtu saneto-
rum, de gestis et virtutibus S. Patricii mutuo con-
seruentum. Cumque quidam illorum affirmasset illum
esse sanctissimum omnium super terram viventium, S.
Secundinus dixisse fertur ad illum: Vere sanctis-
simus esset, nisi minus caritatis fratrem, quam de-
bet, habuisset. Non diu autem latuit verbum istud
S. Patricium in auribus tot discipulorum ejus prola-
tum. Convenientibus postmodum in unum S. Patricio
et Secundino, sciscitabatur Magister a discipulo,
Metropolitanus a Suffraganeo, cur de se vel potius
adversum se, tale verbum protulerit. Secundinus re-
spondit: Quia recusas oblata tibi divinitus munera et
praedia suscipere, quibus pos sis sanctorum multitudinem
collectam sustentare. Cui S. Patricius: Propter
adimplectionem, inquit, caritatis non admitto istud
opus caritatis: si enim oblata mihi susciperem, du-
orum equorum pastum Sanctis post nos adventuris
adipiscendum non relinquerem. S. Secundinus super
verbo illo, quod loculus est, paenitens ventram a
S. Patricio petiit: et ipse solita benignitate paenitenti
clementer indulxit. Siepe dictus S. Secundinus sapiens et litteratus, dixit S. Patricio, velle sibi ad-
jacere, de Saneto quodam adhuc superstite carmen
componere: et quia Sanctus is erat Patricius, de
quo scribere dispositus, illius nomen silentio suppres-
sit. Ad quem S. Patricius: Vere, inquit, dignum
et justum est, regnum et salutare, ut sapientiam
et gloriam sanctorum narrant populi, et laudem
eorum nuntiet Ecclesia; sed quidem dignus, et com-
modius post lucis terminum, totius cosmologiae sub-
oblita materia. Landa ergo diei serenitatem, sed cum
adversperaverit; militis virtutem, sed cum triumpha-
verit; nautie prosperitatem, sed cum applicuerit.

Marta T. II.

Dicit enim Scriptura: Ne landaveris hominem in D
vita sua. Si tamen id omnino cordi tuo infixum fuerit,
quod facere disponis, fac citius, quia mors tibi
adest in ianuis: omnium enim Episcoporum, qui
sunt in Hibernia, de seculo primus migrabis. Hym-
num igitur in laudem S. Patricii composuit, et pa-
uis postea diebus elapsis, juxta verbum S. Patricii
dieni ultimum clausit: sepultusque in ecclesia Sedi
sue, in loco, qui vocatur Donmhach Seachlainn,
crebris se miraculis cum Christo vivere ostendit.

*actore
JOCELINO
Eccl. It
hymnum
conseruit
morturus;*

*cognitum hymni
utilitatem
tum alii
multu*

156 Hymnum autem illum Hibernici plures con-
suecant quotidie cantare, ac multa magna que mi-
rabili: ex ejus frequentatione narrant evenisse:
plures enim cantantes hunc hymnum, non visi tran-
sierunt per medium inimicorum sanguinem sum-
sistentium. Illo namque genere caccitatis erant per-
cussi, quam aorismam nuncupant Physici. Quidam
Sanctus in Hibernia, nomine Kannechus, videbat
quadam vice phalanges daemonum infernalibus ar-
matos instrumentis pertransire: quos, adjuratos in
nomine S. Trinitatis, compulit caussas sibi sue pro-
fectionis denudare. Adjurati igitur leet inviti, consti-
tabatur sese profectos ob adducendam animam cuius-
dam pessimi peccatoris, qui sepeliri promeruit in
infernalibus antris. Præcepit illis S. Kannechus in
nomine Domini ad se redire, ac quid egissent sibi
referre. Post aliqua intervalla horarum, diaboles
confusi revertabantur, ne se suam praedam perdidisse
per Patricium protestabantur. Inquirente S. Kanne-
chus causam creationis illius animæ, dixerunt dia-
boli, hominem illum in vita sua convivium mag-
num singulis annis in festo S. Patricii celebrasse,
atque quotidie quedam de hymno in honore S. Pa-
tricii composto frequentasse; talique de causa de
manibus suis affirmabant Patricium illum, tamquam
mancipium proprium, eripuisse. Haec dientes dia-
boli in umbris evanescunt. Lactatus est S. Kanne-
chus in his que dicta sunt ei: istaque referens,
multos incitavit ad hymnum frequentandum in ve-
nerationem S. Patricii. Quidam Abbas de discipulis,
S. Patricii, Colmanus nomine, predictum hymnum
crebro consuevit repetere: qui cum convenirebat a
discipulis, cur non potius Horas constitutas aut Psal-
mos decantaret, ac diceretur hymnum cantatum sibi
debere sufficere: respondit, se dum hymnum can-
tasset, desideratum dilecti sui Patris Patricii jugi-
ter vultum vidisse, nec tamen ex illius contemplatione
satiri potuisse. Haec autem diu post decessum S.
Patrici gesta, idecirco scripsimus, ut ostenderemus
quanti pendatur hymnus iste apud Hibernicos;
et quam promptus adjutor in opportunitatibus, in
tribulatione sit S. Patricius se honorantibus et sui
memoriā frequentantibus.

157 S. Patricius predictor veritatis vivens
adline in carne, sicut multos viventes mortuos ad
veram vitam verbo et exemplo revocabat, et provoca-
bat; sic ex his, qui empti sunt de terra, plures ad
terrā viventium precibus perducebat. Multos etiam
exitos carne ab ipso perpetui puto interitus a ru-
gentibus preparatis ad escam precibus potenter
eripit, et ad loca purgatoria reducens expiantos,
ipos salvationem restituit. Ipse sa pius secretorum
celestium contemplator effectus, cœlos apertos, et
Dominum Jesum stantem in medio multititudinis An-
gelorum conspicit; a et hoc aliquoties, dum Patri
filium immolare, aut Apocalysim Joannis devote
decantaret, videre promeruit: dum enim visiones
illarum mirabilis meditaretur, in modo ad quarun-
dam eam similem speculationem a Domino suble-
vabatur. Angelus autem Domini Victor saepe nomi-
natus, ter in hebolam qualibet illi consuevit ap-
parere, suique colloquii collatione et consolatione
refovere *b*.

*S. Patricius
crebra Christi
visione*

AUCTORE
JOCELINO
et de statu
funerum
cognovit.

In dudit
cujusdam

et pauperis
anima.

vldisse se
testatus est,
aliter quara
homines so
lent, a Deo
indicatas.

S. Winwaloe
sai vidente
cupido

apparet in
Arinorica.

A 158 Multoties Sanctus Dei de corporum tabernaculis animas egressas vidit, ad diversa loca suppliciorum sive gaudiorum destinatas : quorum unum exemplum dignum duximus calamo tradere, quod adificationis causa Sanetus solebat referre. Erat homo quidam habens nomen magnum juxta nomen magnorum, qui fuerunt in terra illa ; fueruntque illi greges ovium et armenta bona, ejusque possessio crevit in terra illa. Vir denique pro fatus in fata decessit ; cuius funeris exequias, cum ingenti pompa et honore magno secundum estimationem hominum cognatio plurima, comitante turba filiorum, celebrans, in ventrem omnium ipsius recondidit. Homines vero, qui beatum dicere solent hominem cui haec sunt, funeratum illum, qui taliter in vita sua floruit, et in exitu suo tam honorifice sepultus fuit, felicem asseruerunt ; cuius exitus matutinus et vespertas delectabiles cernerent, ipsum Domino placere valde putaverunt. Alter vero in vicino degens, mendicus omnibus diuersis vita sua misera : squallens egestate, ingressus est viam universæ carnis : cadaver autem illius absque ministerio exequiarum aliquando jaenit inhumatum, et ab avibus laceraatum : postremo per pedes tractum in quamdam foveam fuit

B projectum, ac cespite coopertum. Qui vero secundum faciem judicabant, illum miserum et infelissimum omnino pronuntiabant. Vir autem Domini respondens dixit : dissidere hominum iudicia ab illius aequitate, qui scrutatur renes et corda, cuius iudicia abyssus multa. Adiecit enim, referens se vidiisse praediti divitis animam et ministris tartareis in bartrum precipitari : pauperis vero spiritum, cuius vita testimoniatur insama et finis sine honore, inter filios Dei computari, et inter Sanctos locum beatitudinis sortiri. Vere vani filii hominum et mendaces in iudiciorum suorum statueris : sed justas Dominus iustitas dilexit, cuius vultus vidit aequitatem : hinc enim delicias et divitias divitis ; hinc peccata pauperis, quibus fortassis iram meruit, et calamitatem quam patiebatur in statera aequitatis appendens ; unum ad tormenta do gloria et honore præsenti districte judicavit, alterum in camino paupertatis et afflictionis expiatum ad gaudia celestia misericorditer destinavit. Nec solum Sanctus hoc de istis duabus, sed sapientius vidit, et resurre conseruit de aliis pluribus. Sic, quod Veritas ore proprio dignabatur enarrare de divite purprato et uiceroso Lazaro, hoc amens veritatis se vidisse de aliis attestus est ore veridico.

C 159 Floruit in Britannia minori vir vita venerabilis, e Winwaloe nomine, signis ac prodigiis præclarus ab ipsis rudimentis infantiae sue. Nam sicut ejus gesta descripta testantur, plura permixtum ab ipso patrata miracula memorantur. Hic autem, Auctro perlante hortum suum ut fluerent aromata illius, sacram opinionem S. Patricii audierat, vestimentaque corde in odorem unguentorum ejus currere concupivit. Deliberabat dantis ne desiderabat, dominum quo animo. Ixnum statuit parentes patriamque relinquere, et al Hiberniam professeundo in discipulatu, et sub disciplinatu S. Patricii Christo servire. nocte vero præcedente, qui in erastrium se ad te proposuit procungere, vidit in visu virum clarissimum, Pontificibus redundantem eorum se assistere, ac sibi in sermone Dominidicere: Noveris, carissime Winwaloe, me esse Patricium ad quem ne disponis, ne te fatigas, nec queras, quem invenire non poteris, instat enim tempus mea resolutionis, in proximo est ut ingredar viam universæ carnis : voluntas Dei est, ut non dimittas locum tuum, sed verbo et exemplo in terrista satagis acquirere populum acceptabilem Deo, secatque bonorum operum : superest enim corona vite, quam reprobavit Deus di-

ligentibus se. Hæc dicens visio disparuit, Sanctusque D. Winwaloe fecit, sicut edictus divinitus fuit. Attendat auditor, quantapèfectione vir sanctus Doni- no adhærens unuscum eo spiritus fuerit, qui sancti viri manentis in Armorica et Britannia desiderium in spiritu vidit, agnovit, et ab itineris proposito, protectum protecti oppositi, tam miraculiter agnovit.

D 160 Exclusa igitur indulitatis nube, cuius objec- tu Hibernia diu veri solis claritate et calore ca- rueraut; B. Patricii, quandiu fuit halitus in eo, et Spiritus Dei in naribus ejus, lingua, vita, virtus omni- bus in via Domini prelectis, proiectis, et perfectis profutus dandam scientiam salutis, ad exhibendum exemplum sanctitatis, et a' conferendum infraim- remedium omninoche sanitatis. Et haec quidem forma cunctis proposita patuit, absque eo quod intrin- secens latuit. Sane singularis vita modis, quem in secreto exerent, talis quotidiana continuusque fuit : omni namque die b Psalterium integrum cum cantis et hymnis, et Apocalypsi Joannis Apostoli, ac ducentis orationibus strenue secululoque solebat Domino decantare : centenis ter vicibus Dominum adorando genua lecebat : qualibet hora diei canonicæ, centes Crucis se charactere signabat. Consue- vit nibilominus quotidie dignissime Patri filium immolare, nec praetermittebat populis prædicare, sive discipulos docere. Supernaturali etiam more distin- guens per partes nocturnum tempus, illud ita transigere solebat Dominicæ vineæ cultor custosque vi- gilantissimus : Priorem partem ejus sub ducentis genuflexionibus duobus quinquagenariis psalmorum divisiis laudibus libatus, studio vigilanti percurrebat : subsequenti parte aquis algidis se immergens, corde, ore, oculis, aut manibus coelo infixus, tertium quin- quagenarium cum orationibus multiplicatis consumi- mabat : e postnodum vero, super nudum lapidem stratus, capiti ejus loco cervicalis altero lapide sup- posito, corpus sanctissimum somni tenuis et modici refrigerio recrebat: ino ut lueulentius loquar, illud ad consuetu atque continuo conflictus laborem reparabat. Tali tamen indulgens membra sopori, lumbis circumponebat particula aquis algentibus intinctam asperrimi ciliis, nelex in membris militans contra legem mentis in detrimentum spiritus, igni- culum aliquem veteris forte fomentaret fermenti. Ipse etiam vietu arco ac arido, asperoque amictu, semetipsum hostiam vivam, sanctam, Deo placem- tem offerebat, nec principem coquorum muros Jeru- salem in se attingere permittebat. Beatae sterilitatis carni poenam inflixit; et ne parvulos procreare posset allisione morteque dignos, multiplicis fructus secundum spiritum effectit.

E 161 More Apostolorum usque ad quinquagesimum quintum aetatis suæ, quo in Hiberniam Episcopali gradu sublimatus advenit, jugiter pedes gradiebatur; et ex tune curru veliculno, more illius regio- nis illo in tempore, assueto, ob difficultatem itineris in prædicatione utabar. Super vetera indumenta cuculla canidia amicabatur, ut ipse habitus forma et colore munichatus sui speciem, et candidatum humilitatis et innocentie representare videretur, Unde et monachis in Hibernia, S. Patricii sequendo vestigia, per multa temporum volumina habitu sim- plei contenti eram, quem ovina ministrabat lana, qualibet extremitate tintura remota. Executiebat manus suas a munere; beatius semper judicans dare quam accipere. Si igitur aliquando ei manus colla- tum esset a divite, quam citius potuit, illud pauperi *pauperatus* studiū erogare, ab illo se allevians velut a gravi onere. In vultu, in visu, affatu, incessu, in quolibet membrorum motu, et in totius corporis gestu, in- tuentibus adificationem parabat : seruoque ejus sale conditus, omniætati, omni sexui, omni gradui, omni

S. Patrici
diuina

d

E

et nocturna
exercita.

e

F

Itinerum
ratio,

foris,

vestitus

studium,

pauperatus

studium,

A omni conditione congruebat. In quatuor enim linguis, Britannica videlicet, Hibernica, Gallica, et Latina peritus et expeditus erat. Graecam etiam ex parte noverat. Extat enim libellus Proverbiorum ejus Hibernice scriptus, edificatione plurima plenus. Magnum etiam volumen quod dicitur Canoin Phadrungi, id est, Canones Patricii, scripsit, quod cuiuslibet personae seu seculari seu etiam Ecclesiastica ad justitiam exercendam et salutem animae obtinebam satis congrue convenit. Quoties enim conveniebatur super profundis questionibus enodandis a causis occultis et ambiguis, primitus ex humilitate usus respondere consuevit: Nescio, Deus scit. Quoties tamen magna necessitate ductus cogebatur verbum suum certificare, per judicem suum jurando solebat istud confirmare f. Spiritu itaque prophetiae pollebat, ut innumeris futura tamquam praesentia praediceret, absentia sciret; et quod de labiis ejus exierat, abque nullo ambiguitate serupulo eveniret. De sanctis nainque Hibernis, et praecipue Connacis et Mononiorum usque ad post centum annos nascituris tam luculenter prophetiam texerat, ut ipsorum vocabula, merita et loca habitationis eorum designaret.

B 162 Quemcumque ligabat et absolvebat ipse, liberatum sive solntum divina justitia indicis evidentiis comprobabat: sicut enim benedictionem dando, dexteram extendebat; sic inferendo contrarium, levam levare solebat. Quem autem benedicebat, benedictio domini super eum veniebat: et cui maledicebat, maledictionibus repletus apparebat. Quemcumque sententia ex ore S. Patricii fusse protata, ita inconcussibilis manebat et fixa, acsi a superni Iudicis tribunali suisset egressa. Unde liquido constat, quod vir sanctus adhaerens domino, unus cum eo spiritus erat. Sed licet in singulis aut pluribus virtutibus ceteris Sanctis aequipollebat, aut procellebat, seipsum tamen humilitate vincebat: unde et in epistolis suis se peccatorem ultimum, minimum, contemptibilem omnium nominare consueverat. Signa etiam et prodigia, que faciebat, parvipendens nulli viro perfecto aequiparandum se censehat: et quia non grandis stature fuerat, se cœpius homuncionem vocabat. Manuali multoties etiam labore, more apostoli Pauli, piseationi videlicet et agriculturæ, sed praecipue ecclesiis extruendis insudabat, et ad hujusmodi exercitum discipulos suos verbo et exemplo incitabat. Insistebat nihilominus instantissime baptizandis populis, Ecclesiæque ministris ordinandis: trecentos namque Episcopos et quinquaginta manu sua consecravit: septingentas Ecclesiæ fundavit: quinque millia Clericorum ad Sacerdotalem gradum et officium promovit. Ceterorum vero ministrorum infra inferiores gradus constitutorum ac monachorum atque sanctimonialium, quos divino obsequio applicavit, solus Deus numerum novit.

bene vel
male precentis
efficacia.

humilis
rumma

Apostolicus
textus.

miraculorum
freqüentia.

de his 66 libri
conscripti,

epantibus Gurumundo et Turgesio consumpta periit D incendio. Quatuor tamen codices de virtutibus et miraculis ejus partim Latine et partim Hibernice conscripti reperiuntur, quos diversis temporibus quartuor discipuli ejus, videlicet B. Benignus successor illius, et S. Mel Episcopus, et S. Lomanus Pontifex nepos ejus, et S. Patricius filius ejus (qui post decessum patri sui Britanniæ remeans in fata deces- sit, et in Glasconensi ecclesia sepultus est honoris causa) conscripsisse referuntur. Sanctus nihilominus Evinus simili modo actus S. Patricii in unum codicem compilavit, quem partim Latino sermone partim Hibernico composuit. De quibus omnibus quæcumque fide digna reperire potui, in hoc opus collecta communicare notitia posterorum gratum duxi.

a Hujusmodi visionum unam narrat Probus laetus libri 2. his verbis: Quodam tempore cum oratione causa ad locum solidum per nocturna spatiæ, comite praedicto puer, pergeret, videt magnum in celo miraculum, sumique carissimum ac dilectissimum probare volens sanctum puerum, dixit. Fili mi dilectissime, die mihi quoce, si sensis et video ea que ego sentio et video. Tunc predictus puer Stephanus, qui et Benignus, inuenienter dicit: Jam, poter carissimum, de tuis meritis presumenti, ex domini gratia cogniti sunt mihi ea, quæ sensis et vides: nam video colum apertum, et alnum Dei in maiestate residuum, et Angelos ejus coram eo. Tunc S. Patricius dixit: Jam te filium successorem dignum esse sentio futurum. Nec mora gradu concito, ad consuetum locum orationis pervenerunt. — b Tote est quod in Vita iv apud Colyam num. 89 narratur. E hoc modo: Quodam tempore, cum B. Patricius sancta membra quelli daret, venit Angelus Dei et suscitavit eum. Sanctus autem interrogavit Angelum dicens: Numquidnam aliquid est in operibus meis, quod Domino meo non placet? Respondit Angelus: Non est; sed ideo missus sum te consulere, utrum in patria, quam de errore gentilitatis ad fidem Christi perduxisti, tui subiob honor et reverentia bahebitur: aut ut alii Sancti tuo assensu participant lecum? Respondens autem Sanctus dixit: Mo-de-broti, hoc enim semper verbum habebat quoniam illi elevi Dei post me in hac patria vole ut ipsi mecum honorem habeant. Tunc sanctus Angelus dixit: Respusum tuum caritate plenum est: sed tamen omnipotens Dominus nomen tuum celebreremus et honorabilem in istis regionibus, quas, per multa perfronibz multisque labores a squaloribus idololorum ac miserabilis gentilitatis errore ad inviolabilem sancte et individuale Trinitatis nomen per verbum predicationis et lavacrum baptismatis verti, plus cetera Sancti honorabilibus habueri dispositi. Beato vero Patricio gratias omnipotenti Deo referente, Angelus Dei ad corrum est reversus. — c Vide dicta partum ad eus vitam 3. Martii, partum his in Prolegom. num. 79. — d Ex nomine Officii relectus praesum intelligamus, quod recte Psalterium unicupatur: nam alias omnes Psalmi 150 non nisi sex horum spatio legi possunt. In numero etiam orationum, nisi ex jactulatorie fuerint, hyperbolen agnoscamus. — e Negas hoc eis fuisse quotidiana tremulus, sed in secessu quadragestimati aut stulti extraordina-ria oventionis tempore dumtaxat observata fuisse arturramur. — f Diviso Mo-de-brulli, ut supra ex Prabo, id est Meus Deus iudex.

CAPUT XIX.

S. Patricii excessus et vita ab ipso et S. Brigidæ precognitus: ejusdem exequie et eas comitata miracula.

P ost bæc dilectus Domini Patricius plenus dierum et meritorum, cum jam fideliter fortiterque cursum consummatæ et administrationis sibi creditur, tum di- vina revelatione, terrestris habitaculi, quæ gestabat, dissolutione, vita sue vesperum videt immunere: qui cum esset in finibus Ulidia constitutus, versus Ardmacchian civitatem Sedi sue maturavit gressus. Sed et desiderio suo illo in loco sacri corporis exuvia depositis viam universæ carnis ingredi; et sub oculis filiorum, quos in Christo parturierat, in ventre matris omnium recondi. Sed sancti viri propositum inopinatus commutavit eventus: ut sciant singuli, quod, teste Scriptura, non est via hominis in potestate ipsius, sed a Domino disponuntur gressus ejus: Angelus namque Victor illi, quo proposuerat tentanti, occurrit, et secus viam de rubro, abque nihil combustionis jactura ardente, loquens ait: Prohibe Patrici, pedem a cœpto itinere, quia non est voluntatis divinæ, ut vita tua morte commutetur in Ardmacchia, corpusque claudatur sepulcrali lare. In re- gione enim Ulidia, quam prius præ omnibus Hiberniæ finibus convertisti, Dominus prævidit te mori- turum, et in civitate Dunensi honorifice tumulan- dum

F Arvacham
proficitur
mortuorum
Patricius:

red ob Angelo
sustinet,

m in eturque
quod sit
sepellendus
in Ulidia,

AUCTOR.
JOCELINO

Adum : ibi quippe erit tua resurrectio; sed in Ardmacchia urbe, quam diligis, gratiae tibi collatae successiva administratio. Memor esto verbi tui, in quo filii Dicu, primisneophytis Hibernigenarum, spem dedisti, quando cœlitus eductos in terra eorum te moriturum et funerandum predixisti, et promisiisti. Sanctus autem Praesul prius paululum hoc moleste accipiens, obstupuit : sed repente in se reversus, divine dispositionis providentiam multa cordis devozione magna gratiarum actione amplexatus est : Deinde voluntati suam submittens, ad partes Ulidia regressus est.

168 Pancis diebus post hæc transactis, sedebat sanctissimus senex Patricius, in loco non longe distante a Dunnensis civitatis matrice Ecclesia, cum illo erat Brigida Hibernæ margarita, et Religiosorum ac Ecclesiasticorum turba non minima : cumque Sanctus concessionaret ab eos de gloria Sanctorum, et mansionibus luciflue patriæ, lux copiosa cœlitus emissa perfudit, quemdam locum in coemeteri orientali parte : quiam intuentes, qui aderant, admirabantur, et ipsa lux quid protenderet, a Sancto secessabantur. Sanctus autem Pater iussit B. Brigidae assidenti denudare poscentibus mysterium apparentis Iminis deifici. Virgo vero palum in auribus omnium asserunt, illam claritatem designasse atque sanctificasse locum sepulture cujusdam clarissimi Deoque carissimi Sancti, ibidem in proximo sumerandi. Sancta etiam Ethembris astant, que prima omnium Sanctimonialium in Hibernia fuerat a S. Patricio in virginitate consecrata; et quis esset ille Sanctus secretius inquisivit a Brigida. Illa vero respondit, ipsum esse Patrem et Apostolum Hibernie S. Patricium illa in loco nuper tumulandum, sed processu temporis exhinc transferendum : se etiam felicem fore pronuntiavit; si ejus sacratissimum corpus obvolveretur linteamine, quod propriis manibus nendo et texendo ad idem obsequium ipsa preparaverat. Haec Virgo in aure convirginalem sua protulit; nec verbum illud absconditum aliquem audisse putavit. Lux etiam que apparuit e celo, recepta ab oculis omnium disparuit, et uscensu suo Sanctum Dei ad celestia migratorum praestendit.

169 S. Patricius eductos divinitus desiderium cordis Brigide, orisque alloquium et preparacionem vestis agnovit; illaque ut domum reverteretur, ne vestem deferret, corporisque suum, ob spirituali indumenta mutuo dilectionis in Christo obvolveret, imporavit. Ipso vero revertebatur ad eodemobum Saballinum, quod egregio monachorum agnitu replevit; ibique lecto doloris decumbens, terminum vite, imo viæ, ac vita initium spe felici expectavit. Virgo autem venerabilis ab amictu anris verbo Patris atque Pontificis obedivit : ad monasterium suum perrexit, vestem assumpsit, et cum quatuor Virginibus sibi adjunctis ad Sunetum, regressum maturavit : sed quoniam nimia abstinentia et longoris vite difficultate erant afflicte, in itinere præ lassitudine substeruntur: et concito gradu, sicut proposuerant, ad Patrem venire non potuerunt. Sanctus autem in Saballo positus Virginum fatigationem, Spiritu sancto sibi revelante, scivit, ac aurige suo quatuor B. Brigida sociabusque ejus illo in loco cum quinque vehiculis cito occurseret, præcepit. Qui iussa sancti Praesolis complevis, in loco ab illo designato illas quinque valde fatigatas inventit, et singulas singulis vehiculis impositas, ad Saballinum monasterium adduxit. Ipsae autem exhibite præsentie viri Dei, vestem illi gratariter suscipienti obtulerunt, et osculantे pedes ipsius et manu benedici ab eo meruerunt.

170 Ingravescente igitur corporis molestia, ur-

gente senio, vel potius ad coronam vocante Domino, D. benedictus Patricius mortem sibi in januis adesse sentiebat, imo ad mortis portum portamque vite se properasse janet pervenisse gaudebat. Admonitus ergo ab Angelo custode sui, S. Thasach Episcopo discipulo ejus ministrante, mysteriis divinis se munivit, elevansque oculos suos cœlos apertos et Iesum stantem in multitudo Angelorum conspexit. Erectis ergo manibus benedicens suos et Domino commendans ac gratias agens, ex hoc mundo transivit, de fide ad faciem, de via ad patriam, de praesenti ærumna ad aeternam gloriam. O quam felix Patricius: qui vidit Dominum facie ad faciem, et salva facta est anima ejus : beatus inquam homo cui corli paternunt, qui et penetravit in sancta. aeterna redemptio inventa; quem cum niveis Virginum choreis suscepit Benedicta Maria : quem suo consortio Angelorum admirerunt agmina, Proprietarum providus comitatibus chorus, judicarius Apostolorum amplexatur Senatus, Martyrum laureatus venustus exercitus, Confessorum candidatus condecorat cœtus, quemque omnium electorum gloria et honore innumerabilis prosequitur numerus.

168 Nec mirum, nec immerito; quia ipse fuit Angelus Domini, licet non natura, virtute tamen et officio, ejus labia enstodiebant scientiam, et legem vita requisitam ab ore suo sincere denunciavit Dei populo. Jure etiam Prophetæ Altissimi dicitur, qui tot absentia cognovit, tot ac tanta prædictit futura, quanta prophetasse raro aliquis Prophetarum inventur. Jure etiam Hibernie voratur et est Apostolus, cum omnes Hibernigenæ, et alii insulani signa sint Apostolatus ejus. Congruè etiam Martyr vocatur, qui Crucem Christi jugiter in corpore suo ac corde gestans, hostiam vivam seipsum exhibuit Domino: qui tot insidias et conflictus, a magis, ab idololatria, a Regibus, a demonibus perpessus, ad quelibet mortuum genera, subvenienda cor paratum semper habuit. Quam etiam competenter Confessor Domini sacras dici debat, pene nullus ignorat: quippe qui nomine Christi jugiter confitendo prædicabat, et ad ejusdem nominis confessionem et proprii peccati et laudis Dei, populos, tribus et lingnas, verbis et exemplis et signis innumeris inducebat. Virgo etiam permanxit corpore, virgo corde, et virgo fide; et ideo Sponso virginum, virginique virginum, hac triplici placuit integritate. Merito ergo Angelicis choris, et omnium Sanctorum cœtibus aggregari meruit, qui omnium Sanctorum virtutum particeps fuit a.

169 Expirante S. Patricio, circumstans Corona monachorum in manus Domini commendabat ejus spiritum, linteamine a S. Brigida præparato corpus obvolvens sacrum: multitudo etiam populi et Cleri copiosa catervatim confluxit; decessum Patricii Patroni sui, tamquam Patriæ desolationem, suspiris lacrymosis luxit, in psalmis et hymnis exequias funeris devotas impedit. Nocte vero secuta lucifluis chorus Angelorum circa corpus cœlestes excubias exhibuit, locum et omnes existentes in eo claritate circumfulgens, odore oblectans, psalmodice melliflue modulans multe, spirituali jucunditate cuncta perfudit. Igitur in omnes, qui convenerant, sopor Domini irruit, et donec Angelico explerebatur exequia, usque mane consipitos detinuit. Facto autem mano cœtus Angelici æthora repetentes, odorem super omnia aromata suavissimum post se reliquerunt: quem a somno expergesfacti et omnes adventantes continuato duodecim dierum spatio experiri potuerunt: tot namque diebus continuis sacram corpus inhumatum custodiebatur, quia Clero controversiis populorum præcepito; in loco cœlitus designato, illud sepelire non permittebatur.

S. Patricius
Sacramentus
inunituset sepulturæ
locus luce
cælesti
præsignatur:qua quid
sibi velle
S. Brigida
exponit,et sindonem
ad corporis
Sancti
involvendum
adferens,excipitur
currabus
obvium
fatigato
missis,R.
stogulis
Sanctorum
cœtibus
aggredandus
tamquam
Angelus,
Propheta,
Apostolus,

Confessor

F.
Erequit
honestaturAngelico
concentu,

odore cœlico,

A' 170 Signum quippe magnum et mirum apparet, quod ab initio temporis numquam visum fuit: per totam enim regionem illam duodecim dies, absque noctis ullius interpolatione, lux continuavit; quia nox sicut dies resplendit illuminata. Quia in re patenter datur intelligi, quia mortis tenebrae non obscurabant filium vita, inhabitatorem lucis aeternae Patricium; dum nox illi illuminatio in deliciis suis fuit, et ipse ad lucem sine defectu, diem sine nocte, solem sine eclipsi, clarus ascendit. Videtur enim istud signum insigne, illi antiquo miraculo, sub Josue in die Gabaon patrato, assimilari, quamvis in spatio probetur elongari: sol enim, sicut scriptum est contra Gabaon, et luna contra vallem Aialon unum diem spatio duorum protelans, fidei populo divina virtute victoriam ministravit: Patricii de mundo et mundi principe triumphantis, duodenæ lucis indefecta continuatio pari potentia meritum monstravit. Viso tanto miraculo, non poterant populi diversi a contentione cohiberi; quia quod irae suæ furor et animorum imperabat impetus, ascriberant habitare erga Sanctum Dei devotioni. Duodecimo denique die inter duos populos, videlicet Ulidie et Ardmachre, super sanctissimi corporis gleba asportanda orta est contentio gravis satis et periculosa; cumque accincti armis bellis ad congressum consurgerent, vocem de superbris, in sanguine tre prohibentem audierunt, quam spiritum S. Patricii protulisse putaverunt. Mare nibilominus terminos transgrediens consuetos, instar muralis erectum, utrumque populum sibi adversantem, ne mutuis visibus sese conspicere aut licibus possent contingere, divisit: divisos corporaliter ad concordiam mutua pacis ad horam conuinxit. Sedatis ergo populis a furore suo, sedatum statim stetit fretum a furore suo.

B 171 Reductis igitur fluctibus tumescientibus maris et in se contractis, duo boves plaustrum nobili onere oneratum, glebaseclicet sanctissimi corporis, versus Dunum videbantur trahere; quod Clerus et populus Ultanus unanimi devotione, cum psalmis, hymnis et cantici spiritualibus sequebantur. Ille plane plaustrum illud minabat, qui quondam Arcam foderis ab Accaron usque ad Geth perducerebat. Sed in his omniis vasis aut auditis mirabilibus, Ardmachani populi non est furor aversus; sed adhuc ad bellandum manus epus extenta, ne primi Praesulis, iuno Primatis Patronique sui corporis privaretur praesentia. Sed ne ulterius ulla contigendi seu litigandi super hac re moveretur materia, utriusque populi paci definitiva divina prospexit providentia: bobus nauque ducentibus, quoddam plaustrum apparens populum Ardmachanum praecebat; ad instar prioris, quod sacrum corpus portans versus Dunum tendebat: illi enim non desistebant subsequi præsum, putantes illud thesauro desiderabilis onussum, donec pervenirent in confinio Ardmachanae Provinciae ad quemdam fluvium, Caeucum nominatum. Tunc enim plaustrum illud imaginarium dispergit, populusque præstus spe sua frustratus, vacuus et manus ad propria rediit. Ingressi interim Ultimi urbem Dunensem, Missarum solennias celebratis, venerandum corpus veneratione debita in loco huc præostenso sepelierunt; et thesaurum desiderabilem et lapidem pretiosum multum, sub lapide, quinque cubitorum profunditate, in corde terre, ne forte fortis tolleretur, poserunt. Quantis vel quibus miraculis, sacrosancta ossa illius pullularerint de huc suo, scriptum non invenimus, quia fortassis a negligentibus calamo mandata non sunt; vel quoniam a paginis principiantibus in Hibernia plures hujusmodi scripta incendio deleta sunt b.

a Sequebatur totus Vita Patriciani partitus his verbis contexta. Centesimo vigesimo tertio ultus sui anno, xvi kal. Aprilis migravit a seculo: ejus vita anni distincti hoc modo

B. Nata est, hoc parende S. Gertrudis anno Christi DCXXXI, aut sequente; quæ ex mortuis anno DCXLVI attigerat annos octavos quatuordecim, ac deinceps educata est sub sancta institutione piissimæ matris B. Hæc sive Iduberga, et ejus exemplo sacramenta velum ucepit: præsumpta postmodum regimini monasterii, ibidem a matre ex directu S. Amandi Episcopi Trajectensis extracta. Est etiamnum Capitulum utriusque sexus, in quo Cunovice Virgines uulnissimæ dignitatem locum obtinent, dumniuumque civitatis est penes Abbatissum ejusdem lucer. B. Ita sive Iduberga anno DCXLI defuncta, superfuit S. Gertrudis usque ad annum DCXIV, quo ad celestem sponsum Christum migravit XXXIII letissime anno, die Dominica, xvi Kalendas Aprilis, ut ea scribit Author Ita, qui coram adulat. Erat ea Dominica secunda Quadragesima, cyclo Luna xix, Solis 4 hittens Dominicibus GF, quo Pascha celebratum fuit die xxi Aprilis. Quibus characteribus Chronologia a nobis alibi ordinata regrestita stabilitur.

2 Nomen S. Gertrudis sacris fastis etiam antiquis, ab auctoribus extati ejus proximis insertum est. Venerabilis Beda, ut genuinum ejus Martyrologium MS. indicat, ista scriptis: xvi Kalend. Aprilis. In Scotia Nat. Patricii Confessoris. Eodem die obitus S. Gertrudis Virginis. Pro obitu apud alias transitus et natilis legitur. Usuardus locum indicat: Eodem die monasterio Nivigella, S. Gertrudis Virginis, in MS. Nivelensi additur: illa Pippini Ducis, ejus præclaræ gestæ habentur. In Martyrolo. Rom. legitur istud elegit: Nivigello in Brabantia S. Gertrudis Virginis, que clarissimo genere orta, despiciens mundum, et toto vita suo enstu in omnibus sanctitatis officijs se exercens, Christum sponsorum in celis habere meruit. Aliis elegit honoratur a Notker, Maurolyco, Felicem, Galusina, Caesario, Witsfordo, aliusq[ue] in suis Martyrologiis, Saussatio etiam in Martyrolo. Gallicano, Molano in Natalibus Sanctorum Belgij, Mirao in Fastis Belgicis, Gelenio in Fastis Coloniensis, Ghiano in Natalibus Sanctorum Canonorum, Wione, Doryario, Memredo, Bucelmo in suis Martyrolo. Benedictiis. Die proxime sequente resertur in MS. Martyrolo. S. Cyrynet et MS. Usuardo Parisiensi S. Germani: quo die Officium Ecclesiasticum sub ritu duplii visitatur apud Canonicos Regulares Lateranenses, quod dies xvi Martii impediat festivo cultu S. Patricii. Gabriel Penantus in suis ad ea Officiorum Notationibus agnitum Benedictinos, quod suo S. Gertrudem Ordine adscribit. At proprio suo die colitur S. Ger-

trudis apud Canonicos Præmonstratenses, et Canonicos Regulares Hindesemenses, et in Ordine universo Carmelitarum ut sere per omnes provincias et dioceses Germanicas a Salisburgensi, Passauensi et Ratisponensi usque ad Slesvicensem, Raciburgensem et Caminensem ad mare Balticum: per Bohemiam etiam et Poloniam: ut non mirum sit, si Trevirensis, Colonicensis et alii Belghis viuinres provinciarum Officio Ecclesiastico honorent: quod præstant in Belgia Cameracenses, Namurcenses, Leodienses, Lovanienses, Antuerpienses, Bruxellenses, Brugenses, et alia in subjectæ Ecclesiæ, ut Ultrajecta tota provincia cum eis subjectis Episcopatus. In Bruxvilio etiam Burgensis apud Hispanos prescribitur Commemoratio S. Gertrudis.

3 Exstant præterea illustres ejus nomini diecatæ Ecclesiæ, inter quas prima censuridebet Nivelensis in qua corpus suuissime Virginis Gertrudis honorificentissima in thoco reclusum detinetur. Lovaniis etiam est illustris Abbatu nobilium Communorum Regularium S. Gertrudis cum unex templo purnchul: ubream festo die honorari ex constitutione Honoratu indicat Molanus.

Laudis etiam, ubi nata ab aliquibus traditur in celebri quandam Pipini parentis palatio, templum habet et cultum celebrissimum, in quo ejus intercessione curationes factus innumerabiles tradit Josephus Graldophus a Ryckel Abbas S. Gertrudis Lovaniensis in suis clucubrationibus de S. Gertrude pagina 198 et sequentibus, ubi facile quadraginta ecclesiæ, potissimum in Belgio, euemerat singulari cultu S. Gertrudi sacras. De Gertrudisbergia infra agemus. Aliquid Reliquiarum sacrarum se possidere gloriantur sanctimoniales Forstenses prope Bruxellus, una cum pedo ejus pastorali. At dentem ejus pic adseruant Cistercienses monasterii Salsinensis prope Namurcum: de ossibus sacris ejusdem Virginis habent Præmonstratenses canobii Parcensis prope Louvum: ut ea leguntur in Hieroglyphacu Belgico Ruissi pag. 222, 402 et 459. Gelenius in Fastis Agrippianis istud de S. Gertrude elogium habet: S. Gertrudis Virginis, filia S. Pippini Agrippinensis Ducis, que Colonie sui nominis ecclesia et monasterio honoratur: mandibula S. Gertrudis est Colonie in ecclesia Montis-Marie Virginum Carmelitanarum. Idem Gelenius Coloneum traitit osservari ostentum ex manu ejus apud Carthusianos; alias Reliquiarum portulæ esse in ecclesiæ Collegiatis S. Severini et S. Maria ad Gradus, in parochiali S. Lupi, item apud Benedictinos S. Martini, apud Clarissas, et alias Virgines Conventuales tertii Ordinis S. Francisci. Verum non omnino securi sumus esse Reliquias hujus Virginis Gertrudis, cum ex revolutione S. Elisabetha Schonungenis et B. Hermanni Steinfeldensis, et omnibus sex titulis septentrionalibus et indicibus Ecclesiæ ubi Hermanno Crimbachio collectis, inter Virgines et Martyres Ursulanos plures repellantur nomine Gertrudis appellata. H[oc] nas S. Gertrudis Virginis Reliquias esse in ecclesia Virginis Annuntiata extra muros urbis Bononiæ indeat Musius in Bononia prælustrab.

4 Preter hunc diem natalem aliæ sunt festivitates ad honorem S. Gertrudis instituta: inter quas ad diem secundam Decembri Nivellæ consecratio S. Gertrudis Virginis refertur ex proprio loci Martyrologio apud Molanum in Additioibus ad Usuardum et in Indiculo ac Natalibus Sanctorum Belgij, quod pridem ante observata uictus MS. Florinii Canonicus Regularis his verbis: Eodem die consecratio seu uictus S. Gertrudis

n pterisque
Ecclæsias
Germanicæ,
Polonie, et
Belgiæ

Nivellæ
Corpus ei
erectæ illi
dicatæ;

alibi Reliquie
in Belgio,

Cotonia,

et Bononiæ:

Consecratio
S. Gertrudis
2 Decemb.

A dis Virginis Nivellensis de stirpe Carolidarum, facta a B. Amando Trajectensi Episcopo et Confessore anno salutis dcl. Memincrunt ejusdem consecrationis Canisius in Martyrologio Germanico, Suassus in Gallicano et alii in monasticis. Alia solemnitates celebratur x Februarii ob corporis beatissimae Gertrudis elevationem, de qua citatus auctor MS. Florari ista habet: Apud Nivellam oppidum Brauantia Translatio S. Gertrudis Virginis, filie Pippini primi Ducis Brabantiae et Depositio in loco celebriori. De Ducatu B. Pippini actuem est ad hujus Vitam xxi Februarii. At dicta Translatio S. Gertrudis antiqua manu adscripta legitur MS. Adoni monasterii Leadensis ad S. Laurentium: inserta ejusdem memoria MS. Martyrol. Coloniensi S. Marie ad Gradus, in qua ecclesia aliquam Reliquiarum particulam adservari diximus. Meminrrunt dicta Ele-
vationis Greverus et Malanus in Auctorio Usnardi, Canisius, Suassus et Martyrologi monastici. Præte-
re tercio Calendas Junii Translatio in novum fere-
trum anno mcccxcviii notatur apud Molanum in Natu-
ribus Sanctorum Belgii. At iv Idus Aprilis celebratur Translatio secunda ab Hermanno Greven in Auctorio Usnardi. Canisius et disertius in MS. Flo-
rario.

B § II. Vita S. Gertrudis a variis scripta.

Vitam S. Gertrudis scripsit auctor coetus et domes-
ticus, ac testis plurim rerum oculatus, qui tempore
S. Gertrudis in ejus monasterio vixit Clericus seu Ca-
nonicus, et quantum conjicere licet, Sacerdos. Hinc in
Prologo asserit se scribendo conari intimare, quod
vidit vel per idoneos testes audivit. Dein num. 8 tes-
tatur, cum S. Gertrudis reddidisset spiritum, se et
alium Fratrem, Rinchinum nomine, suis evocatos
propter consolationem Sororum seu saeculum, et
snavissimum odorem tum, et inde digressos sensi-
se. Et sub finem ista addit: Ne cui hoc incredibile
fortasse videatur, testem Deum invoco, quo oculis meis
vidi, et per idoneos testes didici hoc quod scripsi.
Vitam hanc damus, ex codice MS. monasterii Vallis-
Lucentis, Ordinis Cisterciensis in dieceti Seuonensi,
nobis transmissum a Petro Frauncisco Chifletio Societi-
atis nostre: eumque contulimus cum apographo nostro,
olim ex alio codice MS. exaratum, in qua sub finem
nonnulla subvertuntur. Habuit Surius similem codicem,
in quo, nisi ipse emiserit, defuit ultimum miraculum.
Ceterum asserit se stylum intasse, et miracula sum-
mitum edidisse. Hunc primam S. Gertrudis Vitam aliis
quoque interpolavit, et meliore phrasu canunt est polire,
quam habuimus ex MS. Lovaniensi Ibbatiax S. Ger-
trudis: verum eam omittimus, jam vitam a dotti mo-
nasterii Abate Josepho Geldalpho a Richel. Hinc non
admodum dissimilis est aliqua a nobis descripta ex MS.
Codice Sevniensis Christine Regiae Sueciae cui atius
præfixus Prologus, et sub finem duo miracula subver-
tuntur, quæ in Appendice inde donum. Eadem habentur
in codice Monasteriens Bernardi Rottendorfi elegan-
tori stylo amplificata.

6 Alia Vita, tribus libris distincta, est in codicibus
MSS. Tervirensi S. Maximini, Ultrajectino S. Sal-
latoris, monasterii Boni-fonsis in dieceti Remensi, Ca-
nonicorum Regularium S. Pauli, et duplice MS. Ru-
ber-Vallis in silva Sonia prope Bruxellas. Auctor hic
faretur in Prologo se hanc Vitam potissimum conscribere,
secundum quod veracissima ac fidelissima narra-
tione, licet inculto sermone nobis tradidit qui vitam
et virtutes ejus oculis suis vidit, quique sacris ex-
equiis, dum divinus odor totam in celso sese diffun-
deret, præsens interfuit. Dum vero lib. 2 de diffuso
divino odore in ejus obitu agit, ista addit: Frater ille
quem tunc percunctatus est Rinchinus, vitam Vir-
ginis, quam oculis suis viderat, simplici ac rus-

tico stylo, sed veraci sermone postea conscripsit. Ex D
quo susceptam materiam nostra narratione formare,
et sanctarum Virginum caritati tradere curavimus.
Constituimus nos hanc Vitam in tres libros distinctam
dare, et vel ideo suis animadversionibus illustraveramus;
verum vidimus auctorem cum non sat solidis principiis
imiti, dum alia ex priore Vita non excerpta adjungit:
uti est fuga S. Gertrudis in Franciam Orientalem,
quam infra merissimum fabellam esse demonstrabimus.
Dein liber prius vix spectat ad S. Gertrudem, sed ait
gusta aliorum ex ejus familiis. Ex hic edidimus xxi
Februario quæ ad B. Pippinum putrem spectant, editu-
turi ad viii Maii Vitam B. Itx sive Idubergæ ma-
tris, et xviii Decembri Acta S. Begge Sororis, ex
qua ejusque munro Insignis prognati sunt Pippinus
herstallius, Carolus Martellus, Pippinus Rex, Carolus
Magnus, Ludovicus Pius, et hujus posteri, quos enum-
erare non est ansus auctor, ne propter tot Caro-
los, Carlomannos, Lotharios, Pippinos, Ludovicos, et Lovani
oriant ex similitudine nominum confusio. Unde excusa
colligimus auctorem vixisse, cum regnum Franco-
rum et familia Carolingia jam prudem defecisset: et
ex aliis familiis regnarent in Germania Imperatores, et
in Gallia Reges: forsitan sculo xi aut xii, quando Vitæ
S. Lamberti, Bavonis et aliorum in Belyo sunt incep-
reformatæ et interpolatae. Remittimus autem curiosum
lectorem ad Josaphum Geldophum a Richel Abbatem
S. Gertrudis-Lovaniæ, qui hanc Vitam typis Lovaniens-
ibus anno MDCXXXII vulgavit, monemusque eo urediue
scriptum esse, prout pagina 102 indicatur. Ex hac
Vita longiore contracta est illa, que in secunda parte
Legendæ, anno 1483 Colonia et 1483 Lovaniæ excusa,
estat, cum eadim fuga in Franciam Orientalem: que
etiam legitur nonnullis Martyrologiis et Breviariis in-
serta. Habetus etiam Sermonem de laudibus S. Ger-
trudis Virginis descriptum in prima parte Hagiologii
Brabantiorum, conservata in bibliotheca Ruber-Vallis,
quem etiam reperimus in secunda parte diversorum
Legendariorum canonib[us] Corseunduncani itidem Canoniceorum
Regularium prope Turnhoutum. Scutentia ex sacra
Scriptura preponitur ista Tobias 3. Mundam servavi
animam meam ab omni concupiscentia, ne deinceps ita
incipit: Secretum Regis celare bonum est, opera au-
tem Dei revelare et confiteri honorificum est. Quæ
indicasse sufficit. At damus ex eisdem codicibus His-
toriarum Reliquiarum S. Gertrudis examinatarum, et
triū illuminiū miraenorū, et Appendicem secundam
appellamus.

7 Theodericus Abbas S. Trudonis, in Vita S. Ba-
vonis ad Kulendas Octobris illustranda, scribit S. Bavo-
nis animam felicem in ipsa exitu sui hora apparnuisse
longe manenti in monasterio Nivellensi sancte Vir-
gini Gertrudi, ut mitteret linteum condendo su-
neri necessaria. Verum quia Theodericus mortem
S. Bavonis asserit contigisse anno MCCCXXI, quo solum
anno ant sequente nata est S. Gertrudis, res suspecta
fore, nisi aliounde constaret Thoerericum in annis
Christi, et certis Imperatoribus ac Pontificibus adjun-
gendas plane aberrasse. Certo ad Vitam S. Amandi 6
Februario § 13 ostendimus S. Baronem martium esse
anno MCVI, et consequenter natum esse sub initium is-
tius seculi vii, non vero anno MLLXXVIII, ut ex Thoerericu
deducit Carolus le Coine in Annalibus Ecclesiasticis
Francorum ad dictum annum num. 6 et 7. Diximus
præterea § 8 ad Vitam S. Amandi num. 59 Ottoneum
primum Imperatore, diplomate anno pcccccvi dato, hujus apud
Gertrudis genses confirmasse Nivellensibus hereditatem S. Gertrudis,
sitam in pago Tessandria, super fluvio Struona, in
villa qua dicitur Bergom: Hilsundem etiam Comi-
tissam Striensem, diplomate anno pcccccvi signato,
pra monasterii Thorensis ad Mosam fundatione donasse
ecclasiæ de Stryen, quæ est consecrata in honore
Mariæ Virginis; Montem-litoris, ubi beatissima
Gertrudis

A Gertrudis corporaliter conversata est, et cellam habet a S. Amendo consecratam. *Est dictum Bergom seu Mons-historis, nunc Berga sen Mons-S. Gertrudis, oppidum prævicias Hollundia, in ulteriori versus Brabantiam ripa hanc procul Breila situm, olim Trajectensis, deinceps Leodiensis, nunc Silvaduensis diocesis: nec procul inde ultra fretum Bisbosum est etiamnum regnacula Strien.*

B *Aliud extat oppidum, Fossa dictum, Nivellensibus ultra Sabina fluvium supra Namurcum, nunc jurisdictonis Leodiensis, olim a S. Grytrude donatum SS. Foillano et Ultano fratribus, ut lib. 2 posterioris Vita apud Geldolfum indicatur, et in Vita antiqua S. Foillani, quae ex pluribus MSS. summis datur ad xxxi Octobris. Pauca ex hac lectori proponimus, et sunt ista: Erant ibidem multæ in formine sexu nomen Domini benedictentes: inter quas luebat sancta Virgo Gertrudis Nivellensis, velut inter stellas luna minores. Quae comperieus Foillannum esse Episcopum, moribus sanctissimum, benigna eum familiaritate percoluit, præchans sibi quoque fratri Ultano quæcumque carnis necessitas exigebat. Porro ipsa quotidie a B. Foillano reficiebatur spirituibus cibis, et tandem, consulta matre Iduberga, B. Gertrudis tradidit*

B. Foillano de rebus proprietatis sua locum, quem indigneos Fossas vocant, jure perpetuo: ubi Sanctus construxit ecclesiam, et Fratrum per cellas habitacionem distinxit: quorunq; curam fratre suo Ultano committens, ad B. Gertrudem reversus est. Philippus ab Elcemosynis Abbas Boni Speci pluribus endem deducit, quæ apud eum videri possunt. Extant et raru hymni et alii Cantus in variis Brevarius, et apud Geldolfum a Rykel, que curiosus Lector poterit ibi habere.

VITA

auctore Coevo, Clerico aut Presbytero domestico.

ex variis MSS.

a PROLOGUS

Sancta et inseparabili caritate largiente credimus, atque inviolata ac stabili ille tenemus, quod desiderantes ælestis patriæ viam tenere, et terra-nra hera funditus relinquere, ad aeterna premia obtainenda valent adjuvari: si de vita vel conversatione Sanctorum Sanctarumque Christi Virginum ad edificationem vel profectum proximorum veraciter aliqua, licet panca, scribendo aut praedicando studio commonerio: quatenus Sanctorum sanctarumque Virginum precedentium exempla cordis nostri tenebras flamma caritatis et ardore sanctæ compunctionis valeant illuminare. Propterea omnium opitio Spiritu sancto adjuvante, de beatissime Virginis atque Christi familiæ matris Gertrudis vita et conversatione, qua secundum Deum et disciplinam regulariter vixit sub axe corli, juxta id quod vel vidimus vel per idoneos testes audivimus, adjuvante Christo, atque sacra puerilla b Dominica Abbatissa, ac sancta congregatione Nivialensis monasterij (ubi sancta Virgo processo venerabatur postulaente, scribendo coenabat eritatis vestre intimare. c Sed quo ordine de terrena origine genealogiam assumpserit, huic sermoni inserere longum est. Quisnam autem in d Europa habitans huius programmi altitudinem, nomina ignorat, et local?

b In MS. Sciriptariorum Christianorum Belegiarum Sueciae hic Prologus proponitur. De vita et conversatione beatae Virginis Gertrudis non ad plenum non enim subtilius sed pro posse, ni vel ipsi vidimus vel testimoniis hominis referendis audivimus, aliquæ scribere. Dominus Iesus Christus primum adjuvante, deinde venerabilis puerilla Dominica Nivialensis monasteriorum Abbatissa adhortante, expiebimus. primumque quoniam ordine de propagione sibi singulis lignis transversi, licet tota hoc Europa non ignoraverit,

pauca aperire non inutile erit. *Alius Prologus prefatus est longior. Vide apud Ryckelton, usque uinculus in MS. Rubra-Vallis. b An Domina Abbatisa, serviet Igne, de cuius obitu nullus dixit. — c Seguntur desunt in MS. Regna Suecia. Pipinus quondam Karolomanni Principis filius qui cum B. Arnulpho sub Citothorio et Dagoberto Regibus populum, inter Carolinianam silvam et fluvios Mosam et Musellam usque ad Fresonum flues vastis limitibus habitationem, justis legibus gubernavit beata Virginis pater, mater vero illa extitit. Habet fratrem Grimwaldum, qui, adjutorio S. Guniberti Coloniensis Episcopi, patri sibi Sigelberto Rege in principatum successit. Fuit ei soror, nomine Begga, quia Ansgiro Duci, filio Arnulphi, nupsit: quam illius Pippinus extitit Princeps. Fuerunt ei et agnatione propinquæ Virgines Aldegundis et Waldestrudis, et alii plures ejus temporis viri ac mulieres, non soluta consanguinitate, sed et propositi et religiosis conversationibus: quos, quia hic ad viam sanctæ Virginis describendam festinamus, supersedemus scribere. Eadem sed alia phrasis continentur in MS. Rattendorpi. Sunt priores de isticione Pippini desumpta ex Annalibus Herrenbus. Consule de eo edita 21 Februarii Acta virtus S. Aldergrindis deditum 30 Januarii: sed obscuræ mentione hujus agnitionis. Fuit eius soror S. Waldestrudis, conjugata S. Veneratio, ex qua liberos genuit. An quia fundatrix Canonicarum Monasteriorum, atque inter eae sunt, hic Virgo, id est sanctimonialis dicitur? Eadem fere lib. 1 prolixiora Vita omiso nomine Virginum habentur, — d In Vita S. Theodardi Episc. Traiectensis 10 Septembris, ista legitur: Ecquid vero opus est predicare nobilissimam Gertrudis Nivellensis, cuius nominis gloria est diffusior quam tota Galba.*

CAPUT I.

Pia S. Gertrudis educatio: vita sancte peracta.

Igitur cum esset in domo parentum sancta Dei puella Gertrudis, secus pedes beatæ memorie genitricis sue Itte, die ac nocte a verbo et sapientia meditabatur, Deoque cara et hominibus amata, super suas cotæneas crescebat. Hoc primum electio- nis quæ in Christi servitio initium fuit, sicut per justum et veracem hominem comperimus, qui præsens ibi aderat: quia dum Pippinus genitor suus Regem Dagobertum in domo sua ad nobile prandium invitasset; adventi ibidem unus pestifer homo, filius Ducus Austrasiæ, qui a Rege et a parentibus puerile postulavit ut sibi ipsa puella in matrimonium b fuisse promissa secundum morem seculi. Propter terrenam ambitionem et mutuam amicitiam placuit Regi; et patri puerelle suscit, ut in sua præsentia illa cum matre fuisse evocata. Illis autem ignorantibus propter quançauam Rex vocaret e infantem, interrogatum inter epulas a Rege, si illum puerum auro fabricatum, sericis indutum, volnisset habere sponsum. Illa autem quasi furore repleta, respuit illum eum juramento, et dixit: Quia nec illum nec alium terrenum nisi Christum Dominum volo habere sponsum, ita ut ipse Rex et Proceres ejus valle mirarentur super his quæ a parva puella ex Dei jussione dicta erant. Ille vero puer recessit confusus, iracundia plenus. Saucta autem puella ad suam se convertit genitricem: et ex illa die parentes ejus cognoverunt a quib; Rege adamata fuerat.

3 Post annos vero d quatuordecim cum pater ejus Pippinus de hac luce migrasset, matrem in uitæ secuta est, eique in obsequio atque in Dei mandatis sobrie et castè et serviebat. Cumque quotidianæ supradicta materfamilias tam de se quam de sua orphana filia, quid esset factura, cogitaret: adveniens vir Doi f. Ansgaro Episcopus ad dominum suum, verbum Dei prædicans ex Domini iussione, rogabat; ut monasterium sibi suaque filie Dei famulæ Gertrudi et Christi familie construeret: quæ statim ut intellexit ignotæ rei notitiam ad salutem animarum pertinentem, sacrum velamen accepit, et semetipsam Deo tradidit, et omnia quæ habebat. Sed hostis humani generis et instigator, qui ab initio bonis operibus invidus est ad resistendum, prævorum corda firmabat, ut ab his, qui ad Dei voluntatem faciendam eam adjuvare debuerant, non parvam sustineret tentationem. Quales injurias vel ignobilitates, et penitrias pro nomine Christi supradicta famula Dei cum filia sua perpessa est, scribere longum est, si per singula narrarentur. Sed hoc tam

*a maiore sancte
consecratur;*

*sacrum
relatum
accipit r*

*sacramentis
adornata;*

g

*mater
defuncta
h
i
k*

l

*lumen cum
albus partur.*

*exercititia
mu ratat.*

c

Atum, quod ob devotionem et desiderium quod habebat in se divinum, ut violatores animarum filiam suam ad illecebras hujus mundi ac voluptates per vim non raperent, ferrum tonsoris arripuit, et capillos sanctas pueras ad instar coronae abscondit. Sancta autem famula Christi Gertrudis agens Deo gratias, gaudebat eo quod meruisset in hac brevi vita pro Christo in capite coronam accipere, ut illuc perpetuam coronam, corporis et animae integritatem, digna esset babere. Deinde misericors Deus et adjutor in tribulationibus, ipsos adversarios ad pacis concordiam revocavit. Cessarunt iurgia, pars diaboli victa est. Mater vero familias Itta, filiam suam Dei electam Gertrudem Sacerdotibus Domini tradidit ad accipientium sacrum velamen cum sodalibus suis, et sancto gregi coenobitarum Christo ordinante praesesse constituit. Namque habebat ipsa Virgo magnam morum continentiam: meutis sobrietate, verborum moderatione senilem antecedens aetatem. Erat autem caritate praedita, vultu pulchra, sed pulchrior mente: castitate integra, eleemosynis larga, jejuniis et orationibus delecta, curis pauperum ac peregrinorum provida, infirmis ac senibus pia, juvenibus vero in disciplina exititi strenua, erga ecclesiastica vasa summo studio pastoralem habebat curam. Et per suos nuntios boni testimonii viros, Sanctorum patrocinia vel sancta volumina de urbe Roma et de transmarinis regionibus a guarios homines ascerbat ad docendum divinam legis carmina, ut sibi et suis quid esset meditandum, Deo inspirante, meruisset habere.

4 His itaque omnibus juxta divinum ordinem dispositis, plena dierum et perfecta aetate, exemplum boni operis posteris relinquens, soboles *h* habens et ex eis videns nepotes, plus minus i sexagesimo aetatis sue anno memorie beate Itta, post obitum viri clarissimi Pippini Domini sui anno *k* duodecimo, Deo et Angelis spiritum commendans, migravit ad Dominum, et in Nivialla monasterio sub tegmine *B*. Petri Apostoli honorifice traditur sepulturae. Cum ergo beata famula Dei Gertrudis, matre defuncta, omne onus regiminis super se sola suscepisset; infra se cogitabat de cœlesti contemplatione, quam sibi sine secularium strepitu habere *t* optaverat. Bonis ac fidelibus dispensatoribus foris de Fratribus, infra vero septa monasterii spiritualibus Sororibus curam familiarem commendavit: quatenus diebus ae noctibus in agone sancto vigilis ac orationibus sanctis, lectionibus et jejuniis contra spirituales nequitias potuisse dimicare, ita exitus rei patuit in illa, ut pene omnem bibliothecam divine legis memoria reconderet, et obscura allegoriae mysteria Spiritu sancto revelante aperte auditoribus aperiret. Item Sanctorum ecclesias et alia præcipua aedificia ex fundamentis construxit: et orphanis, viduis, captiuis, peregrinis, almoniam quotidianaum cum omni largitate ministravit.

5 Nec prætereundum est, ut arbitror, quod ipsa Dei famula quasi pavore perterrita, nobis narravit. Cum ad altare *S. Sixti Martyris* orationis causa stetisset, vidit super se descendenter spherae flammeam perlucidam, ita ut tota basilica illius claritate fuisse illustrata, quasi hora dimidia: paulatimque recessit unde venerat: et postea cernentibus aliis Sororibus iterum super ipsam apparuit eomo. Quid istius lucis manifestatio indicabat, nisi veri luminis visitationem, quod omnem Sanctum pro se et omnibus fidelibus in Christo orantem illuminat?

6 Quadam autem die periclitantibus missis in mari, ejusdem beatae memoriae Gertrudis commemoratione ad vitam opportune succurravit. Dum pro utilitate monasterii in pelago cum tranquillitate navigarent, longe apparuit quasi navis mirre magnitudinis ve-

niens ex latere. Cum autem appropinquasset, levavit se magna tempestas, et mare ingentibus fluctibus tumescerat. Et ecce magna et terribilis bellua quasi jaetus funde ipsa missis apparuit: cuius non totum, sed ex parte, dorsum viderunt. Et nautæ tremefacti, de vita nihil sperantes, suis votum voverunt idolis: ipsi autem missi nomen Domini invocantes, illam novissimam horam speraverunt. Et exclamavit unus de nostris, qui adhuc vivit, et dixit ter: Gertrudis adjuva nos, sicut promisisti. Certe qui vidit et audivit, testis fuit: in tertio illo verbum repetente, cœtus abyssum petivit, et illi cum laetitia et tranquillitate ea nocte portum obtinuerunt: ita per orationem ancillæ sue pauperes suos Christus liberare dignatus est a morte.

a Surius edidit; Verbi Dei sapientiam meditabatur. — b Apographum nostrum: Juxtercut secundum scenti dignitatem. Addit Surius: Et jucundus fuit Ilegi hic sermo. — c Decem circuitorum annorum. Certe moriente Rege Dagoberto anno 641 erat 12 annorum, muta anno 632. — d Scilicet a naturitate. Surius ita mutavit: Elapsis inde annis quatuordecim: ubi 70 inde videtur referri ad alioquin Regis Mortuum est. II. Pippinus anno 646. — e MS. Vallis-Lucensis, perseverabat. — f Eadem divisus in Vita S. Amandi, qui tunc prævat Ecclesiarum Trajectensis, sub quo erat Nirella: et adularius utram S. Modobaldus Episcopi Freiburgensis fratris S. Idubergi Consul § 8 et 11. — g In MS. et edd. Lovani. et MS. Reg. Sueciæ additur, et genit. Scotorum. In Vita prolixe nominantur SS. Foillanus et Uennenus. — h Ex Grimouldo fratre vult Childebertum, deus Regem Anstrassorum: ex S. Beppo potius etiam vultus liberos: et forsitan Pippinum deus Principem. Ne nepte Vulfedrum infra agetur. — i In MSS. Reg. Suec. et Lovani. Complevit annos aetatis sexaginta. — k Ibidem. Viserat post obitum illustris viri... annos duodecim, ergo obiit anno 658. Huc eponus notulus est viii Maii. — l In apographo nostro, horatula fuerat. — m In eodem additur, illi que late scripsit. Surius sic mutavit. Hoc quidem nos ab illo habemus, qui presens interfuit.

D
VICTORE
COEVO
EX MSS.

m

CAPUT II. *Præparatio ad mortem felix obitus, sepultura.*

P

ost aliquos annos cum ex causa nimiae abstinentia et vigiliarum custodia, ejus corpuseulum magna ægritudine graviter fatigaretur; per revelationem divinam beata Virgo Gertrudis cognovit, quod suns de hac luce appropinquasset transitus. Cum consilio ergo servorum Dvi vel ancillarum, omnem honorem et honoris vocabulum vel curam pastoralem, quam erga gregem Christi corporaliter habebat, [nihil curans] nisi sola spiritualia propter Christi amorem, funditus dereliquit: et a neptuo suam, secus pedes ejus a cimabulis sub sancte Regulæ norma sacris litteris imbutam et nutritam, nomine *b* Vulfedudem, in vices suas coactam, constituit regere gregem Dei et pauperibus ministrale. Tunc et ipsa sacra puella Vulfedridis vigesimum aetatis annunti habebat: que ex antiquo Francorum genere clara et ipsa edita fuit. Erat autem vultu serena, familiæ cara, lenis subditus, dura superbitis, pauperibus larga, parentibus pia, eloquio blanda, caritate erga Deum et proximum fervens, et continentia permansit pura. Contigit autem ex odio *c* paterno, ut *d* Reges, Reginæ, et etiam Sacerdotales per invidium diaboli illam de loco suo, primum per suasionem, postmodum vellent per vim trahere, ut res Dei, quibus benedicta puella prævat, inquietur possiderent. Sed Domini misericordia et Sanctorum orationibus protecta, omnibus suis adversariis Christus cui se ancillam davorvit modo restitut, et ita ei Deus gratiam suam contulit, ut qui antea per cupiditatem raptiores atque accusatores extiterant, postea largitate et beneficiis extiterint defensores. Omnibus itaque bene dispositis, et Christi ecclesiis restauratis, decimo deinde et primo anno, ex quo creditum sibi suscepit regere gregem, per quinquaginta et plus dies grasse ante langore lectulo detinetur, solito more per pauperes et egenos largas eleemosynas tribuens, omnibus secundum Evangelium debita remisit, ab omnibus pacem ac benedictionem recepit. Inter spirituales Dei ancillas fide et spe in Christo fiduciali-

E
Prævidens
obitum suum,

a
b
c
d
e
f
*substituit
sibi in regim
ne Vulfedru
dem neptem,*

c d

ter

AUCTORE
C. F. VO
EX MSS.

Ater sperans, trigesimo ætatis sue anno lætum emisit spiritum sub die nono Calendarum Decembrium, et in gremio basilice B. Petri Apostoli cum summa diligentia marmoreo tegitur e tumulo, ubi Sanctorum omnium resurrectionis expectat diem.

B Unde digressi sumus ad id revertamur. Beata igitur famula Dei Gertrudis postquam vinculum honoris de sua conscientia relaxavit; quasi trium mensium spatio indesinenter orando, exhortando quisque verbum Domini prædicando, loqui non cessavit: spe gaudens, in tribulatione patiens, mente invicta, vultu serena, transitus sui extremum alesse optabat diem. De carcere ad regnum, de tenebris ad lucem, de morte festinabat ad vitam: et cum solo in mundo hic esset corpore, quotidie animo ad aeternam transire cupiebat. Virtutibus proficiebat, continuis orationibus, afflictioni, abstinentiae singulariter serviebat. Addidit etiam aspernum vestem cilicinam et occulte summum induit corporiscentum: ne ullam in hac vita haberet suavitatem refrigerii, nisi ubi fulgebunt Sancti sicut Sol in regno Patris eorum. Cumque ad diem pervenit extremum, ita decrevit in ipso sepultura loco nullum lamenum, nec linenum vestimentum super se mitterent, praeter unum velum vile mul-

tum (quod quedam peregrina sanctimonialis ante dies plures illi pro benedictione illexerat) ad caput cooperendum, et ipsum cilicium in sepulcro, ubi in pace quiescit: nulloque alio velamine cooperitor, exceptis his duobus, cilicio quo induita fuerat, et paucis vetero quo ipsum cilicium tegebatur. Dicebat autem quod res superflua nihil morientes nec viventes adjuvare posset: quod verum esse sapientes testantur. Deinde cum appropinquaret dies assumptionis anime illius, vocavit unum de Fratribus, et præcepit ei dicens: Vade festinante ad illum peregrinum, qui nomine vocatur h. Ultanus, qui est remotus in monasterio quod appellatur h. Fossuum: et dic ad illum: Virgo Christi Gertrudis misit me ad te, interrogare quali die migratura sit de hac luce, quia videlicet timere dicit, similiterque congandet. Et ille tibi dicturus est, quid dehinc remuntrare inibi. Vade, noli dubitare. Mox ille impedita jussione, quod ei fuerat mandatum interrogavit. At ille servus Dei Ultanus sine mora ipso missa responsu dedit, et dixit: Hoc die decimus sextus Calendas Aprilis est dies, Crastine autem die inter Missarum solennia illa Beati annula et Christi virgo Gertrudis de corpore est migratura. Et die eum, ut non timeat neque trepidet de obitu suo, sed beta perget: quia B. Patri eius Episcopus cum electis Angelis Dei et cum ingenti gloria parati sunt eum recipere. Vade et tu velociter. Interrogavit autem eum ille Frater, qui fuerat transmissus si hanc causam per revelationem divinam vidisset, ut ei per ordinem indicaret. Et ille servus Dei Ultanus in responso dixit: Vade et tu Frater festinus, scimus hoc quid die crastina migratura sit ad Dominum. Quid me plus interrogas? Qui reversus mutuavit famulam Christi, quod fuerat dictum ad eum. At illa quasi ex somno vigilans, hilarem prægadio reddidit vultum, gratias agens Deo eo quod per suum servum suam auxilliam dignatus sit consolari. Ita de promissione sua beta permanxit, ut per totum noctem cum Sororibus in psalmis et orationibus diceret vigilans. Crastina autem die h. Dominicæ, hora quasi sexta, iuxta vii Dei verbum, suerissimum Christi corporis et Sanguinis viaticum accepit. Et quando Sacerdos Dominicam secretam sententiam habuit finitam, trigesimo et tertio ætatis suo anno, sub die sextodecimo Calendas Aprilis, natus Creatori suo gratias, qui sine corruptione eam ad summum dignatus est vocare regnum, Deo desideratum reddidit spiritum. Dum ibidem ego et alius Frater, Rinchinus nomine, fuissemus evocati

propter Sororum consolationem, vocavit me ille servus Dei ex nomine Richinus, et dixit: Sentisne aliquid? Ego autem respondi: Non, nisi Sorores in grandi merore video. Cum haec dixisset, venit suavissimus odor: et quasi fragantia unguentorum mixta redolebat illa cellula, ubi sanctum corpus jacebat. Et nos inde digressi, in naribus nostris adhuc illius miri odoris suavitatem sentiebamus. Quia omnia honorifice, que circa corpus ejus agebantur, olim sibi preparaverat; cum divinis laudibus a Sacerdotibus et Dei ancillis corpus beatissimæ Virginis Christi Gertrudis honorifice traditur sepulture, ubi quotidie orationum ejus præstantur beneficia.

a Grimoldus fratri filium, hinc ejus amita dicitur apud Nivelles, ut Boissius in Hieroglyphacio Beltoio pag. 233 ram. vocal. — b Wulftrudis, atius Wulfrudis, Wulfrudis, Wulftrudis. — c Quia Grandulus post mortem S. Sieberti, ablegato in Hiberniam filio Dagoberto, filium suum Childebertum intraserat. Consule Distrubans nostram de 3 Dagoberto lib. 2 cap. 2. — d Ejus corpus ibidem nolite aservari scribit ante citatus Boissius. — e Apographum nostrum, oneris. — g Cottar S. Ultanus frater s. Faillani et Fauri i. Mail. — h Faus a S. Gertrude donata SS. Faillana et Ultano, nunc iurisdictione Lourdiensis oppidum, Nivelles ultra Subim supra Narancia leuariorum circiter sex spatio distans. — i In vita longiore in seculum adhortatio ad Sanctuomates. — k Dominica 2 Quadragesima anno 664, ut supra probatum est.

Fulfrudus

causa odii

erga eam

Faus oppidum

Vivere
S. Gertrudem
in celo
declarant
miracula.

CAPUT III.

Miracula priora S. Gertrudis, tempore Vulfrudis Abbatissæ facta.

Cum multos homines cernamus in hoc seculo viventes vitam Angelicam ducere, unde hoc fieri potest, nisi quia, quamvis corporaliter hic apud homines vivant quamdui in corpore subsistant, tamen eorum mens et conscientia in aeternitate solidator, et cor ipsorum in contemplatione divinitatis incessabiliter occupatur. Ita et hec famula Christi Gertrudis: cuius vitam vel conversationem a primo juventus aeo conscripsimus, quamvis hic carnaliter apud mortales conversata fuisset, et gubernatrix extiterit famulorum famularumque Christi, quæ sub ditione sua degenerauit, tamen interiore vitam ac perpetuam numquam in oblivionem tradidit, nec statum rectitudinis sue, nec mortis gravitatem, nec disciplinam rigoris amisit. Ideo apud omnipotentem Dominum promississe manifestum est, post ejus obitum non minimas fieri per ipsam virtutes: quantum nunc etiam omnia innotesceret, qui vitam ejus vel abstinentiam corporis agnoverunt, quantum apud Deum obtinere precibus valeat; cum virtutes quas Dominus sicut peccantium fidem exigit, dignatus est ostendere ad sepulcrum ejus, aliquas exinde commemoraverimus et ad medium deduximus.

D 10 Erat quedam a Abbatissa in monasterio b Tremenst, cui nomen erat Modesta, et haec ipsa ab infantia sua Domini consecrata fuerat, similiterque et S. Gertrudi in eam a divina familiariter constricta videntur. Et quamvis longe posite longeque disjuncta inter se fuissent corporaliter, et a multis milibus spatiis interiacentibus; quod oratorium obtutibus inter se vide nequeverunt, animo tamen atque in cordis dilectione semper presentes fuerunt: quia regalem servitutis militiam bajularunt, et Domino in sinceritate cordis æqualiter sine dolo servierunt. Post multum vero temporis spatium contigit hoc, quod volu ad memoriam vestram narrando revocare, ut quadam die cum predicta Dei famula Modesta in monasterio suo posita orationis causa in ecclesiam suam intrasset, seipsam ante altare Beatae Marie semper Virginis in orationem prosterneret. Cum autem finita oratione surrexisset, et ipsa undique circumspiceret, subito aspexit, vidiisque ad dextrum latum altaris Sanctam Gertrudem stantem in eodem habitu atque in eadem specie, qua ipsa formata fuit.

Dixique

præparat se
ad felicem
mortem:

pe' l'vilem
repellitur.

miso aliquo
ad S. Ultanum,

g

h

intelligit aliud
aut diem et
horam r

i k
acepto
italico oblit.

Apparet ipsa
ebitis sui
hora
S. Modesta
Abbatissa

a

b

c

d

A Dixitque ad eam : Soror Modesta, certam tene banc visionem, et sine illa ambiguitate scias me bodie in hac eadem hora absolutam de habitaculo carnis humani. Ego sum Gertrudis, quam multum dilexisti. Et his dictis, ab oculis aspicientis ablata est. Tunc illa intra se facile cogitabat, quid tanta visio debuisse esset. Et in eadem die, de visione illa nemini iudicavit ullum verbum. Cum autem crastinus advenisset dies, civitatis Episcopus, nomine e Chlodulphius, venit ad monasterium praedictae Dei famulae Modestae. Tunc illa inter alia colloquia Dei virgo interrogavit Episcopum de S. Gertrude, in quali habitu vel ordine vel specie ipsa fuisset. At ille statim per ordinem narravit staturam corporis ejus, et speciem decoris ejus. Tunc B. Modesta intellexit ex signo, quod ab Episcopo andierat, verum esse, quod ante videbatur, et dixit ad eum : Hoe tibi nunc confiteor, quod ante celabam quod revelatum mihi fuit hesterno die hora quasi sexti, quia de hac luce ipso die et eadem hora migrata fuisset. Et postea totam rem per ordinem pandit Episcopo. Ille autem diem ipsum atque horum consignauit praedictus Episcopus Chlodulphus, inventis ita factum ordinem rei, sicut supradicta prius indicaverat Abbatissa.

B 11 Post annum autem decimum obitus S. Gertrudis Virginis Christi, in monasterio Nivallensi ignem exortum fuisse asserunt: ubi ipsa praefuit S. Gertrudis Virgo Christi quando vivens fuit in corpore. Instantum autem, ut dicunt, erupit flamma vehemens, ut nullus monachorum vel virginum seu virorum ibidem concurrentium ullam spei haberet ad liberandum monasterium de incendio. Ipsae autem ancillae Dei, quae ibidem congregatio fuerant, foras murum extra monasterium ad vicina loca configerant. Tunc vir unus, cui curam monasterii commendata fuera regere, repente elevans oculos suos vidi S. Gertrudem stantem in summitate resectorii, in ipsa specie vel habitu qua ipsa fuerat, et cum ipso velamine quo erat cooperia semper jacabant flammam de domo. Ille autem virde tanta visione non perterritus sed gaudio magno repletus, suos socios hortabatur, ut constanter agerent. Ipse autem curvu concito ascendit sursum, ut videret exitum rei. Tunc mirum in modum subito viderunt liberatum monasterium de ipso incendio.

12 Alio quoque tempore admonite sunt per visionem aliquie de Sororibus, ut in ipso lecto, ubi S. Gertrudis ancilla Christi post laborem vigilium orationemque instantiam solebat fatigata membra compocere, nullas hominum ulterius requiescere suisset ansus. Tunc praedicta Dei famula f. Dominica Abbatissa, nepfis Sancte Gertrudis, que secus pedes ejus fuerat nutrita, gaudio repleta est, quod pertanta signorum miracula eam Dominus dignatus sit manifestare. Convocati autem universa congregatio, ipsum lectulum tulerunt, et portaverunt cum honore magno et Dei laudibus, et deposuerunt cum in basilica Sancti Pauli Apostoli: ubi nunc Dominus multa signa atque virtutes ostendere dignatur.

13 Fuit quedam puella in regione eadem, quam gravissima aegritudo depressoresserat, ut nullus eam medicus per annos plurimos sanare potuisse. Et ad extrellum oculorum suorum lumen anasit, et cœcum effecta est. Tunc parentes illius puellæ tulerunt eam et secum duxerunt ad monasterium Nivillanum, ut saltem invenirent ibi aliquos medicos, qui eam curare potuerint. Tunc in ipsa nocte apparuit ei S. Gertrudis per visum, et dixit ad eam: Puella, noli dubitare: sed credere in Domino Iesu Christo, et vade ad lectum, qui est positus in Ecclesia beati Pauli Apostoli, ubi Gertrudis requiescere solebat: ibi acceptura eris sanitatem de omni tribulatione, quam in corpore tuo pateris. Ipsa autem puella propter

gravitudinem infirmitatis suae, non potuit ante diem tertium pervenire illic. Cumque cuncta congregatio in horam tertiam ad opus divinum consisteret, et opus Dei esset completum; superveniente puella, que fuerat infirma, tulerunt eam Sacerdotes et adduxerunt ad lectulum, ubi jussa fuerat ambulare. Cumque se in oratione Domino substravisset, et ad lectum inclibasset, statim aperti sunt oculi ejus; et totum corpus, quod ante vulneratum fuerat, ita respondebat sanatio, ne si nihil unquam vulneris habuisset. Illa autem Deo gratias agebat, et gaudio magno repleta est: et cum exultatione reverberabatur ad suos parentes.

³ Colitur S. Modesta a Novemb. de qua pluribus egiunt in
Bistitio de 3. Dagobertis lib. 2 cap. 12, quod ea passim credamus.
S. terminus filii Dagoberti 2 successores. Vetus Dagobertus
hoc tempore adlesuens in Clericis altissimus in Iherusalem degre-
bat, non anno precedente missus. — b) Mendina irrepsisse in hanc
dormitorum dicto cap. 12 ostendimus ac legi debet in Aventino muni-
sterio, quod S. Romualdus in suo Comitatu Aventinus, ultram
Mosellam exortus ipsam occupante, circa Remermonsum extrinxerunt sanctimonialium negre enim Treviri monasteria
est, sed ipsis complectente via via monasteria. — c) Habet pas-
sim negotii S. Modoldi Episcopi Trevirensis, natus Sorore huic
uti S. Gertrudis alterum episcopum Ita. Fuerint ergo consiliorum, et
hinc potuit error irrepsisse, ut dicatur in monasterio Trevorensi
existeat. Miro subtulio hoc cogitatio ubique in his lata silentur,
— d) In Valli Lucen, multis nullius et terrarum spatis. Galli
e) minarum tenuis minimum 60. — e) Est hic S. Chlodophilus
Episcopus civitatis Metensis, a monasterio in quo S. Modesta
debet ad levem Callicus 25 remota, cuius Chlodophilus frater
Ansarius fuit marinus S. Reggar, soror S. Gertrudis Colitur is
8 Junii. — f) Walletrudis, de quo uictum nonum. 7. Intrusum
impetravit loco Domine nomen Dominicæ Abbatissæ, an clam
in Prologio dubitatur.

CAPUT IV.

*Miracula S. Gertrudis post decennium ubi
obitu patrata.*

His ita gestis, contigit ut predicta Abbatissa nep-
tis B. Gertrudis Virginis Christi de hac hinc a tu-
grasset, qui post ipsam gubernatrix extiterat Ni-
viallensi monasterio. Tunc cuncta familia unanimiter
omnes unam puellam ex nobili genere certam sibi
elegerunt Abbatissam, cui nomen erat Agnes, quae
et ipsa similiter nutrita fuerat a B. Gertrude. Ipsa
autem postea edificavit basilicam in honorem Christi
Virginis S. Gertrudis. Die vero eadem qua ecclesia
edificata fuerat, dum lectum fuisse ibidem cum ho-
nore portatum, ipsa nocte omnes Sorores in eadem
ecclesia cum summa reverentia solemnitates vigi-
lisque habuerunt. Finitis autem Matutinis, et opere
Dei completo, et extimatis lucernis septem, que semper
in eodem oratorio ardore solebant; mane facto,
cum ipse Sorores ad orationem in canadem eccle-
siastiam intrassent, viderunt omnes lucernas ardentes,
quas ante extinctas dimiserant. Unde factum est,
ut divulgatum esset hoc miraculum per universam
regionem illam: et fama exiit de virtutibus ancillae
Christi Gertrudis, ut omnes, qui longe aut prope
essent, venientes ibidem ad epulum Virginis Dei,
remedii quererent animalium et corporum simul-
tum cum Dei adjutorio omnes, qui illic cum amore di-
cuntatis auxilium querebant, sanu atque incolumes
de revertebantur.

13 Erat autem quidam vir in his locis vicinis, cuius uxor cæca effecta est. Tuncque eam vir suus adduxit, ubi sancta Virgo requiescerat ad supradictum monasterium Nivallia. Cum autem ecclesiam intrassent, et illa stetisset subter uirum lampadem, repente effundebatur illa cæneda, ubi ipsa subter stabat, et effundit super pallium quo induta erat. Omnes qui illic aderant, et viderunt hoc miraculum accipientes ex ipsa gutta, unixerunt oculos ejus, et statim illuminati sunt oculi mulieris, quæ ante fuerat cæca. In erastinum autem confortata est in fide et spe in virtutibus sanctæ Virginis Gertrudis, et cana reversa est cum gaudio domum suam. Quoniam

D
AUCTORE
COLEVO
EX MSS

S. Boden

*Ivendense
monasterium*

all consumers

S. Chiodulphus

*Agnes Abbatis
in ecclasiam
construit
S. Gertrudi
in eum lectus
reportatur:*

*Tlucernaz ullo
accenduntur:*

Organisator:

VICTORE
COELO
EX MSS.

capitus
liberatur;

atius ob crimi-
na detenus in
carceri,

b
c
S. Begga
exstructura
monasterium
venit Nivellem

accipit sancti
moniales cum
libris reliquias

et partem
lecti vident
miraculis
claris,

d

e

mormur.

f
g

h

A satis longum est per ordinem totum enumerando perstringere, quanta beneficia Deus per eundem quotidie propter suam misericordiam omnibus ibi confogientibus, et caussam salutis ab ea postulantibus prestat, panca de pluribus perstrinximus, quater omnes, ibi circumquaque advenientes, qui non men ejus cum vera fide invocant, inde incolumes redire ipsis sanctis precibus mereuntur quacumque tribulatione oppressi sunt.

16 Alio quoque tempore dum latrones quemdam puerum comprehendissent, ligaverunt eum, volentes eum in captivitatem extra patriam venire. Cumque dui teneretur strictus in vinculis, remeniorans cum fiducia nomen S. Gertrudis, deprecatusque eam ut sibi auxilium impendere dignaretur; statim reciderunt vincula de manibus ejus quibus fuerat colligatus; et cepit currere, ut se liberaret. Illi autem viri, qui eum vinclata habuerunt, similiter corporum currere post ipsum, ut eum comprehendenderent, et non potuerunt. Sieque liberatus est puer de manu latronum et inimicorum ejus per auxilium S. Gertrudis.

17 Iterum autem postea alio tempore vir quidam in magnis criminibus inventus fuit, ita ut Dominus ejus posset eum tenere et in vinculis constringere. Tunc ille infelix in angustia positus, et nimio pavore perterritus, quia omnes qui aderant de vita hujus longitudine nihil sperabant; ipse qui erat vincetus confortatus est in spe deprecans sanctam Virginem Christi Gertrudem, ut ei misero auxiliaretur: statimque et in ipso tempore contracta sunt vincula ferrea unde erat strictus, secumque ipse detulit ad monasterium Nivialla; et omnes portas monasterii, ostiisque ecclesiarum aperta reperit, et ad ipsum sanctum lectum pervenit, ibique liberatus est per virtutem sancte Virginis Gertrudis.

18 Anno autem b trigesimo tertio post obitum B. Gertrudis, inspirante Domino, venit in corde sue germanae, nomine Beggæ, ut sibi ipsa vellet monasterium construere c. Postea vero in tali devotione spirituali ventaduopradictum monasterium Nivialla, postulansque predictam Abbatissam, simulque omnem congregationem ut ei aliquod adiutorium præberent de causa spirituali, unde maxima in necessitate habuisset sua devotio initium. Tota autem illa congregatio amantissimo animo suscepserunt petitionem ejus, quam ipsa postulasset, et dederunt ei Reliquias et libros sanctorum Scripturarum. Similiterque dederunt ei in sancto habitu seniores spirituales Sorores, que ipsum monasterium docere potuissent regularis vita disciplinam normamque religiosam, prout initio ejusmodi operis erat conveniens. Et ex eo lecto dederunt ei partem, in quo S. Gertrudis germana sua migravit ad Christum. Tunc Christianissima Matrona, acceptis his omnibus, quæ ad religionis reverentiam pertinebant, cum honore et reverentia hæc omnia secum detulit ad monasterium suum, gaudio et exultatione magna repleta. Cum autem appropinquassent ad monasterium, ubi tendebant, levaverunt eum canticos d. voces, et Domino laudes ecceverunt: portaveruntque Reliquias et lectum sanctum, quem secum detulerant, et posuerunt eum juxta altare e. S. Genoveſe Virginis. Quis autem hominum verbis explicare poterit, quanti ibidem quotidie a diabolo mandati, quot infirmi curati et etenim de quacumque tribulatione ibi clamant ad Dominum, liberati redeunt. Anno autem secundo perfectis omnibus, et bene dispositis Matrona illa f. migravit ad Dominum g.

19 Post non multos vero dies ad idem monasterium quadam religiosa fœmina venit, ex nobili genere orta, cui nomen erat h. Adulæ, in omnibus vere ancilla Christi, in habitu casta, in humilitate Reli-

giosa, in caritate non fœta, in elemosynis senibus D ac pauperibus larga, egenis et peregrinis hospitalis. *Acuila nobilis matrona,*

Sed tamen dubitationem habebat, utrum Dominus tanta signa atque virtutes per meritum B. Gertrudis dignatus esset ostendere an non. Unde contigit ut contentio inde oriretur, sic tamen quasi per jocum inter predictam matronam et unam famulam Dei ibidem in monasterio consistente. Quadam autem die interrogabat eam Matrona, dicens: Quali die erat festivitas S. Gertrudis. Illa autem respondens dixit i. Quinta hebdomada in Quadragesima in sexta feria k. At illa dixit: Absit hoc a me ut pro hac solennitate aliiquid extra solitum petsum servitutis nostræ angere velim in refectoriem. Ipsa autem puella respondens, dixit: Si B. Gertrudis aliiquid apud Dominum imperare potest, faciet et die eodem volenter nolentemque facere religiosis Deificæ caritatem. Cum autem appropinquasset dies ille, tunc omnes qui ad hanc solennitatem illuc convenerant, sive viri sive feminae, monachi ac virginis Christi, cum honore et reverentia celebrarunt diem illum. Et post exulta solennitate Missarum, tunc sumpserunt cibum potumque, cum gratiarum actione gaudentes, ex omnibus escis, quibus licet fuit Quadragesima tempore comedere, sola autem l. Matrona E ea die non comedit. Erat autem ei filius parvulus, quem multum delicate diligebat. Superveniens autem infans, petit ab ea, ut sibi lieuisset ludificare. Illa autem dixit ad eum: Fas quod vis m. Infans autem jacabat, et currebat huc illucque: et subito casu *minutus dediguntur
S . Rogatus alter,	S. Francisci de Observantia, Empoli in	
	Etruria,	
S . Samphoranus,	B. Salvator de Horta, Ord. S. Francisci de	
	Observantia, Calari in Sardinia.	
S . Aurelius,		
S . Capilledus,		
S . Dionysius,		
S . Januarius.		
S . Victor,		
S . Convotus,		
S . Simporius et socii viii,		
S . Maria,		
S . Aprilis,		
S . Servulus et socii xxiii.		

PRÆTERIMSSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

Titus Episcopus refertur hoc die in *Martyrologio Coptico Seldri*. Vitam dedimus iv Januarii. S. Gilduini Dolensis in Britonnia Armorica Canonicæ Translatio consignatur hoc die a *Sanskato et Bucelino*. Nam hic (quod ex *Sauvageo transcripsit*) ait, eum in manuorio S. Petri de Valle sive in *Vallea*, quod tunc erat in suburbio Carnotensi, nunc in urbe est, reliquo suspecto schematico nitro in omni virtute profectus fecisse, donec in perfecta sanctitate vita consuminata ad repositam filiorum Dei hereditatem, latuus de imminentि gloria profectus est. Ast in Vita a *Mosaacho illius canobis paullo ante eius translationem scripta*, solnu dicitur, dum Roma Dolam reddit cornutum se recepisse, et ad hoc monasterium S. Petri orandi simul et hospitandi gratia vel deductum a caria suis vel delatum, tandem ibi increcente febribus ardore extinutum. Quia plenus clarusque traduntur in Vita, quam edidimus. xxvii Januarii.

Theodori Martyris translatio memoratur a nonnullis, uti ad ejus Vitam diximus. vii Februarii.

Faustinus Martyres memorantur in MS. Adone monasterii Leobensis. Faria Acta dedimus. Jovita xv Februarii..

S. Finianus sive Finnanus Episcopus et Confessor, sub Rege Ferchardon. Anno 660. Officium 9 Lee-

tium habet hoc die in *Breviario Aberdonensi*, totum de communis excepta oratione: difficulter adducimus ut cum diversum credamus a S. Finiano, ex *Hensi in Scota Monacho Episcopo Lindisfarneensi in Anglia*, cuius ex eodem Breviario Acta dedimus in Februario. Demsterns certe in *Menologio Scottico Northumbriæ Apostolum vocat*, et Demstero credulus Ferrarius in *Catalogo aut in Northumbria fidem Christi disseminasse ad annum 661* atque de eo agi lib. 6. hist. Scot. scriptorum. Demsteri historiarum intelligens: qui fuse istie de prædicto Finiano S. Aidani successore, evanque dicit cult. xxi, nos de eo evanque xvii Februario. Est et alijs S. Finianus in Scota, cuius vitam habet Capgraveus, ut quo uenimus x Septemb. S. Apianus Episcopi et Confessoris reconditio celebratur in Greveruo, Molno, Caniso et Ferrario. Porsan intelligitur S. Apianus Monachus et Confessor: qui per errorem Episcapus habitus, cuius Acta dedimus iv Martii. Gertrudis Virgo Nivellensis memoratur in Uswardo MS. S. Germani Parisiis et alii, et colitur Officium Eusebiostica Canonice Regularibus Lateranensis. Vitam dedimus. xvii Martii. S. Aninas, sive Ananias, solitarus Thaumaturgus, suuarii collegii Parisiens. Soc. JESU, et MSS. Menax.

*Menoris ibidem in Convenicis Virginis Annuntiatione
xviii Mortii resertur. De eo agimus, alias seculi
xvi Martii.*

*Festum vii Dolorum Deiparae Virginis multæ Ecclesiæ
sæcile celebrant ac religiose familiæ, sed diversis diebus,
ut ad hunc edidisset Franciscus Laherius noster in
Menologio Virginum; ubi septem illas dolores enu-
merat et explanat.*

*Gordianus Monachus Casinensis, S. Placidi in Si-
ciliam evutis comes et Martyrii scriptor, Sancti
titulo honoratur in MS. Chronico Casinensi; et ab
Octavio Cajetano nostro Sanctus Siculus adnumeratur
huius die, tanquam Syracusæ mortuus: quod et Ferrar-
ius facit citatis Ecclesiæ Syracusæ talibus, ex
idea dicti Cajetani: qui dividit in Vitis Sanctorum
Siculorum tom. I fol. 187 post inventionem SS.
Placidi et sacerdotum, ejusdem Gordiani velut Beati
elogium teruit, dicitque Græcis litteris approue eru-
ditum fuisse, et S. Benedicti magisterio subjecisse se
eo tempore quo Tertullus Patricius de monte Casino
donationem fecit.*

*Conallus Episcopus ex Tomelactensi Martyrol. et Ma-
riano Germano hodie annoscent: cultus nequicquam:
multos minus ex Synodi Patriarchæ Canone illo quem
resert Colganus; quo multatus Ecclesie sua humili-
tate dicatur a Patrio, quod indignos aliquip ordin-
nasset: aut ex vita S. Attracti sororis, quam sancto
quidem rigor noluit loco suorum, sed tamen dire
imprecationis ponam visus est ab ea promeruisse:
qui duum, an unus, et hic nominatus sit, incertum
existimamus.*

*Maidocus de Cluin-Efrach hoc quidem die resertur in
Martyrologiis Hiberniis, a Culgno tamen, tam in
Appendice ad Acto S. Maoloci Firrense cap. I quam
in Indice, dicitur xiv Martii coli: ipse in Martio
uentro die illius meminit.*

*Thomanus Episcopus isdem in Martyrologiis est, sed
nobis, eque ac Colganus ignotus; nisi forte is sit qui
etiam x Januarii memoratur, alias Teumenus et
Tomianus Ardmachanus: de quo Colganus ad dictum diem.*

*Caimanus Episcopus: resertur a duobus Hiberniis
martyrologiis sive nominatus et nominandus: Colganus
credit eum esse, quem S. Adamuanus in vita
S. Columbae appellat Commanuus honorabilem
Presbyterum: quod non mangis probat quam aliquod
vestigium adferit Ecclesiastici cultus eidem apud Hi-
bernas vel Henses delatus. Marianus Caimanum
habet et Commanum Episcopum tamquam duos.*

*Eguivaldus Abbas Waldheimensis in Saxonia, S.
Willibaldi primi Eystettensis Episcopi institutor,
Ewabius nominatur ab aliis, et sic hor die Sanctus
inventur adscriptus in Kalendario MS. Sanctorum
Ordinis S. Benedicti, in Monasterio S. Salvatoris
Antuerpiæ ante sequi secundum compilato. Nos alibi
de eius cultu nihil invenimus.*

*Constantius Unensis Monachus a Petro Diacono in
MS. de ortu et vita Justarum laudatus, fontem pre-
cibus eliciens, et post mortem a mercatore in Adriatico
periclitante invocatus ut Sanctus, tempestatem
seduisse narratur: ideo Bucelinus cum Beati titulo
volens honorem, hunc ipsi diei appropiarunt.*

*Joannes iii. Abbas Casinensis xii. Kal. Aprilis ex-
cessit e visa, ut testatur M. Antonius Scipio in Elo-
gios Abbatum, et Gabriel Bucelinus in Menor. Be-
nedictus; sed hic Beatum nuncupat, non sic.*

*Christianus pennus Abbas Mellisontensis prope Pon-
toniam civitatem, deinde Lasmorensis Episcopus atque
Apostolicus per Hibernum Legatus, ubi Concilis
duobus praesedit, habitus an 1132 et 1157, ab Angli-
cano Martyrologio et Arnolfo Bonon in Martyrologio
Benedictino Sanctus vocatur hor die; ex quibus cum
aceperere Ferrarius in Catalogo et Hugo Menardus,*

*quis priores commisere, et Colgano confutando
reliquæ erroribus, novos substituentes: quibus huc
eum singit Episcopum Ardmachanum, ille Dunen-
sem. Vitam ejus, saepius promissam sibi, quia habere
Colganus non potuit, amicta quedam debil ex variis.
Nos quia nemo profertur antiquus qui Sanctum voca-
verat vel Beatum, nec aliud ultum cultus indicium,
differimus de cogere, si forte reperta aliquando Vita
plus lucis adserat.*

*Honorius Papa cum Beati titulu a Martyrologio Tam-
laectensi et MS. Florario resertur hoc die, quo mor-
tuus est anno mcccxxvii Honorius iii. At in Florario
dicitur sepultus in Ecclesia Sancti Petri anno sa-
luti DCCXXXIV, quod fere conuenit Honori i. Quatuor
anuis post mortuo, et idem exigit vetitas Martyrolo-
gii Tamlaectensis. Verum additur, anno Pontificatus
sui xii, quod conuenit nemini istius nominis: sicut
nec titulus Beoti ulli Honorio invenitur ab Ecclesia
Romana tributus.*

*Martius Perusinus ex Ordine Predicatorum, Nar-
nensis et Reatini Confraternum Fundator, Perus-
ius hoc die mortuus anno 1276, ex Razzii et Mi-
chaelis Pii auctoritate et nescio qua in Conventu
Perusino: imaginis Beatis Umbriae accensetur a Lu-
dovico Jacobillo; nobis istic querentibus solum mons-
trare Patres Dominicani duorum, de quibus jam
egimus dir præcedenti, Breotorum corpora sub altori;
hujus nec mentionem quidem fecere.*

*Joannes Burgi a Calvinis in Normannia interfactus
anno 1521.*

*Alphonsus de Molina, novellæ in Mexico vineæ zelos-
sus cultor defunctus anno 1580. Onuphrinus Laicus,
cum aliqua sonitatis opinione mortuus Romæ anno
1589. Illuminata Beata, Sanctæ Catharinae Bononiensis socia: etiam a Masino in suo Bononia il-
lustrota nuncupatur Beata: ceteris Arturus a Monas-
terio eam appellationem in Martyrologio Franciscano indulget, nulla Ecclesiastica auctoritate robora-
tam.*

<i>Teudorus Pres- byter.</i> <i>Leontinus Episco- pus</i>	<i>hodiernum diem implent in per- brevi S. Maximini Treviris MS. an Theodorus et Leon- tius? de quibus sejunctim ptures die sequenti xix Martii.</i>
--	--

*S. Vulfranni Episcopi cultum Ecclesia Ultrajectina ad
hunc diem retraxit; quia Officio dupliciti S. Joachi-
mi impeditur dies præpriorius xx Martii.*

<i>Paulus, Cyrillus, Eugenius, Et alii iv.</i>	<i>Martyres, relati in MS. Codice Ca- sinensi ab aliis xx Martii.</i>
--	---

<i>Alexandræ, Claudia, Euphrasia, Matrona, Juliana, Euphemia, Theodosia,</i>	<i>Martyres Amisi celebrantur in MS. Synaxario Claromontano. Nos infra xx Martii.</i>
--	---

<i>Pigmenius Presbyter,</i>	<i>Martyr Romæ, resertur in MSS. Ultrajectino, Aquisgranensi, Barberiniano et alii. Est in Rom. Martyrologio xxiv Martii.</i>
-----------------------------	---

<i>S. Gabrieli Archangeli Festum in multis Hispaniae Ecclesiæ et Ordinibus religiosis: nos cum Orientali Ecclesia de eo agemus.</i>	<i>xxvi Martii.</i>
---	---------------------

<i>S. Tetrius Episcopus Autissiodorensis et Martyr, resertur hac die a Galesinio, Canisio et Ferrario, quo cum die martyrio vitam finivisse tradit. Joannes Chenu in Chronologia Episcoporum, alii referunt xvi Martii, ut ibidem diximus. At Breviaria Autis- siodorensia habent eum</i>	<i>xii Aprilis.</i>
---	---------------------

<i>Laudicus Episcopus Meldensis memoratur in marty- rial. MS. Bruxellensi S. Gudulæ, in aliis xvii Aprili.</i>	<i>Herluceæ</i>
--	-----------------

Herlucæ Virginis vitam scriptus is, qui et Gregorii vi
res gestas, Paulus Bernriedensis a Gretsero editus
textio ab obitu ejus omo, et Beatissimam appellari:
Beata Radernia Bararia sancta: Gretserus Hun-
dium ex Aventino testem producit ejus, in Bernrieden-
sensi monasterio sepulta: Radrus id agit et con-
ditorum ejus ibi coli dicit. Arturus de Monstier in
sacra Gyuseco hunc ei dicem tribuit pro suo arbitratu.
An recte, dijndicabimus forte ea Bararia colori ad
diem, quo mortuam Lahierius scribit in Menologio
Virginum

xviii Aprilis.

SS. Principini et corporum exceptio ex Frouvo-gal-
Tridori Mart. lico Philippi Labbei Hagiolo-
gio halatur: incertum an in Basilica Bituricensi (cu-
jus dedicatio præmittitur) S. Marie et S. Sympho-
riano Sacra. Saussayns etiam Princepini Martyris
ad Cenobium Silvianense in Arvernia translatis me-
minit mense sequenti, quando fortassis plus lucis af-
fulgebat die

xi Aprilis.

Anselmus Episc. Cantuariensis refertur in Calendario
Missalis antiqui Mediolanensis, item Meldensis Bre-
viaria Colitur

xxi Aprilis.

S. Petronillæ Virg. corporis reseratio et repositio
recolitur in Cenobio S. Mariæ de Barre, quæ super-
iori seculo sub Euclido Suession. Episc. facta, ut
testatur Saussayns et Arturus in Gyuseco sacro, ubi

xviii Aprilis.

et alia de ejusdem Virginis Reliquiis notat. Colitur
xxxii Maii.

S. Speciosæ Virg. sororis S. Epiphaniæ Ticinen-
sis Episc. ejus vitam a S. Ennadio ejus successore
scriptam edidimus xxxi Januarii, et historiam transla-
tionis a Coctaneo Hisdeshermensi, in qua et mentio
fit osportatarum S. Speciosæ Reliquiarum. Molanus

et Grevenus in Auctuario ad Usuardum, Ferrarius

Galesinus, Cunius solum ita habent. Item S. Spe-
ciosæ Virginis. Distinctius Arturus: Ticini Trans-
latio S. Speciosæ Virginis. Nam ut idem notat, et

Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiz indicat,

notalis ejus est recolendus

xviii Junii.

Maria soror Lazari memoratur in Mensis Graeco-

xxii Julii.

Luxorius, | Martyres referuntur a Greveno. Sunt in

Cisellus, | Sardinia passi

xxi Augusti.

S. Geremarus Abbas memoratur a Witforlo. Colitur

huc Sanctus

xxiv Septemb.

S. Frigidianus Episcopus hoc quo mortuus est die me-
moratur in Romano Martyrologio: sed additur præ-

cipuum ejus festivitatem recoli in sua civitate Lu-

xviii Novemb.

Lazarus frater Mariæ refertur in MS. Bruxellensi

S. Gudulæ. Colitur

xvii Decemb.

DE S. ALEXANDRO EPISCOPO

HIEROSOLYMORUM, MARTYRE CÆSAREÆ IN PALÆSTINA,

Commentarius historicus.

§ I. Cultus sacer apud Latinos. Confessio sub Severo Imp. Episcopatus Hierosolymitanus.

Veneratio Ecclesiastica S. Alexandri Episcopi proponitur in plurimis Martyrologiis ad hanc xviii Martii. Vacat ad eum diem genuinum Martyrologium Bedæ, ut MS. Divonense ita supplet: S. Alexandri Episcopi, qui cum Narciso Hierosolymitanæ Ecclesie gubernaculum suscepit. Usualius hoc eum elogio celebrat: Natalis B. Alexandri Episcopi, qui de Cappadocia ex propria civitate sancto desiderio Hierosolymam veniens, divina revelatione ejusdem loci gubernaculum suscepit, et post senectutem ductus Cæsaream, in persecutione Decii ob confessionem Christi martyrum complevit. Ad Episcopum plura commenerat: Natalis S. Alexandri Episcopi, qui de Cappadocia civitate sua veniens cum desiderio sanctorum locorum Hierosolymam pergeret, et Narcissus Episcopus ejusdem urbis iam senex regeret Ecclesiam; et ipsi Narciso et multis Clericorum ejus revelatum est, altera die mane intrare Episcopum qui adjutor Sacerdotalis Cathedræ esse deberet. Itaque re ita completa, ut praedicta fuerat, cunctis Palæstinæ Episcopis in unum congregatis, admittente vel maxime Narciso, Hierosolymitanæ Ecclesie cum eo gubernaculum suscepit. Quique persecutione Decii, cum jam longevaæ aetatis veneranda canicie præfulgeret, ductus Cæsaream, et clausus carcere, ob confessionem Christi martyrio coronatus est. Eudem fere leguntur apud Notkerum et Bedam excusam et in variis codicibus MSS. sed in aliis contracta. In Centulensi MS. hac altera conscripta sunt: Natalis S. Alexandri Episcopi et Martyris, qui cum Cappadocenam gubernaret Ecclesiam, et zelo religionis sacra loca Hierosolymorum inviseret, voce de cœlo missa jussus est Hierosolymitanam regere Ecclesiam. Habent sua etiam elegia Martii. T. II.

Bellianus, Maiowicens, Felicius, Galesinus: et qui reliquias omnibus antiquior est, H'udelbertus sic diem hanc conspicatur: Præsus Alexander ter quinam pos-

ta Martyrol.

Rom.

sidet. In tabulis hodierni Martyrol. Rom. ita primo loca colitur: Cæsarea in Palæstina natalis B. Alexan-

dri Episcopi, qui de Cappadocia ex propria civitate, ubi erat Episcopus, sanctorum locorum desiderio

Hierosolymam veniens, cum Narcissus ejusdem urbi

Episcopus iam senex Ecclesiam regeret, divina

revelatione ejus gubernacula suscepit: postmodum vero in persecutione Decii, cum iam longevaæ aetatis

veneranda canicie præfulgeret, ductus Cæsaream et

clausus in carcere, ob confessionem Christi martyrum complevit. In Breviario Ordinis Hospitaliariorum

F

sive equituma Hierosolymitariorum S. Joannis, deinceps Rhodorum, nunc Melitensium dicto, colitur S. Alexan-

der Officium 9 Lectionum, quæ de Communi Martyris ac Pontificis sumuntur cum hac oratione: Adesto, Domine, populo tuo, ut Beati Alexandri Martyris tui

atque Pontificis merita pæclarâ suscipiens, ad im-

petrandam misericordiam tuam semper ejus patro-

ciniis adjuvetur. Per Dominum, Iterum Martyrol.

Roman. xxx Januarii ista habet: Item B. Alexandri,

qui in persecutione Decii comprehensus, longevaæ

aetatis veneranda canicie et confessione iterata re-

splendens, inter carnificem tormenta reddidit spiri-

tum. Alia Martyrologia ibidem citata sunt, et in horum aliquibus nonum Episcopi repertur. Quæ an de eodem

hoc Martyre Alexandra dicitur debent, ibidem discussus-

mus. Quæ Graeci habent de ejus gloriose certamine ad

xii Decembribus, infra referemus, ubi ante de rebus in

vita gestis antiquorum narrationem attulerimus.

2 Ac primo quæ in Eusebii chronico, interprete

S. Hieronymo, ad annum Severi Imperatoris xi, Chris-

ti eum, post indicatum quintoni persecutionem leguntur,

ad hunc sanctum spectant: Alexander ob confessionem

Bominie nominis insignis habetur. Hinc iterata con-

Sub Severo

tum. Episcopus

fortiter

certavit.

A fessio, et gemina confessio ejus deprehendatur, quando sub Deciomartyrum complexit. Erat autem tunc S. Alexander Episcopus alienus civitatis in Cappadocia, ut mox ex Eusebioconstabat. Certe hæc illustris confessio foret, si tunc quod Graeci in Menas habent, seorsim obiectus et ab illis sine labe dimissus, factus fuisset. Episcopus Hierosolymitanus. Enseibus lib. 6. Hist. Eccl. cap. 8 sub finem diserte aliquid simile innuit, quando ita scribit: Cum Severus decem et octo annis Imperium tenuisset, Antonius filius in ejus locum successit. Qua tempestate Alexander, unus ex eorum numero quin persecutione fortiter certaverant, et qui post gloriosa confessionis certaminia divina providentia fuerant reservati, quem nos Hierosolymorum Episcopum fuisse paulo ante retulimus; ob insigne Christiane fidei confessionem ad supra dictum Episcopatum promotus est, Narciso, qui prius ibi fuerat Episcopus, adhuc superstite. Et hæc de illustri confessione S. Alexandri sub Seviro, anno ejus Imperii xi. Christi coni. At Seviro Eboraci in Britannia anno Imperii xviii. Christi cœxi, pridie Nonnis Februario mortuo, ut in dicto Eusebi Chronicō legitur, regnavit Antoninus, cognomento Caracalla, Sevi filius. Alexander xxxv Hierosolymorum Episcopus ordinatur, adhuc vivente Narciso, et cum eo pariter Ecclesiæ regit.

Hierosolymam
profectus,

T 3 At qua id prævidentia divina continguit, explicat idem Eusebius lib. 6. hist. Eccl. cap. 11. Cum Narcissus, inquit, propter extremam senectutem ministerium suum obire amplius non posset, supradictum Alexandrum alterius Ecclesiæ Episcopum divina dispensatio per revelationem quandum, quæ illis in somnis apparuerat, ad participandum cum Narciso Sacerdotis officium evocavit. Hac igitur visione tanquam divino almonius oraculo Alexander, cum ex Cappadocia, in qua primus Episcopus fuerat ordinatus, Hierosolymam profectus fuisset, tum granditum visendorum locorum gratia; fratres illius, Ecclesiæ humanissime eum excipientes, reverti posthac in patriam non siverunt. Alia quippe revelatione etiam ipsis per somnum visa fuerunt, et vox quedam evidentissima ab iis qui sanctitate inter ipsos eminabant nudita. Significabat enim quis, ut extra portas civitatis egressi, destinatum sibi a Deo Episcopum susciperent. Quod cum illi consentientibus vicinariis Ecclesiæ Episcopis fecissent, manere deinceps cum apud se coegerunt. Sane idem Alexander in suis ad Antinoitias epistolis, quæ etiamnum extant, Episcopatus, quem cum Narciso collega gessit, meum in his verbis, quæ ad calcem epistola-

Constitutus
i. Episcopus
cum S. Nar-
cisco.

Scribit ad
Antinotias p.

Ante ad
Antiochenos,

C leguntur: Salutat vos Narcissus, qui ante me Episcopalem hujus Ecclesiæ Sedem tenuit, et qui nunc nulli conjunctus est in orationibus, annos natus sexdecimi supra centum; hortaturque vos mecum, ut idem omnes sentiat. Ethæc quidem sic gesta sunt. Antiochiarvero Serapione mortuo, Episcopatum Ecclesiæ suscepit Asclepiades, qui persecutionis tempore fidei Christi confessus, maximum gloriam retulerat. Hujus ordinationis mentionem facit Alexander in epistola ad Antiochenos his verbis: Alexander servus Dei et vinetus Iesu Christi, beatissime Antiochensium Ecclesiæ in Domino salutem. Expediuntib[us] ac levia vincula Deus efficit custodie mea tempore, postquam compiri Asclepiadem, virum fidei morte maxime idoneum, sanctissimum Ecclesiæ vestrae Episcopatum divina providentia suscepisse. Hanc autem epistolam Clementi suū perferendam dedit significavit, sub fine ita scribens: Porro has litteras, inquit, Domini fratres, per beatum Presbyterum Clementem ad vos misi, virum virtute præditum et probatum: quem vos et nostis iam, et amplius cognoscetis. Qui quidem Dei nutu ac prævidentia dum hic apud nos præsens esset, Eccle-

siam Christi et confirmavit et magnopere auxit. D

4 Hæc Eusebius, e quibus colligimus S. Alexandrum fuisse virum valde illustrem: ejus epistola inter scripta Sanctorum Patrum circumferebantur, et tempore Eusebi auctiæ adserabantur, potissimum quas ad integras civitates scriperot: ut quoniam Episcopus Hierosolymorum misit Antinoum Thebaidos urbem, et quoniam medium ad illam Episcopatum assumptus scriptus Antiochiam, ut evidens fit ex S. Hieronymo de Scriptoribus Ecclesiasticis cap. 38, vli de Clemente Presbytero agit, atque ista adulit: Extat Alexandri Hierosolymorum, qui cum Narciso postea rexit Ecclesiæ, epistola super ordinatione Asclepiadii Confessoris ad Antiochenenses, congratulans eis: in qua sub fine ponit: Hæc vobis Domini ac fratres, scripta transmisit per Clementem beatum Presbyterum, scilicet Alexandrinæ Ecclesiæ, Panteni auditorem, et magistrum Origenis, qui floruit Severi et Antonini ejus filii temporibus. Coluntur S. Asclepiades xvii Octobris, ejusque successor Scapion xxx ejusdem mensis, et pridie S. Narcissus: a quo superstite S. Alexandrum postea Martyrem successorem lectum fuisse etiam tradunt Acta Concilij OEcumenici viii. Russinis eadem Historiæ Ecclesiasticae suæ inserunt lib. 6. cap. 9, et quæ de visione narrantur, E distinxit explicat his verbis: Ostendebatur evidenter a Domino, non solum ipsi beato viro Narciso, sed et aliis plurimis per revelationes in plebe, ut ipsum in loco sancto Episcopum detinenter. Præterea, quod supra cetera omnia magis clarissimum fuit, en die quo ingressurus in orbem Alexander nuntiatus est, et multitudo fratribus plurima extra portas in occasum ejus egressa est; vox cœlestis manifestissime omnibus audientibus facta est dicens: Suscipe Episcopum, qui vobis a Deo destinatus est. Cumque ex his omnibus evidenter apud cunctos fuisse Dei dispensatio declarata, Episcopi urbium vicinariorum, compertis omnibus quibus de eo res geri Dei iudicio doccebantur, residere inibi eum necessario compulerunt.

Epistolam
diferente
Clemente
Presbytero.

Revelatione
prævia.

Electus Epic-
t' erosol.

Origenem
invadit ad
i. in tunc
habendum:

factura epistola
excusa!

§ II. Notitia S. Alexandri cum Origene bibliothecu erectu: martyrium: cultus sacer apud Græcos.

E ratum Origenes adhuc juvenis, ut dicitur in Eusebio lib. 6. cap. 19 qui, cum Alexandriæ gravissimum bellum excitatum fuisset, clam inde aufugiens ac ne in Egypto quidem commorari tutum ratus, Palestinanum petuit, et Cæsareæ domicilium fixit. Ubi etiam ab illius Regionis Episcopis rogatus est ut publice in Ecclesia dissereret, et divinas Scripturas, tametsi nondum Presbyter ordinatus, exponeret. Atque id manifestum fuerit vel ex his, quæ Alexander Hierosolymorum et Theoctistus Cæsareensis Episcopus ad Demetrium Episcopum Ecclesiæ Alexandriæ prolixi facti defensione scribunt in hunc modum: Quod vero in litteris tuis adjecisti, numquam antea visum nec adhuc factum fuisse, ut praesentibus Episcopis laici concionarentur; in eo nescio quomodo a veritate longissime aberrasti. Sic Eusebius Larandis rogatus est a Neone, Paulinus Ieronii a Celsi, Theodorus apud Symmada ab Attico, fratribus nostris beatissimis: idque etiam alibi fieri credibile est, quoniam nos ignoramus. In hunc modum supradictus Origenes dum adhuc juvenis esset, non solum a notis et domesticis, verum etiam ab exterarum Regionum Episcopis celebatur. Sed cum Demetrius per litteras cum revocasset, missisque Ecclesiae suæ Diaconis redditum ejus urgere non derisisset, Alexandriam reversus, consuetum munus obiit. At postmodum, ut referunt cap. 23, Origenes compellente ipsum necessitate ob Ecclesiastica negotia in Achaiam profectus

A profectus cum per Palæstinam transiret, Presbyterii gradum per impositionem manuum Cæsareæ ab illius Regionis Episcopis accepit. *S. Hieronymus de Scriptor. Eccl. cap. 54 de Origene agens ista interserit*: Cumjam mediæ esset ætatis, et propter Ecclesiæ Achaie, quæ pluribus hæresibus vexabantur, sub testimonio Ecclesiastice epistole Athenas per Palæstinam pergeret, a Theocrito et Alexandro Cæsareæ et Hierosolymorum Episcopis Presbyter ordinatus Demetrii offendit animum. *Quapropter ut tradit idem Hieronymus cap. 62* Alexander scripsit ad Origenem et pro Origene contra Demetrium, eo quod juxta testimonium Demetrii eum Presbyterum constituerit. *Putat ob dicta verba Baronius ad on. 230 num. 6.* Demetrium dedisse Origeni litteras commendatiæ ad Alexandrum, ut fieri solet: quarum auctoritate satis visum eidem fuerit Alexandro, Origenem esse probatum. *Ut vel illo excusari debuerit etiam in iis, quæ Eusebii narrat cap. 27.* Sed et Alexander Hierosolymorum, inquit, et Theocritus Cæsareæ apud Palæstinam Episcopus ipsum perpetuo tanquam Magistrum auscultantes, soli interpretationem sacrae Scripturae ac reliquum omne Ecclesiastice doctrinae officium permisérunt.

¶ 6 Altius illustris beneficium a Sancto Alexandro præstatum sibi et omnibus Ecclesiasticis antiquitatibus et veritatis studiis agnoscit Eusebius cap. 20 his verbis: Eadem tempestate multi Ecclesiastici viri doctrina excellentes floabant: quorum epistolas, quas ad se vicissim scripserunt, facile est reperire. Extant enim nostra quoque actæ in Bibliotheca Eliæ urbis, ab Alexandro Ecclesiæ illius Episcopo constructa: ex qua nos uberrimam materiam ad argumentum hojus, quod præ manibus habemus, tractationem in unum collegimus. Exaserat ergo illa Bibliotheca in communis conflagratione omnium librorum Ecclesiasticorum in persecutio Diocletiani excitata.

7 Tandem quin quinta persecutio sub Severo Imperatore ob confessionem etruram doctrinam anno Christi cciii insiguis habebatur, perrexit in porrigena et promercua Ecclesia Christi per annos ferme quinquaginta sub decem Imperatoribus, quando, ut tradit Eusebius in chronico, eub Decio Imperatore, Alexandro Hierosolymorum Episcopo apud Cæsaream Palæstinæ ob martyrum interfacto et Antiochia Babyla, Mazabane et Fabius Episcopi constitutur. Quæ latius explicat idem Eusebius lib. 6 Histor. Eccl. cap. 39 his verbis: Philippo interim cum septem annis regnasset, successit Decius, qui præ odio adversus Philippum persecutio intulit Ecclesiæ. In qua

*¶ persecutione cum Fabianus Romæ martyrum pertulisset: in ejus locum Cornelius subrogatus est Episcopus. In Palæstina autem Alexander Hierosolymorum Episcopus, rurus propter Christum ad Præsidis tribunal adductus; cum ex secunda hac confessione magnam gloriam retulisset, Cesareæ in carcere conjectus est, vir decora senectute et veneranda canitié conspicuens. Qui cum post præclaram atque illustrem Christianæ fidei confessionem in præsidiali iudicio editam, tandem in custodia animam exhalasset, Mazabanes in eius locum Episcopus Hierosolymorum remunniatus est. Eodemque modo apud Antiochiam, Episcopo Babyla post confessionem in vinculis mortuo Fabius Ecclesiæ illi praeficitur. *S. Hieronymus supradicto cap. 62d: Scriptor. Eccl. de martyrio ejus ista ex Eusebii describit: Septima autem persecutio sub Decio, quo tempore Babylas Antiochiae passus est, Alexander ductus Cæsaream, et ciansus in carcere, ob confessionem Christi martyrio corouatur. S. Eusebius lib. de pondibus et mensuris num. 19. In persecutio, inquit, Decii martyrium subiit Babylas Antiochiae, Fabianus Rovine, Alexander Episcopus Hierosolymorum**

Cæsareæ: *Gregorius Cedrenus in Decio ita scribit: Sub quo Babylas Antiochiae, Flavianus Romæ, Alexander Hierosolymorum, Dionysius Alexandriæ Episcopi martyrio coronati sunt. At Zonaras istu habet: Eo tempore Flavianus Ecclesiæ Romanæ Episcopus martyrio vita finiit. Item Babylas Antiochenus et Alexander Hierosolymitanus Episcopus: qui non tum primum pro Christiana fide desertavit, sed prius etiam, ut iam expositum est, in Imperio Severi, tum vero in carcere obiit. In Chronico Alexandrino, cum cœdes SS. Fabiani et Babylæ esset indicata, ita additur: Parimodo Alexander Hierosolymitorum Pontifex Cæsareæ Palæstinae ad tribunal stetit, et gemina confessione clarus senioque gravis, et vite sanctitate venerandus, felici cursu martyrii bravium assecutus est.*

8 Acta S. Fabiani, nonnullis Fabii aut Flaviani, deditimus xx Juniarum, et S. Babylæ xxiv ejusdem Juniarum, et hujus triplicia: in quibus post varia tormenta cupite plexus, non in carcere mortuus dicitur: sed cum tanta rerum diversitate ut duos fuisse Babylas, quorum Acta sint confusa, veriti simus. Graeci in Mense longe etiam oliter martyrium S. Alexandri narrant, quæ ex majoribus Actis martyrii videntur desumpta. Fursan Nicophorus Calistus lib. 3 Histor. Eccl. cap. 27 ad similia alludit, dum ista scribit: Decius ad imperialem evectus dignatus, propter Philippi odium, qui Christianismum fuerat complexus, gravissimam contra Christianos persecutionem excitavit. In qua multi quidem sacrum pro Christo obiere ceterant: in primis tamen Ecclesiarum Praesides, et quicunque alios apud nos eloquentia et sapientia antecellerent, infama crudelitate tormenta tolerantes vitam reliquerunt. Sicut Romæ Fabianus, in Palæstina Hierosolymis Alexander, Antiochiae Babylas bonum certamen decertantes, Episcopalem stolam sanguine multo imbuerunt. Graeci τὸν καὶ τὸν ἄγρον αγωνισάντες, τὴν ἵπποτὴν στολὴν τις βαθος κατέκρυψεν. Episcopalem stolam in profundum usque cruenterunt, aut colore sanguineo infecerunt.

9. Graeci ergo in Mensis et apud Maximum Cythærum ista habent ad diem xii Decembri: Bodem die memoria sancti Patris nostri Alexandri Archiepiscopi Hierosolymorum. Imperante Decio veteri Romæ, ingens adversus Christianos est excitata persecutio. Misit enim per orbem universum Imperator, qui deprehensos Christianos cogerent Idolis sacrificare et Christum ejurare, recusantes atrocibus suppliciis sulcicerent, atque ita cum summa acerbitate vitam finirent. Id temporis etiam sanctissimum hic Alexander Hierosolymorum Archiepiscopus delatus est ad Priesidem Cæsareæ, qui misit, a quibus vincitus fecerit sibi sisteretur. Cum ergo multa cum isto disputasset, essetque imaginis voce palam festatus, Christum Deum esse et Imperatoris rerumque omnium conditorem, liberrimaque voce exerceratus idola et quenamque illa colerent; itam Præsidis in se vehementer commovit. Quapropter intra exiguum tempus diversis cum tormentis cruciatus, indecipit ipse et miser ad bestias damnat, ut vivis ali illis devoraretur. Tyrannus ergo precipit eum omnibus vestibus spoliari, et in medium theatrum velut extimum arietem deduci, et variæ generis feras ad illum devorandum immitti. Alexander vero inter preces, quas fundebat, etiam has adjeicit: Domine si tua voluntas est, ut hic moriar, fiat voluntas tua. Ex feris autem, quæ in illum emissæ erant, alias cervicibus inclinatis videbantur illum adorare, et sic in cæcas suas redierunt; alio in terra sese volantibus, ejusdem vestigia deosculabantur; alio ejus carnes ex plagiæ liventes linguis suis lambabant. Magnus autem Pontifex grauiss Deo actis evolavit ad Dominum, corpusque intactum et illæsum in terris relinquit,

*an gravis
tormenta
passus?*

*Ibere
Christianum
concupiet.*

*Vario
torquetur.*

*Feras objectus
non levatur,*

quit,

Aquit, quod religiosi quidam Christiani unguento de-libutum et linteis involutum in illustri loco reposue-runt. *Hoc tenet Menza.*

Potuit sanctus Pontifex Alexander discedentibus ab eo intacta feris deductus fuisse in careerem, atque ibi animam exhalasse, ac martyrio coronatus evolasse ad Dominum: aut certe potuit in prima sub Severo con-fessione aliqua ex his tormentis subiisse, aut etiam feris

objectus evasisse. Incurva certe morte defunctum ipsa D indicavit Menza, cum elogio jam prolatu hoc distichon præponunt:

*'Ο Αλέξανδρος εἰς ἦν τῶν θυηπόλεων
Ἄνευ ἀμάρτιος εἴη ων καὶ τῶν μαρτύρων.
Fuit Alexander unus hic Sacerdotum,
Cum esset absque sanguine unus Martyrum.*

DE DECEM MILLIBUS SS. MARTYRUM NICOMEDIAE IN BITHYNIA.

XVIII MARTII

Gladio exsi
memorantur

Nicomediæ,

Quando aut ubi passi non explicant Menza, sive excusa Venetus seu quæ manu exarata Divi-
ne apud Petrum Fraucistum Chisletum ex-
tant: utraque tamen martyris genus expresse
declarant tum in titulo qui est tolos, Τῷ στόχῳ ἡμίπα οἱ
Ἄγιοι πόποι τὰς αὐγήσας τραφέντες τελευταν. Ea-
dem die sancti decies mille cervices secti consum-
mantur: quibus hoc accenitūt distichon:

*Δικάς χιλίας τὸν αὐγήσας τραφέντες,
Απέλθον ἐνθα πυρούπατοι νόος*

B Cervice cæsa millia iverunt decem,

Ubi mille-decies-luminis mentes degunt.

*Si ex sequentibus licet aliquid facere conjecturam,
suspiciari possemus hos ex innuerris illis fuisse, quos
restans supra modum persecutionis flammæ, Nicome-
die a Diocletiano tyranno succensa, nec ullo quamvis co-
piorum sanguine extincta, consumpsit. Sed nihil opus est
conjecturis quoad locum, et ex hoc de tempore licebit ve-
rissimum opinari: siquidem Græcorum Menologium
ex Cardinalis Sirleti versione Latine editum ab Hen-
rico Cunio exprimere dicit: Eodem die decem millia
securi percussi apud Nicomediam martyrio coronati
sunt. Quæ verba paulum immutans Cardinalis Baro-
ninus Romano Martyrologio sic inseruit: Nicomedie*

Sanctorum decem millium Martyrum, qui pro Christi confessione gladio percussi sunt. Nec sane mirandum, inquit idem in Notis, nam Diocletianus Imperator sevissimam illam persecutionem excitans Nicomedie resedit, illique de Christianis immanissimam carnificinam excercuit, ut produnt Acta Martyrum, et Eusebii hb. 8. signatim cap. 6. ubi de sancti Anthumi Nicomediensis Episcopi, xxiii Aprilis recolendi, martyrio agens: Huic, inquit, ingens ac frequens Martyrunt turba adjuncta fuit, idque quod iisdem fere diebus, nescio quo pacto, Nicomediensis regia incendio conflagraret, et ex suspicione quadam rumor esset dissipatus, illud facinus a nostris admissum: unde Imperatoris jussu ex pīs, qui ibi versabantur, acervatim alii gladio trucidati sunt, Post incendium alii ardore flamarum corporibus circumjectarum patenti obierunt. Si cui tamen etiam tali occasione, in civitate tanu numerosa, sub adeo crudeli tyranno, nimis magnus videatur numerus decem millum simu jugulatorum; is consideret ob causam multo leviores, quam hic praete-rebatur, in Thessalonicensi urbe, precipiti Imperio Theodosi, Præcipiti alias mutissimi, septem millia ex plebe ad spectaculū collecta fuisse jugulata.

Vero similiter
sub Diocletia-
no.

Post incendium

patenti

DE SANCTIS MARTYRIBUS TROPHIMO, EUCARPIONE, ET ALIIS, NICOMEDIAE IN BITHYNIA.

CIRCITER
AN. CCC.
XVIII MARTII

Trophimus
et Eucarpion

Post insignem illam laureatorum millium decadrum Menza, Menologium, ac Martyrologium Romanum nominatum utque sovris exhibent Trophimum atque Eucarpionem, quem Baronius Eucarpium scriptit: socios Menza addunt in titulo, Menologium hisce verbis utitur: Item Trophimi, Eucarpionis, martyrium celebratur. Galesinus Nicomedie, inquit Beatorum Martyrum, Aprilis, Cervoli, Trophimi, Eucarpionis et sociorum, qui ad decem milie, necem pro fide pertulerunt. Citat in Natis Bodam, Martyrologia MSS. et Anulles rerum Ecclesiasticarum. Optaremus indicatos ab eo fuisse illius Annales, et locos in quibus de his Martyribus agitur; et Brda ac Martyrologiorum verba prolatu. Nos de hoc Trophimo et Eucarpione nihil alibi legimus, nisi quod Maximus Cytherorum Episcopus Menza de more phrasu sua sequitur. De Aprile et Cervolo, sive Servolo, in se separatum agetur, Menza et Cytherae ita eorum Martyrium narrant.

2. Saviente in Christianos apud Nicomediam persecutione, omnes fidem sanctam professi in custodias rapiebantur. Dein multis questionibus variisque tormentis excastrarenti, si in in confessione Christi Dei nostri perseverarent, e vita exturbabantur. Ea autem tempestate Trophimus et Eucarpion, validi ac ferocius planeque militares viri, persecutores ac jurati hostes nominis Christiani erant, comprehendentes et in careerem detrudentes, quotquot

se Christianos palam faterentur. Cumque omnem in eos potestatem haberent, quosdam tormentis excru-ciabant, quosdam dimittebant.

3. Aliquando igitur cum ad nonnullos capiendo

tenderent, viderunt flammam ingentem e celo in ipsos cum irmani stridore delabi, ex eaque vocem audierunt hujusmodi: Quid properatis, servis meis minantes? Nolite errare; neque enim poterit quisquam subligere eos qui in me credunt: sed potius iis adhucerebit, et regnum colorum acquireret. Ea auditâ

Flamma et
voce caelesti
territi,

voce illis est al-
lapsa, haec dicens: Surgite, poenitentibus vobis re-
mittuntur peccata. Cumque e terra surrexisserint, conspiciunt in medio nebula residentem quendam candidam in ueste formosissimum, multosque circum illum stantes.

4. Quolviso perculti, velut uno ore exclamarunt:
Recipe et nos, qui multa et sine modo peccavimus.
Nam cum extra essemus, adversum te vernum ac
solum Deum et famulos tuos insanivimus. Quæ cum
illi dicerent, subito nubes iterum coiit, et in colum
subrecta

Dum sanctos
persequuntur,

p in mira
visione excita
ti,

A suberecta est. Ipsi vero plangentes reversi sancti :
 Cōvertuntur. et quotquot captivos habebant, omni timore solutos,
 Capiens velut fratres suos amplexi sunt, ac venerati, et domum
 dāmītunt.
 Ipsi et capiti. abiri jussérunt. Quæ ubi Praefectus didicit,
 Post crucifixus. hand mediocriter adversus eos indignatus est, ac
 sili illos sisti imperat, et facti caussam sciscitator,
 Ubi vero omnem visionem sigillatim retulissent,
 jubet eos in ligno extendi. et cum id factum esset,
 latera eorum uncis ferreis lacerari, ac deinde plagas
 cibio perficari. Ea vero Sancti generose toleran-

tes, precabantur cum exaltatione. Deoque gratias D
 agebant. Quibus magis irritatus Praefectus, regum Incendio
 media in urbe excitari jubet, in eunque conjici necantur.
 Sanctos in quo coronan martyrii consecuti sunt.

5. *Hactenus Menæa.* Sed qui sunt oī cōr s̄tōt;
 socii, ut titulus p̄fert tam in Menæis, quam in Cy-
 therze, nusquam declaratur. *Forsan de iis accipiedum,*
 quos illi antea tormenta aut etiam neci deliderant, vel
 qui post eos ab irato Præside tenti ac necuti sunt. Qui scelus?

SIDE SYNAE.
 BIDU TOM 1
 MABT. PAG 800

XVIII MARTII.

Somina
 Martyrum in
 Martyrologi.
 S. Hieronymi,

DE SANCTIS MARTYRIBUS ALEXANDRINIS

COLLEGO ET COLLOTO DIACONIS, PAMPONIO, MINEPTO, ROGATO, QUARTINO, SATURO, MARIANO, QUINTASIO, JEMSOLIO, MARTIO, ITEM ROGATO, SAMPHORANO, AURELIO SIVE AURELIA, CAPILLEDO, DIONYSIO, JANUARIO, VICTORE, CONVOTO SIMPROIO ET SOCHS VIII.

B **T**urmae Martyrum quatuor proponuntur hunc ad XVIII Martii in antiquo Martyrologio S. Hieronymi: quarum prima ita recensetur in editione Parisiensi ex MS. Corbeiensi. xv Kalend. Aprilis in Alexandria Collegii Diaconi, Colloti Diaconi, Pamponi, Minepti, Rogatiani, Quarti, Saturi, Quintasi, Marini, Jemsoli, Marti, Rogati, Samphoroni, Aurili, Capelledi, Dionysi, Januarii, Victoris, Vogonupti, Samphori cum aliis novem Martyribus. Mariæ cum sociis suis. MS. Blumianum hos Martyres ita refert: In Alexandria Collegi Diaconi, Coloti Diaconi, Pamporii, Runepti, Rogati, Quarti, Saturi, Quintasi, Marini, Lemsoli, Marci, Rogati, Samproni, Auriliæ, Capelledi, Dionisi, Januarii, Victoris, Vogonucci, Samphori cum aliis viii. Maris MS. Lcensem duos interserit et sic enumerat In Alexandria Collegi Diaconi, Coloti Diaconi, Pamponi, Danepti, Rogati, Quartini, Saturi, Marini, Quintasi, Marini, Generoli, Marti. Item Rogati, Samphoroni, Auriliæ, Capelledi, Dionisi, Januarii, Victoris, Vogonuctæ, Samfori, cum aliis viii Martyribus, nulla facta Maris, mentione. Denum perpetuatum nostrum MS. charactere Britannico exaratum dnobus altis insertis eos ita refert: In Alexandria Collectici Diaconi, Coloti Diaconi, Pamponi, Parilis, Servili, Minepti, Rogati, Quartini, Saturi, Marini, Quintasi, Marti. Item Rogati, Aurili, Capilledi, Dioni, Januarii, Victoris, Convoti, Simpori cum aliis viii. Ac Marianum ablegat ad proximam turmam cum sociis. Absque loco leguntur hi in Martyrol. MS. Tamlaetensi in Hibernia: horum nomina, Collegi, Coloti, Pamporii, Minepti, Rogati, Quartini, Marini, Aureliæ, Capilledi, Dionysi et aliorum vii. Martii et aliorum xlnt. nisi hi ad alias spectant.

C 2 In aliis Martyrol. nonnulli referuntur. Qui dux exterorum et Antesignanus est, refertur in MS. Regnæ Suecæ, et ex eo a Luca Holstenio in Antimadversus ad

Martyrol. Rom. In Alexandria Collegi Diaconi. Eadem habentur in MSS. Corbeiensi, Tornacensi et Labbano. At Rabanus et Beda excusus Coelestici, Galesius Coelestici, MS. Richenoviense Collectici. In MSS. Patriciana, et alio Ecclesiæ S. Petri, item in MSS. Barberiniano et Augustano tres nominantur. In Alexandria Collegi sive Collegi Diaconi, Rogati et Saturi. Notkerus: In Alexandria Collegi et Colyti Diaconorum. Aquisgranense Collegi, Quartini et Samphori. Casinense et Altempitanum; In Alexandria Collegi Diaconi, Rogati, Saturi, Quartini, Martini Pragense; Quartini et Sanfori. Ad MS. Reginæ Suecæ, Eodem die S. Collegii Diaconi.

E 3 Consensus magnus est in statuenda martyrit Patria Alexandria; at nomina Martyrum in nonnullis discrepant: ita Collegi, Collegii, Colistici, Coelestici, Collectici et Collectiti: Coloti, Colloti, Colyti, Pamponi, Pampori et Pamporii: Minepti, Ninepti, Dunepti et Runepti: Rogati et Rogatiani: Quartini et Quarti: Marini et Martini: Jemsoli, Lemsoli et Generoli: Marti, Martii et Marci: Samphoroni et Samproni: Aurili, Auriliæ et Aurelia: Capelledi, Capelledi, Capilledi et Capillidi, Vogonupti, Vogonucci, Vogonuctæ et Convoti. Samphori, Samfori et Simpori. Denique numerus adiunctus est octo, novem aut septem sociorum. Omittimus in titulo nomina Parilis, et Servili in unico Codice, quia forsitan sunt Aprilis et Servulus Martyres Nicomedenses, de quibus non agemus.

F 4 Die decima septima agitur de his in MS. Martyrol. Carmeli Colonensis: In Alexandria Natale SS. Collegii Diaconi, Rogati et Saturi Martyrum. Quæ fere eadem leguntur in Florario MS. et in Martyrologio Colonice et Lubecæ editis anno 1390 et 1518. Item apud Canisium, Maurolycum et Felicium, MS. perpetuatum S. Maximini: In Alexandria Collegi Diaconi, Rogati, Dionysi.

F

17 Mortu.

et aliis.

DE SS. MARIA, APRILI SERVULO ET SOCIIS XXIII MARTYRIBUS NICOMEDIE.

XVII MARTH.

Alterum turnum Martyrum in Martyrologio S. Hieronymi est ista in Codice MS. nostro: Nicomediae Mariae, Aprilis, Servuli, et mil. xxii. In MS. Corbeiensi Parisius excusus post Martyres Alexandrinos, ut ibi monimus, addetur: Maria cum sanctis suis. In Nicomedia Aprilis, Servuli. In MS. Blumiano: Mariae. In Nicomedia Aprilis, Selvoli. Quo etiam modo, sed absque mentione Mariæ, legitur in Codice Lucensi: In MS. Tamlaetensi nomen Mariæ aliis immissetur: ut conjunguntur nomina, Aprilis, Servuli et xx militum. Rabinus et Notherus ista habent: In Nicomedia Aprilis, et Servuli. Apud Bedam excusum legitur Cervoli: reliqua sunt eadem. At die xxv Martii ista habent MS. codex Carmeli Colonensis et Martyrol. Colonia exsumus anno 1490, item

Grevenus in Additionibus ad Usnardum: In Nicomedia sanctorum martyrum Aparilis, sive Aprilis et Servuli. Maurolyco et Felicio ultimus dicitur Servulus. MS. Trevivense S. Martini de sociis ista habet: In Nicomedia xxii militum Martyrum. MS. Labianum: Sebioli cum aliis xxiv, ubi Sebiolus pro Servulo legitur, qui solus est in Martyrol. Richenngiensi. MS. Ultrajectinum ista habet. In Nicomedia viginti tria milia Martyrum, ubi forsitan legendum viginti trium militum Martyrum: uti passim omnia similia in Martyrologiis in eis genito leguntur. Galesianus plures conjungit his verbis: Nicomedie Beatorum Martyrum Aprilis, Cervoli, (qui huc spectant) Trophimi, Bacarpionis qui decem mille neces pro fide Christi pertulerunt: de quibus supra ex Menais Graecorum egimus.

DE SANCTIS MARTYRIBUS

B QUINTO, ROGATO, INGENUA, QUARTILLA, ROGATA, E LUCIANO, AURILLIO, SATURNINO, VICTORE ET MAU- RO IN CAMPANIA.

XXVIII MARTH.

Nomina
Martyrum
in antiquis
Fastis

18 Mart.

Terma Martyrum tercia proponitur in Martyrologio S. Hieronymi his verbis: In Campania Quinti, Rogati, Ingenuae, Quartilla, Rogatae, Luciani, Aurilli, Saturnini, Victoris et Mauri. Ita Codices Lucensis et Corbeiensis. At Blumianus loco Mauri, habet Matori. Et noster perpetuus codex habet Lucensis ubi alii Luciani. Ex his quinque nominantur in MS. Colonensis sancte Marie ad Gradus: In Campania Rogati, Victoris, Quinti, Locani, Mamri. Quatuor sunt in MS. Tornacensis sancti Martinii: In Campania Natalis SS. Rogati, Victoris et S. Luciani et Mauri. MS. Latense pro Luciano habet Saturninum, et alias tres recenset. MS. Leadense sancti Lamberti: In Campania Quinti, Ingenuae, Luciani, et Servili. Sed ultimus isti Servulus Nicomedensis, de quo cygnus. Notherus tris primas habet: In Campania Quinti, Rogati et Ingenuae. MS. Regiae Sueviae et ex ea Holsteniensis in Annales ad Martyrol. Romanum: In Campania Quinti, Rogati. MS. Iterlatense: In Campania Natalis SS. Rogati, Victoris

et Luciani. Qui nullo appositu nomine referuntur in MS. Bruxellensi S. Gunduliz et alio Belgico MS. Richenngiense: In Campania Quinti, Ingenui et Quartillae. MS. Augustanum sancti Udalrici: In Campania Luciani cum aliis xxiv, Quinti, Saldæ, Rogati. Ex his Saldas spectat ad sequentes Maurianos: at xxiv anonymi ac praecedentes Nicomedenses. Idem non apposita prorogatio sunt in MS. Labianum, sed loco Lucianum habetur Sebioli, qui est Servulus Nicomedensis. MS. Pragense plures, sed alias matos, recenset: Rogati, Quinti, Luciani, Victoris et Mauri. Rabanus tres alteri regioni applicat: In Lucania Quinti et Ingenui et Rogatae. Ita sequenti die inscripta Beda excuso sunt nomina Luciane, Ingemii, Rogatae et Timothei: sed hic spectat vel sequentem classem. Quatuor ex hisce Quintus, Lucianus, Victor et Maurus in Campania referuntur die xvii Martii in MS. Codice Carmeli Colonensis et MS. Florario: item a Maurolyco, Felicio, Canisio.

17 et 19
Martii.

C

DE SANCTIS MARTYRIBUS

F

CURENTO, TIMOTHEO, SALDIA, FELICIANO, JOCUNDO IN MAURITANIA.

XXIX MARTH.

Terma Martyrum quarta in Martyrologio S. Hieronymi refusa: ex quibus noster videt solus duos habet: In Mauritania Timothœi, Saldia. MS. Lucense tertium proponit: In Mauritania Currenti, Timothœi et Saldia. In MS. Blumiano scribitur Currenti ut et Saldia. In ultime Parisiensi duo junguntur: In Mauritania Currenti, Timothœi et Saldia, Feliciano, Jocundo. MS. Aquinenatum. Item SS. Currenti et Timothœi lucis additur in MS. Barberinianum MS. Richenngiense et Rabanus. In Mauritania Timothœi, additur a Nothero, et Saldia. It cum aliis

duobus in MS. Regiae Sueviae ab Holstenio in Annalibus ad Martyrol. Rom. Editio Grevenus in Additionibus ad Usnardum: In Mauritania BB. Surenti et Timothœi, at prior alias Currentus seu Currentos est. In MSS. Augustano et Labianano Saldia moneta inter alias Martires reperitur. In MS. Tamlaetensi SS. Saldia et Thites, alias Timothœi. Hic in Beda excuso sequenti die refertur. Atque hi sunt quatuor ordinis Martirum, quos nobis Hieronymianum Martyrologium exhibet.

DE S. CANDIDO MART. ROMANO

CINGULI IN PICENO.

XVIII MARTII
An. 1630

Hieronymo
Car. Verospio.

Datum Corpus
S. Candidi
Mar.

Et Coronetac.
S. Agnetis.

Con facultate
de eo
dacionendi,

Cingulum, Picui veteris oīm non ignobilis civitas, de qua in addendis ad tom. 2 Januarii fol. 1148, ante Vitam S. Exuperantii egimus religione, veneratur S. Candidum, Romanum Martyrem, ad Collegatam illius Ecclesiam hoc die translatum: enjus translationis instrumenta, manu Bonifati de Brnardis a Cingulo publici ibidem Notari ex proprio originali transumpta, et Confalonoru atque Prioris Cingulau sigillo minitu, ad nos misit anno MDCLV, ipsudem oppidi nobilis indigena Carols Francischiui, et sunt sequentia.

2 In nomine Domini. Amen. Sanctorum in celo cum Christo regnantium venerabiles reliquiae magni solent militantibus in mundo fidelibus allerle subsidiis adversus iisidias et tela nequissimi hostis, qui humano generi, tamquam leo rugiens, perniciem moliri non desinit. Unde non innumerito hujusmodi sanctorum reliquie et latissimis excipiuntur animis, et summo a fidelibus populis habentur in pretio. Propterea Eminentissimus et Reverendissimus Dominus Hieronymus tituli S. Agnetis in Agone Presbyter Cardinalis Verospio, Episcopus Auximanus, volens gratissime et bene merentissimum terrae Cinguli, sub ejusdem Eminentissimi pastorali cura collectata ex hujusmodi Sanctorum reliquiis compicuum aliquod prestare donum, quo terra Cinguli celestibus thesauris locupletior, et Sanctorum protectione redderetur securior atque felior, insigne corpus S. Candidi Martyris, ex urbe Romana exportatum, atque eidem terra Cinguli illatum, dono dedit, ut infra, de qua re publicum etiam confici mandavit instrumentum. Igitur praesenti publico instrumento cunctis ubique pateat et sit notum, quod alias Illustriss. et Reverendiss. D. Julius Cincius, Patricius Romanus.... Eminentissimi ac Reverendiss. D. Cardinalis S. D. N. Papae Vicarii in civibus caussis Locum-tenens, Corpus S. Candidi Martyris, depositum et collatum in quadam capsula lignea, eidem Emin. et Rever. D. Hieronymo tit. S. Agnetis in Agone Card. Verospio, Episcopo Auximano largitus fuit; prout apparet ex instrumento donationis, rogato a D. Joanne Garsia Valentino cur. caus. Eminentissimi et Rever. D. Card. Vicarii notario, sub die xii Junii mīhi

C Notarii infrascripto in publica et authentica forma, ad effectum hic de verbo ad verbum inferendi, consignato tenoris hujusmodi.

3 In nomine Domini Amen. Præsenti publico instrumento cunctis ubique patent et sit notum, quod anno a Nativitate D. N. Jesu Christi mīhi, Indictione mīhi, die vero xiiii Mensis Junii, Pontificatus autem sanctissimi in Christo Patris et D. N. D. Innocentii divina providentia Papa x, anno vi in mei et testium infrascriptorum præsenta præsens et personaliter existens Illustrissimus et Reverendissimus D. Julius Cincius.... qui sponte sua et omni meliori modo, ad majorem Omnipotentis Dei et Sanctorum suorum gloriam et honorem, donavit et largitus fuit Eminentissimo et Rever. D. Hieronymo.... Card. Verospio.... præsenti corpus S. Candidi Martyris, alias ex Coeneterio S. Agnetis de mandato S. D. N. Papæ extractum, et idem Illustrissimo ac Reverend. D. Julio Cincio, de anno præterito ab Illis, et Rev. D. Antonio Rivaldo, ejusdem Eminentissimi ac Reverend. D. Cardinalis Vices-gerente, cum facultate penes se retinendi, aliis donandi, extra urbem transmettendi, et in Ecclesiis collocandi donatum et con-

signatum; prout apparet ex litteris testimonialibus donationis hujusmodi in manu propriæ dicti Illustr. et Rev. D. Vices-gerente, et sigillo leti Emin. D. Card. Vicarii munitis in actis productis: ad harum effectum dans atque transferens dictus Illustr. ac Rever. D. Julius Cincius eidem Eminent. et Rever. Card. Verospio omnino modico facultatem et auctoritatem circa dicti Corporis dispositionem sibi ut supra concessam. Quod quidem corpus sancti Candidi Martyris depositum et collatum in quadam capsula lignea idem Emin. et Rever. D. Card. Verospio omni qua potuit majori devotione et reverentia accepit, et gratias quam plurimas egit... Actum Rome in domo solite habitationis dicti Ill. et Rev. D. Julii Cincii, presentibus ibideam Perillustri et adm. Rev. D. Philippo Piro Auditore, et Illustri D. Petro Lelio Romano, testibus ad predicta omnia et singula vocatis atque rogatis.

4 Sequitur fides Notariatus dicti Joannis de Garsia per Martium tit. S. Petri ad vincula S. R. E. Presbyt. Cardinalem Ghinetum, S. D. N. Papæ Vicarium generalem: qua hic omissa procedit tenor instrumenti prioris. Cujus quidem instrumenti originales fuit postea

infrascriptis Illustribus et adm. Reverendis DD. Praeposito et Canonice Collegiate dicta terra Cinguli,

ad effectum conservandi, datum et consignatum.

Volens deinde dictus Emin. et Rev. D. Card. Verospio facultate et auctoritate, sibi vigore superscripti instrumenti attributa, frui, et dictam terram Cinguli dicto corpore S. Candidi Martyris decorare,

ipsum corpus S. Candidi Martyris e Romana urbe exportatum, ac terrae Cinguli solenniter illatum, Ve-

nerabilis Ecclesia Collegiate ejusdem Terrae Cinguli,

sub nomine D. Marie consecrata, donavit, et

de praesenti ad perpetuam rei memoriam publicum

haberi voluit instrumentum. Hinc est quod dictus

Emin. et Rever. D. Hieronymus tit: S. Agnetis in

Agone Presbyter Card. Verospio, Episcopus Auxi-

manus, anno a sanctissima D. N. Jesu Christi na-

tivitate vocata. Indict. iv. Pontificatus autem S. D. N.

Innocentii divina providentia x anno vii, die vero xix

mensis Martii, circa duas horas noctis, cum tribus

luminibus aceris, in mei et testium infrascriptorum

præsenta præsens et personaliter existens,

sponte et omni meliori modo, ad majorem Omnipot-

entis Dei et Sanctorum gloriam et honorem, atque

ad exitandum in populo Terræ Cinguli majorem de-

volutionis affectum, dictum saeculum Corpus D. Can-

didii Mart. in capsula, ut supra, collatum, ex puro

sue voluntatis affectu et benevolentia, dono dedit irrevocabiliter inter vivos supradictæ Collegiate

Terræ Cinguli illius Capitulo et Canonice, videlicet

Illustribus et adm. Reverendis DD. Hieronymo Pier-

matheo Proposito, Simoni de Bernardis, Matthaeo

Pasqualono, Achilli Simonetto, Antonio Marconi,

et Severo Severino ejusdem Ecclesiae Canonice pro-

sentibus et acceptantibus, tam pro se ipsis quam pro

Dominis Collegis absentibus eorumque successori-

bis, in perpetuum.

5 Adiicit etiam idem Emin. et Rever. D. Card.

Verospio, et expresse injunxit hujusmodi donationi

hanc irrevocabilem legem et conditionem, videlicet,

quod dictum venerabile corpus sancti Candidi Mar-

tyris reponatur, et depositum conservetur in loco

decenti ejusdem Ecclesiae Collegiate, sub tribus

clavibus bene clausum et custoditum; quarum clau-

rum una penes Capitulum et Canonicos predictos,

altera

qui illud an.
1631. Cingula
tua transfert,

et Beccator
Collegiate
donat

A altera penes Illustrissimum et adm. Reverendum D. Vicarium foraneum Cinguli pro tempore existentem, tercia vero penes Illustrissimam Communamatem Terrae praedictae in perpetuum conservetor. Insuper idem Enin ac Rever. D. Card. Verospio mandavit et expresse ordinavit, ut dictum corpus S. Candidi Martyris populo videndum et colendum exponeatur, et digna celebritate coleretur die xvi Martii eiusque anni, ad celebrandam memoriam gloriose Translationis dicti corporis in terra Cinguli.

G Haec Translatio eodem die magna cum populi frequentia et plausu solemniique pompa et singulari cum animorum hilaritate et devotione ab eodem Emin. et Rever. D. Card. Verospio facta est. Quod corpus S. Candidi Martyris, ut supra in capsula col-

locatum prædicti DD. Præpositus et Canonici acceptaverunt, et humillimas gratias eggerunt ipsi Emin. et Rever. D. Card. Verospio, rogantes D. O. M. ut illius pice munificentia largissima e celo præmia retribnere dignaretur. Prædicta autem omnia et singula supradicti DD. Præpositus et Canonici semper rata habere, et numquam contravenire promisebant, et ita tactis eis jurarunt. Actum Cinguli, in dono Perillustri D. Friderici Simonetti, in contrata S. Dominici, juxta viam: præsentibus ibidem DD. Capitanio Joanne Bapt. quondam D. Achillis Dionysii et Capitanio Camillo quondam D. Hieronymi Sinaldi de Auxino, testibus. Ego Alexander de Bernardis de Cingulo Notarius rogatus etc.

et 18 Martii
publico cultui
expenditum

D
Conditiones
acceptat
Capitulum.

DE SANCTIS MARTYRIBUS

NARCISSO EPISCOPO GERUNDENSI APOSTOLO AUGUSTANO ET FELICE EIUS DIACONO

Commentarius historicus.

E

B

INITIO
SEC. IV
XVIIIR. MARTII

Ara Sancti
Narcissi.

Acta in conver-
stantia S. Afrae
istoria

compendium
vite

Reliquia,

statua
argentea.

Gerunda antiqua et illustris Cuthlanus apud Hispanos urbs, flumine Unda, mox in Ticeriu influente, affusa. Sed ubi antiquis temporibus Episcopali exornata, inter euns Antistites veneratur S. Norrissum, ibidem pro fide Christi lauera mortuorum coronatum. **Hic ille est sanctus Norrissus**, quem Augustus Vindelicorum apud Germanos primum snum agnascit Apostolum ac fidei præconem: et cui in magnifica Basilica Monasterii SS. Udalrici et Afræ erecta est ara Princeps octoginta pedum altitudine: cuius effigiem exhibet Bernardus Hertfelder in Basilica SS. Udalrici et Afræ asehistoricæ descripta, atque æneis figuris illustrata.

2 Rerum a sancto Narciso gestarum historia a co-
vis scripta non extit, et si quæ fuerit, est cum passionis libro, ut infra dicitur, irruentibus Paganis irrecuperabiliter umissa. Extat historia conversionis et passionis S. Afræ et sutorum a Murco Velsero eruditio conuen-
taria explinata, in quo arbitratam eam, pace Ecclesiis per Constantium Magnum reddita, recente adhuc vi-
gente memoria, fuisse conscriptum. Est autem mirabilis illa conversio per S. Narcissum facta, occasione enjus plerisque de hoc Sancto reservantur, ut ictor repperire poterit in dicta S. Afræ historiæ apud memoratum Fel-
G erorum a nobis ad diem v. Augusti et leuidanda. Interim he dumus niquod utrum compendium eratum a Joanne Gumanus nostro ex codice membranaceo dicti Monasterii SS. Udalrici et Afræ, corio albo tecto, et littera Z ac numeru xl signato, cui iste titulus est præfensus: Vitæ SS. Narcissi, Udalrici, Simpertii et Afræ: quod item Gumanus nunc MS. Blutuvano itidem membranaceo Passionali Sanctorum decim contulit.

3 Hisce addimus Berengari Episcopo Gerundensis epistolam ad Sigwardum Abbatem Monasterii SS. Udal-
rici et Afræ, anno MXXXVIII missam cum varnis S. Narcissi et aliorum Sanctorum Reliquis. Mortuus est Sigwardus Abbas MXXIV. Occasione harum reliquiarum, quæ sunt de vestibus ejus, imago ex argento pectore te-
nus efformata est, atque in dura libro Hertfelderi pag. 69 expressa: et quidem cum malo genio quad, cum S. Afram conuerteret, damnum horribilem sprece appa-
rentem oratione et jejuno populariter, et inmanum vel Alpium Funes habitantem draconem interficeret. Est dicta Berengari epistola etiam excusa a Murco Felsero pag. 33 et Antonio Vincentio Domenecico libro de Sanctis Catalaunis fol. 26 quæ nonnullis insertis anchorante citatum Compendium Fite S. Narcisci,

prout hic damus, extat in codice Augustano. Quibus subjunctionis pauca miracula ex Hispanico dicti Domes-
neci Latine translata.

4 Diem obitus sancti Narcissi ignorari satetur Be-
rengarius in dicta epistola, sed assumptum iv Kalendas Novembbris pro transitus festivitate, quod et Augus-
tani fecerunt: quo die celebratur Natalis S. Naveisci Episcopi Hierosolymorum. Hinc data occasio Petro de Natalibus lib. 7 Catalogi cap. 28 aberrandi, et scribendi per prædicationem Narcissi Hierosolymorum Epis-
copi S. Afram ad Cliristum conversam, et cum omni domo et Matre baptizatam, atque a peccato revocatam esse. Qui error in Martyrologiis variis re-
peritur. At Martyrul. Romanum ad hunc dirm nobis cum proponit his verbis: Augustie Sancti Narcissi Episcopi, qui primus in Rhætia Evangelium prædi-
cavit, deinde Romanus profectus, cum Gerundus multos ad Christi fidem convertisset; ibidem in perse-
cutione Diocletiani cum Felice Diacono martyrii palmam accepit. Quæ eadem fere leguntur in Martyrologio Galesi, et aliquanto latius in Additionibus Molini ad Usuardum anni 1368. Secuti supra citatus Domes-
necus, Tamaius Salazar in Martyrologio Hispanico, et ab eo allegatus Rodericus Acuña, item Georgius Cardoso in Hayologio Lusitano. Utroque die referunt Greverus, Cansius, et ali. inscripia Martyrologio Romano sunt ad diem xii Augusti Hilaria Mater S. Afræ, aliquæ socie Martyres: ad quem diem in Martyrol. Pragensi ista adduntur: Hujus S. Hilariae caput Carolus Imperator obtinuit in civitate Augustæ in Monasterio S. Udalrici, et donavit Ecclesia Pra-
gensi. Item in eodem capite recondidit Imperator Reliquias Narcissi Episcopi et Martyris, qui Beataen Afram convertit ad fidem.

5 De patria et Episcopatu ante conversionem S. Afræ silent hujus Acta, ut solum Episcopum denominant. Infra in Compendio ritæ dicitur fuisse Episcopus Ge-
rundensis, et num. 2. reversus in civitatem suam Gerundensem: sed num solum intelligatur Episcopalis an paterna, dubium est. Aliquot recentiores ex nulla auctoritate scriptorum Dextri et Maximini per inventio-
num, volunt Episcopum Bracarensem fuisse, et Scalabi in Lusitania prognatum; et sub Aureliano Impe-
ratore martyr laurea coronatum: ad que stolidenda needum vultus satis tutu fundamenta. Cum ipsis Actis et Martyrologio Romano, quibus adstipulantur Regino, Hermaenus Contractus, Marcus Velserus atque S. Narcisum

miracula:

cultus
28 Octobr.

el 18 Martii

F

Reliquie
Præge.

patria,

Sedes
Episcopali,

tempus
martyrii.

S. Narcisum

A *S. Narcissum cum suo Diacono S. Felice in persecutio-*
nate Diocletiani passum arbitramur, forsitan tamen cum
deposita ab eo purpura ista adhuc duraret.

VITÆ COMPENDIUM

Ex MSS. Augustano et Blaturano

o **I**gitur ex a Occidental Hispani civitate Gerunda
exorta est tempestas Christianæ persecutionis : et
omnes qui illuc morabantur, ab impissimis Impera-
toribus Diocletiano et Maximiano ad sacrificandum
idolis cogebantur. Erat tunc in eadem civitate sanctissimus
Pontifex, nomine Narcissus, quod potest
dici in nostra lingua *b* pulcherrimus flos, vir nobilissimus,
et in Christi fide fundatissimus. Hic iug-
rumentum persecutionis rabie, populum sibi subiectum
in fide Christi confortavit, et ne timerent persecuto-
rum rabiem; verbis suassisibilibus præmovit, dicens :
fratres charissimi, estote fortes in fide Domini nostri
Iesu Christi : et nolite timere persecutorum rabiem,
que cito sicut fumus transibit : et statim consola-
tions auxiliam a Domino vobis erit. Nemo enim visi-
qui Christiane certaverit coronabitur. Beatus ergo
vir qui suffert tentationem, quoniam eius probatio

B vir qui sunet tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ. Non enim condigne sunt passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quam revelabitur in nobis: et ideo omnes qui volunt pie vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur. Nolite itaque eos timere, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius eum timete, qui cum occiderit corpus, habet protestatem animam mittere in gehennam ignis. Vos igitur fratres carissimi, a Spiritu sancto tam clementer et evidenter edocti, sponte et non inviti accedite ad Crucem Domini nostri Jesu Christi, ut consortes efficiamini resurrectionis ejus. Si enim complantati fueritis similitudini mortis et passionis ejus, simul et resurrectionis ejus eritis. His autem et aliis divinorum eloquiorum bortamentis edocti, omnes fratres prompti et parati erant ad perferendam passionem, propter nomen Domini nostri Jesu Christi, et propter amorem patriæ cœlestis.

2 Beatus itaque Pontifex Narcissus, Pastor ovium Christi, ante omnes et præ omnibus quasi dux et ductor gregis, sic ipse gaudens præcucurrit, præ cunctis sponte se offerens ad passionem, cupiens se jam dudum immolari pro ovibus Christi ut post victoriam passionis cum palma martyrii mereretur eos præcedere in regno Dei, susceptis propter nomen Domini multis injuriis ab iniquis tortoribus. Cum ianuad palmarum victoriae se astimaret pervenisse; apparuit ei Dominus in visu et dixit ad eum: fortis esto, agonotheta meus charissime, et longanimis esto atque patiens ad percipiendam coronam, quem te expectat in regno meo. Nondum ut putas apprehendi coruam tuam: sustine adhuc modicum donec impleatur numerus animarum, quæ per verbum prædicationis tuæ credituræ sunt in me. Oportet enim te adhuc et aliis gentibus et linguis verbum meum annuntiare et predicare: et postquam acquisieris milii gentes illas, reverteris hic, et in hac civitate

jam ad palmarum victoriae se astimaret pervenisse; apparuit ei Dominus in visu et dixit ad eum: fortis esto, agonotheta meus charissime, et longanimes esto atque patiens ad percipiendam coronam, quem te expectavit in regnum eius. Nondum ut putas apprehendi coronam tuam: sustine adhuc modicum donec impleatur numerus animarum, quem per verbum predicacionis tuae creditur sunt in me. Oportet enim te adhuc et aliis gentibus et linguis verbum meum annuntiare et praedicare: et postquam acquisieris in illi gentes illas, reverteris hic, et in hac civitate tua Gerunda cum honore percipies coronam tuam. Est civitas in partibus c Rhaeticorum, d Angusta nomine, nulla adhuc conversa praedicatione, in qua magna scvit persecutionis procella, et nimium de super erexit fornicationis miseria. Hanc ergo civitatem cum introieris, ad meretrices, nomine Afram, fiducialiter ingredieris, et una cum Diacono tuo Felice et draconem, qui in domo prostibuli illius latet, invoke nomine meo refugabis, et eum ad Alpes Julianas draconem interficere jubebis; domum vero illius prostibuli orationibus tuis mundabis, et ipsas meretrices, quae in eadem domo sunt, baptizabis.

Omnibus quoque rite peractis Ecclesiam illam et D
populum, quem tibi purificaveris, ad regnum vitae
eternae incitabis, et Episcopum ejus / Dionysium
ordinabis et sic deum cum pace ad hunc locum
stationis tuae reverteris, ut coronam tuam percipias,
et eam sine fine necum cum Sanctis meis possideas.
Vade ergo securus huc : quia ecce mittō Angelum
meum, qui perducat te ad locum illum, et custodiat
te semper, et post lucrum multarum animarum re-
ducet te huc ad coronam tuam, quoniam me custo-
diente et defendente nemo rapiet te de manu mea.

3 Surgens ergo S. Narcissus Episcopus, assumptus
Diacomo suo Felice, caput ire per longa terrarum
spatia et fluminum difficiles tractus, donec Christo
ducente ad Augustam y Alaramiorum civitatem
perveniret : ubi tunc Diocletiani persecutio ita
Christi Ecclesiam oppresserat, ut paucissimi et pene
nulli in eadem civitate essent, qui Christum confi-
teri auderent. Ingressi itaque civitatem Episcopus
et Felix Diaconus, manierunt frontes suas signo
Crucis Christi et intrantes prostibulum ad meretri-
cem, nomine Afram, et imprecantes pacem Domini,
benigne et quasi pro furpi negotio ab ea recepti sunt.
Videns autem eos non lascivie sed divinis officiis in-
sistentes, haesitavit in corde, considerans homines
non jocantes, sed serio agentes, orantes et psalmen-
tes, et eibum carnalem non diligentes; compuneta
corde dixit ad eos : non recte intrastis Domini
mei : nam hac domus immunda est, et non convenit
vobis, qui Christiani et Sancti estis. Nos enim sor-
dida et polluta sumus : et Christi virtus hic peri-
clitatur, ubi continuo vanitas et spurcitia exercetur.
Respondit Episcopus : Ego inquit habebam in-
gredi, nisi quo me jussit gratia Christi. Nolito ergo
timere, quia per vos non polluirat gratia Christi :
ino per gratiam Dei vos mundari et purificari oportet.
Quomodo enim Sol de celo splendens cloacas et
sordes platearum penetrat, nec tanquam sordidatur,
sic potius vos mundare et purificare habet, ut glori-
ficetur per vestrum conversionem, et ut exemplum
ceteri peccatoribus prebeat. Afra respondit :
Quomodo ergo purificari possum, quia plura peccata
comisi quam numeros habent arenae maris et plu-
viarum guttae : quia non solum fornicatione, sed
etiam idolatria cultura me perdidi. Veneris cum
idololatria sum dedita ab infancia mea usque in pre-
sens, et Venus coli non potest, nisi per immunitionem
et fornicationem. Responuit ergo Episcopus : Christo
Domino meo nihil est impossibile. At quoniam eam
convertebat ad fidem Christi, ipsam et totam familiam
ejus, et eis Episcopum ordinavit, Sanctum sci-
licet avunculum Afram Dionysium, et draconem interfecit,
hoc require in libro S. Afra, ibi invenies illa
omnia. Post quae baptizavit Afram, Hilariam, Di-
gnam, Eunomiam, Eutropiam, et eis Dionysium in
Episcopum ordinavit, et dum Hilarie in ecclesiam
dedicavit, in qua, quādiū ilii mansit, divisa mysteria
celebravit, et multos Paganorum a cultura idolorum
conversos baptizavit, et plurimas sanitates infirmis
conferens, caecis visum, surdis auditum, invocato
Christi nomine restituit.

4 Interim audientes Pagani famam beati viri, nuntiaverunt Judicij h Gaio, dicentes : Ecce Pontifex Christianorum, Narcissus nomine, expulsus de finibus suis; profugus, venit in civitatem hanc, et manet in domo Afrae meretricis, et multos convertit a cultura deorum, praedicans Christum Deum suum. Tunc iratus Gaius praecepit apparitoribus suis, ut eum comprehenderent et ad sacrificandum idolis compellerent . et si sacrificare nolle, diversi ex- cruciatum tormentis interficerent. At illi venientes in domum Afrae dixerunt ad eam. Educ viros, qui venerunt ad te, Christiani! emma sunt, et deos nos-

*addito Angelico
comitatu,*

ter peragit :

9

E
ad S. Africam
divertens

*eam ad fidem
convertit.*

baptizat cum
vita familiâ

*et multos alios
miracula
perirent;*

*conquiritur a
sanctisibus :*

lata, neque
inventur.

redit Gerun-
dum e

sua animal in
fide:

exponit fruc-
tum suum
missionis:

ob martyrium
S. Afræ et
sociarum,
gratias Deo
agit:

e con illo
Gerundum
Paganorum

abstractus ab
altri occidi-
tur.

Atres contemnunt, prædicantes vobis alium Deum, quem non colit populus hujus civitatis et Principes ejus. Afra vero priemonita absconderat eos in solario domus ejus sub lini fasciculis, quos apud se habebat, dixitque apparitoribus: quid putatis haberent venire ad me si Christiani essent? Ad me non veniunt Christiani, quia meretrix sum: quod si mibi non creditis, intrate domum meam et querite eos; at illi credentes ei, et putantes eos alibi latitare, recesserunt. Beatus autem Narcissus Episcopus per aliquot dies plenus instruens B. Afram ejusque socias, et eos, qui per eum crediderant, et confirmans eos in fide, reversus est in Hispaniam et civitatem Gerundam, unde cum Diacono suo Felice. Inveniunt autem Ecclesiam gravi persecutionis procella quassatam, ita ut multi in fide titubarent, quos B. Narcissus paterna consolatione in fide confortans, et eos qui constantes erant, ut firmius starent, exhortans, omnes ad tolerantium passionis animavit.

3 Deinde convocans omnes fideles viros et mulieres exposuit eis enaus itineris sui, quomodo Christus per suam magnam gratiam et misericordiam meretrices salvavit in civitate Augusta, ad exemplum omnium poenitentium, et ut prædicetur virtus in gentibus. Audiens autem omnis Ecclesia fidelium levit, et uberrimas graciæ actiones Domino retulit: qui neminem vult perire, sed omnes ad poenitentiam et remissionem peccatorum desiderat venire. Interea dum B. Narcissus verbum Domini in Hispania aliisque disseminaret, et multis ad Christum converteret, audivit Ecclesiam quam ipse fundavit in civitate Augusta, saevissima Paganorum persecutio dilaceratam: adeo ut vix temes reliquæ Christianæ Religionis ibi permanisse vulerentur. Et beatum quoque Afram pro tribunali stetisse pro nomine Christi, et post publicam professionem cum tota familia sua per exusionem ignis martyrio consummatum. Quo auditus sanctus Episcopus pro victoria Martyrum Afræ et sociarum ejus gratias Domino retulit, sed de oppressione et dispersione ovi-um Christi altius ingemiscens, et cum multis lacrymis reliquias plantationis suæ in civitate Augusta Domino commemans, diem passionis Afræ et sociorum ejus in Ecclesia solemnum haberi constituit. Historiam quoque passionis et conversionis eorum in Ecclesiis Hispanis divulgavit.

6 Audientes interim Majores civitatis Gerundæ multos quotidie converti ad Christum per B. Narcissum, quem dulim ob declinandum persecutio- nem in exteris regiones profugisse amiverant, timentes ne fama doctrine ejus ad aures Praefecti Hispanie pertingeret, et ne forte furor illius contra civitatem illam desaviret; cogitaverunt enim occidere. Sed quia vir nobilis erat, et jam multi erant, qui per eum Christo crediderant; timentes ne sedi- tio oriretur in populo, si publice occideretur; jusserunt satellitibus suis, ut observarent eum, et recepta opportunitate clam interficerent. Quadam itaque die dum ad celebrandum sacra mysteria preparatis oratione incambarerit B. Narcissus; infibules, qui ei jam pridem insidiabantur, subito irruentes in ecclesiam, de sacro altari abstractum, et injuriis affectum, gladio percusserunt, et lenti vulneribus cruentatum reliquerunt. Passus est autem Narcissus iv Kalendas Novembris. Eodem tempore B. Felix Diaconus ejus, in eadem civitate Gerunda pro confes- sione Christi occisus ab impiis, migravit ad Dominum: cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

a Occidentalis est Hispania respectu totius Europa, alias Gerunda est in Occidentali parte ipsius Hispanie. — b Alludit ad Florem Narcissum, unde et Portis dato occasio fabulandi puerum pulcherrimum in eum Florem communatum fuisse, ut Ori- dulus habeat lib. 3. Metamorphosis. — c Unam Provinciam con-

stituit Rhætia et Vindelicia, cum regiones in formam Provinciarum ab Augusto Imperatore redigerentur. — d Augusta Vindelicorum, Primo Episcopo Cafluenensi in Topographia sanctorum Martyrum cum Martyrologio Naurolyci edita dictitur Augusta Rhætia Vindelicorum civilis, et creditur intelligi apud Tacitus de Germania situ dum splendidissimum Rhæticæ provinciæ coloniam appellat. — e Historie de demoni effugato et dracone per hunc intertempore late deducitur in Conuersione S. Afræ. — f Colitur S. Dionysius 26 Februario, consule ibi a nobis dicta. — g De Alamanis earumque Sede Surria obi- eginus. Consule caput 1 Tunc S. Vedasti 6 Febr. Notat. e. d. — h Galio, seu Calus, rham Index memoratur in Pausione S. Afræ,

Epistola Berengarii Episcopi Gerundensis de Reliquiis SS. Narcissi, Felicis et aliorum.

Anno Dominicæ Incarnationis MXXXVIII missus est quidam a nuntius de Coronio S. Afræ ad Gerundam civitatem: cuius iter Deo, qui disposerit, comitante, et ad praesatum locum incolumis pervenit, et inde non modicas sanctorum Martyrum Reliquias cum hismodi scriptis reportavit.

Charissimo Patri, Domino Sighardo Abbati, et universæ Sancti Udalrici et Sanctæ Afræ Martyris Congregationi, Berengarius sanctæ Sedis Gerundensis Episcopus, cum omni Clero et fidelì populo perfui bonis omnibus semper in Christo.

2 Noverit, dilectissimi, venerandus vestrae fra-ternitatis affectus, nos et vestrum nuntium vidisse, et delegatas nobis a vestra fraternitate litteras pio respectu perlegisse: et vestris precibus (licet id quod nobis post Deum carius est expeteret) nimis vestri devinctos devotione, libenter annuisse. Tanta est equidem a Christo commendata dilectionis integritas, ut quod sibi quis avidius retinendum elegerit, crimen esse perhorrebeat, nisi petenti b celeriter obtulerit. Quapropter, carissimi fratres, hujus caritatis jura servantes, hinc si dicendum est, pre- sumptionem facientes, hecatudini vestrae de sacro sanctis salutis nostræ thesauris munificum munus dirigimus: videlicet ex ossibus, et carne, et cruce terra mixta, ac vestimentis sanctissimi Doctoris nostri, e Felicis Martyris Christi, scilicet illius, quem ut Apostolum et Prophetam habemus: non illius qui Beatissimi Narcissi Episcopi Diaconus est dictus: quoniam ipse translatus a piissimo Rege Francorum Carolo apud Parisiorum civitatem ho-norifice requiescit: item de gloriosissimi patris nostri Narcissi Pontificis et Martyris Christi vesti- mento et stola, cum quibus conditus est in sepulcro. De corpore autem ejus vobis ideo mittere nequivimus, quoniam ita hactenus Dei gratia servatur incorruptum, sicut ea die, qua spiritus ejus de hoc seculo nequam transvectus est ad Dominum. Mittimus etiam vobis de ossibus capitii atque manus Sancti Romanii d pretiosissimi Martyris Christi, socii videlicet predicatorum Felicis venerabilis Martyris Gerundensis, Hispanique Doctoris, Sanctarum vero reliquiarum, quas destinamus, loculo adjunctis brevicolis (ne quis insecus error perturbaret) ita signando distinximus, acura' ut quorum quisque gerat pignora, indubitanter noti-fieatur ignorantibus. Laetamini igitur in Domino di- lectissimi, et exultate, et tantorum trium Patrum pignora sub Trinitatis nomine vos promerusse, gaude-te. Et ut paro laetamur, si non honorificentius non tamen irreligiosius, quam a nobis custodiuntur, munera fidei vestrae credita conservate: quatenus patrocinantibus ipsis, quorum pretiosissimum pignus in manibus habetis, et præsentis vita tranquillitate perfui et future beatitudinis requiem consequi val- eat. Passionem præterea S. Felicis vobis transmittimus, in qua natilis ejus diem, Kalendas videlicet Angusti prenotavimus.

3. r Item opera pretium inserere, quod (sicut episto- la predicatorum Berengarii videntur innuere, et annales tes-tantur) Corpus Beati Martyris Patris nostri Narcissi, in

Maria Augusta
Gerundum
elert repon-
sum

e Reliquias
S. Felicis
alterius,

c

S. Narcissi

F

et S. Romani,

d

accura'
distinximus:

a corpore
ad huc vulnera
uincia
exhibitente
f
nihil anferri
potest.

Acta passionis
pertinent.

h
i

A in destinatione nuntiorum Augustensium Fratrum, in corruptum est inventum, et adhuc cilio involutum fermentis gladii stigmata servat; sicut inter sacra Missarum solemnia tribus vulneribus, scilicet in gutture, humero, et in sura vulneratus Martyr in Dominico oculabuit. Post humationem vero sacri corporis, multis annis elapsis, vivido colore, veneranda canicie, dextera ad benedicendum porrecta integer est inventus. / Cumque quidam Religiosus Abbas digitum pedis ejus furtim vellet diripere venerationis intuitu, cunctis ridentibus et de miraculo stupentibus, pedem retraxit. Haec itaque, sicut legimus, devotioni vestre, Fratres, litteris curavimus signare.

g De gestis autem S. Afrae nihil amplius nos quam vos habere cognoscite. De sancto vero Narciso dirigimus quod habemus. Passionis enim illius librum, et obitus sui diem, irruentibus Paganis et Ecclesias nostras vastantibus ac loca depopulantibus irrecuperabiliter amissimus. Transitus vero ejus Festivitas a nobis annualiter solemni studio celebratur h in Kalend. Novembbris, Translationis autem iv Kalend. Octobris Valete, et pro nobis Omnipotenter Deum exortare.

B a Bernardo Hertfelder dictat Frater laicus Conventus SS. Udalrici et Afiae. — b Domeneccus fiduciter. — c Colitur Doctor Felix Martyrol. Rom. Inscriptus, Kalendus Augusti, ut infra dictur fieri Gerunda. — d Cum Felix colitur etiam S. Romanus in Augusti. — e Hoe numero contenta desunt apud Domeneccum, postmodum adjuncta. — f Hoc idem refert Hertfelder. — g Sequentia legitur apud Domeneccum. — h Domeneccus in Kalend. Novembbris. — i Non reperimus ullis Fastis eam Translationem inscriptam.

MIRACULA

Ex Hispanico Ant. Vincentii Domenecci.

Variam miracula

Illustratur sancti hujus tumulus miraculus (ut loquitur Caesar Baronius in suis ad Martyrologium Romanum notis) ibi enim multi claudi et contracti curvantur, sanantur variis infirmitatibus afflicti, ut febribentes, aliisque. Omnia vero miracula superat, quod corpus illius, ante annos mille trecentos vita funeti, adeo, ut nunc est, integrum incorruptumque perseverarit. Ex multis tamen miracula duo referant grandia notabiliaque, sine magno ut historiae danno taceri nequeant. relata autem non sint fastidium ullatura lectori.

2. Anno MCLXXX die xxviii Augusti, quo S. Narcissi Festum agebatur, Joannes Vitalis, Gerundensis pistor, intra secundam tertiamque a nocte media horam, subigens farinam ad coquendos panes, massam sanguine permixtam miratus, ex ipso maestra eum stillare vidit. Attonitus ad hoc prodigium pauperculis rogavit Sanetum, sineret ceptum opus peragi, se eo peracto curaturum, ut in tabella expressum miraculum arte ejus appendetur: et continuo matrem, uxorem, famulum accivit futuros testes, mi-

Tanguis fori
nam inquinat
obsequium ejus
violatum,

C **F**amam sanguine permixtam miratus, ex ipso maestra eum stillare vidit. Attonitus ad hoc prodigium pauperculis rogavit Sanetum, sineret ceptum opus peragi, se eo peracto curaturum, ut in tabella expressum miraculum arte ejus appendetur: et continuo matrem, uxorem, famulum accivit futuros testes, mi-

raculi tam gloriosi, quod in sui Sancti honorem Deus D operabatur.

3. Neque sola Gerunda, sed universum Arragonia ac Catalante regnum, iunctum debet huic Sancto ut suo speciali protectori contra potentissimos quoque hostes. Evidenti hoc miraculo experti sunt Catalani tempore Regis Petri, sui quidem nominis inter Aragoniae Reges tertii, secundi vero inter Catalane Principes. Hic cum potenti manu occupasset Siciliam, tamquam sibi uxoris jure debitam, (quippe qui Manfredi Regis filiam sibi matrimonio junctam baberet) atque adversus eum arma sumisset Carolus, et ipse dictus Rex Siciliae; venit potenti cum exercitu et fratre suo Philippo Franciae Rege in Catalana, et Gerundam obtinuit; deditio nem, ex ipsis Regis Petri defensionem desperantis consensu, faciente Raimundo Folco Vice comite Cardonensi. Loco igitur potiti Franci, non solum indigenis fuere gravissimi, cunctos spoliando opprimentes: sed et ipsis coelitibus sacrificis locis extiterunt injurii, profanando calices aliaque divinis ministeriis destinata vasa, et Sanctorum lipsanis reverenter servandis ex auro argentoque fabrefactas herothecas, disjectis reliquiis, auferendo. Inter quae accidit ut sanctum B. Narcissi confrigeretur brachium; quod minime voluit divinae equitas dissimilare impunitum: ergo ex ipso sancti Prasulis sepulcro exierunt innumerata examina musearum, cernleo partim, partim viridi colore tintarum, rubrisque striis dispunctarum; quae virorum equorumque subingressa nares, non prius deserebant occupatos, quam spiritum vitamque abstulissent concidentibus humi mortuis. Tanta enim erat veneni efficacia, ut sen virum seu equum momordisset, morsum continuo mors sequeretur: tantam autem Francis exercitu cladem intulere, ut ex his qui inumerabiles esse in Catalanum effulerant, vix tercia pars remianeret in vivis: qui justo Dei iudicio victos se castigatosque professi redire in Franciam, sociorum vicem ubique lamentantes. Accidit hoc tam grande miraculum mense Septembri anno MCLXXXVI, ejusque relatio et confirmatio reperitur in Archivio Regis Barcimonensi in quodam libro, cui titulus Chronica Regum Arragonie; de eodemque in Palatio Vicariatus Gerundensis publicum visitur instrumentum. Quin nec ipse infortunatus Carolus, quo conviveute tan insolenter egerant milites, impune sacrilegam vecordiam tulit: sed prius quam e Catalane finibus pedem efficeret, efflerendus ipse mortuus fuit, et Rex frater ejus cum exercitu, miserum in modum habitu immunitoque, hand aliter quam cruento praelio victus revertit: ut terrae potentes potentiores oculi cives revereri discant, metuantque illos offendendo divinam inse vindictam accessere. Meminit breviter hujus miraculi Cardinalis Baronius in Notationibus prae-
tatis.

occupata a
Francis
Gerunda

ob violatas
Bellum
S. Narcissi,

a missis milit-
tes occiduntur.

DE SANCTO CYRILLO

HIEROSOLYMORUM EPISCOPO.

Commentarius historicus.

§ I. S. Cyrrilli cultus, Acta, exilium.

Dictini officii in Hierosolymitana S. P. N. Sabae Laura recitandi Ordo, (quem Typicum dicunt, et reliqua circa sanctum civitatem Monasteria servant, necnon quotquot modo sunt inter Græcos Ecclesiæ) anno MDCIV Venetus una cum Magnus Græcorum Meninx reliquisque Ecclesiasticis libris ex-

cusus; hodierni die prescribit Festum sancti Hierosolymarum Patriarchæ Cyrrilli, ad usus hodierni morem accommodato epitheta: quo cum Cyrrillus vixit tempore Patriarchalis titulus, adhuc usitatus non erat inter Theudelphicos, ut passim cognominari solet, Scilicet possessores; quamvis ea Ecclesia propter antiquitatis prerogativam dicta sit semper Mater Ecclesiæ, et Patriarchalibus par haberi voluerit. Ad cultum quod attinet

Græco

VIDE ACTA
GREG.
PAG. 718 ET
SYNAXARIO
TOM. I. MART.
PAG. 870.
ANIMADV.
PAG. 88

AN COCLEXXIX

XVIII MARTII

Bea festas
in Græco,

Litteris,

A Graecæ Ecclesiæ usum, post Galesinum atque Molanum, secutus in Martyrologio Romano Baronius ita scripsit: Hierosolymis S. Cyrilli Episcopi, qui ab Aris-nis multis fidei causa perpessus injurias, et ab Ecclesia sua saepe pulsus, tandem sanctitatis gloria clarus in pace quievit: cuius intemerata fidei Synodus Ecumenica Damaso scribens praelucrum testimonium dedit: quod drinde in Annotationibus ex Theodoreto lib. 5 cap. 9 adducit his verbis: Ecclesiae Hierosolymitanæ, que est omnium Mater, Reverendissimum ac Sanctissimum Cyrilum Episcopum vobis ostendimus, tum ab Episcopis provincie (ut canon vult) jam pridem esse creatum, tum plurima prælia aduersus Arisnos plurimis in locis concesisse. Eodem die S. Cyrilli nomen inscriptum est Syriaco Kalendario Romæ anno 1623 cuso ante officium illius gentis Ecclesiasticum: et in Martyrologio Arabico Agyptio Rous ad nos missa notatur, memoria S. Cyrilli Episcopi Hierosolymitani: sed ad mensis hujus diem xx. In alio antiquiori ejusdem lingue Kalendario, cum elo-gio divini nomei, Cyrilli reperit Illustrissimus Ritus Archipiscopus Damascenus, a quo mensum Martium indidem versus habemus; habemus et exceptum ex Codice Arabico MS. Latini redditum ab Amalio Burzio, quod dicto Kalendario sic respondens continet orationes quasdam multorum simul Sanctorum commemorationem complexas, quarum septima mensi Martio subseriens circa medium, Magnificemus inquit, Cyrrillum innocenter.

Elogium ex
MS. od. 11.
Martii,

In quo de
gestis in
Concilio CP.

2 Elogium ejus in MS. Synaxario Collegii nostri

Chromontani ad diem xi Martii, quo præcipue S. So-phronius ejusdem urbis Episcopus coluit, talis repen-tinus. Memoriam S. P. N. Cyrilli Archiepiscopi Hierosolymorum. Hic fuit sub Constantino magno primum Monachus factus, in eaque professione strenue se exercens, postmodum propter exiniam conversationis sua virtutem Hierosolymorum ordinatus Episcopus: qua in dignitate ita sancte laudabiliter quo se gessit, ut etiam ad Synodus vocaretur, in qua redarguens atque confundens impium Manetem eique consentientem delirum Sancti Spiritus impugnatorera Macedonum, certum Orthodoxorum letitia atque exultationis spirituali implevit. Per omnia vero in Christianis dogmatibus recte docerunt, et concorditum sibi gregem fideliter pascentes, multaque ad Dei gloriam miracula operatus, inigravit ad Dominum, regnum aeternum vitamque recipiens et cum Sanctis sine fine heatis exultans.

Constantinopolitana huc OEcumenica Synodus, anno CCCLXXXI celebrata, indicatur: in quo Macedonia

C Harresiarcha condemnatus ex vulgatis Conciliis istius canonibus totaqua historiæ Ecclesiastici notissimus est; Munus autem ejus socius haec tenet obscurus hinc dumtaxat cognoscitur. Non enim existimandum est agi de Monachorum impressissimo auctor: enijs errores, licet per Africam Asiamque vehementer invalescentes, nec Concilium hoc legitur attixisse, neque magnopere eu-rar tunc potuit in ali unum totis intendens coniunctus, ut por si filii Nierne professio restitueretur Christianæ Ecclesie, ad quam Manichæi non pertinebant, illoque nec iusti sunt adesse cum ceteris. Subscriptis autem predictis Concilio inter Palastinæ Episcopos primus Cyrilus Hierosolymitanus, utpote Concili sententia judicatus legitimus Sedis illius Episcopus: quemadmodum in allegata ex Theodoreto epistola Synodica indi-catur, secundum quam etiam gradui sui restitutum dicimus anno proxime sequenti, atque ita usque ad Theodosii Imperatoris annum xi, Christi ccxxv vivendo pervenisse.

3 Alterum ejusdem Cyrilli elegit ulem MS. habet hoc die, qui scilicet ejus cultui totus est proprius, nullaque in re diversum ab eo, quod et MS. Basiliu in Crypta-ferrata Menylaynum aliquantum contractius, et plenius

magna Mensa habent, præmisso versu, quo mortuus D hoc die indicatur:

Ορθοδόξη δικτή θεοτόκος μητέρα της Κυριλλού.

Octava decima mors abstulit atra Cyrrillum Elogium autem hujusmodi est: Ex parentibus piis rec-tamque fidem sectantibus natus est Cyrilus, paribusque imbutus etiam ipse disciplinis adolevit, et sub Imperio Constantii floruit. Postquam vero Hierosolymorum Episcopus Maximus ad immortalē transiit vitam; B. hic Cyrrillus Episcopali gratia dignus est habitus, Apostolicorum dogmatum pro-pugnator promptissimus. Acacio Ecclesiæ Cæsariensis thronum obtinente, et a Sardensi Synodo proscripto, propterea quod non pateretur æqualem Ptri Filii dici, et datam contra se damnationis senten-tiam minime suscipiente; sed in Episcopali munere tyrrannica quadam violentia sese tenuit. Hic autem, quoniam Imperatori notus erat, accepta ab eo potes-tate, beatum ipsum Sede sua expulit, et Hierosolymis profugere compulit. Qui Tarsum prefectus admirabili Silvano adhaesit: et Synodo in Seleuciam convocata, cum ejus pars non contemnenda Cyrrillus esset, indignatus Acacius Constantinopolin excurrit, atque Imperatoris annum adversus Cyrrillum sic cominovit in iram, ut exilio sententiam in eum pronuntiandam impetrarit. Verum Constantio e vivis sublatu, cum successor ejus Julianus universos pari complecti se restituendo, profiteretur benevolentia, expulsos sub Constantio Sedibus suis Episcopos ad Ecclesiæ proprias rei-lera præcepit: inter quos etiam Cyrrillus throno suo est restitutus. Reute autem atque ex Dei benefacio concretum sibi gregem pascentes, et memoriam sui relinqnens Ecclesiæ eas, quæ sub ipsius nomine cir-cumferuntur, Catecheses; haud longo post redditum superstes tempore, beato fine requievit. Erat porro corporis statura corporis omnino mediocris, pallidus, comatus, submissis naribus, vultu quadrato, superciliosus aqua-liter circumnetus, canis densisque pilis genas ves-timentiis (qui bisarium per mentum divisi defluebant in barbam) totoque corporis habitu agresti.

4 Haecens MSS. eque ac typis exarata Menxa,

hoc uno corrigenda, quod tam breuem Cyrrillo vitam post

reditum a Juliano concessum fiant: cum D. Hierony-mus in libro de Ecclesiasticis Scriptoribus dicat, saepo pulsum Ecclesia et receptum, ad extremum sub Theodo-sio Principe inconcessum annis octo tenuisse Epis-copatum. De multiplici S. Cyrilli ejectione pluribus a nobis infra agetur: nunc quod earum præcipuum atti-net, ejus primum causas ex Sozomeno, successum deinde ex Theodoreto atque Nicephoro accipiemus. Et Sozome-nus quidem enumerratis Episcopis, quos in Concilio bulo F Constantiopolitanis Ariani, quæ Seleucie gesta erant irrita facturi, abdicant, lib. 4 cap. 24 sic orditur:

Porro una cum illis Cyrilus Episcopus Hierosolymitanus abdicavit, propterea quod cum Eustathio et Elpidio, qui concilio Melitiniensi (cui etiam ipse interfuisset) obnoxie adversabantur, communicasset;

quodque post abdicationem in Palæstina factam ve-niret cum Georgio et Basilio Episcopo Laodiceæ in

communionem; atque quod cum Episcopos Hierosolymorum constitutus esset, velut sedis iam Aposto-

licie Antistes, cum Acacio Episcopo Cœsareæ de jure

Metropolitano dissensisset: unde factum est ut ini-

micitiæ inter se susciperent, et alter alterum, ut non

vere sincere quo deo sentientem, criminaretur.

Etenim uteque ante in suspicionem venerat, alter

quod doctrina Arii favet; alter, Cyrrillus scilicet,

quod eos qui Filium Patri consubstantiale assere-

rent, sequeretur. Itaque Acacius cum hoc animo

esset, reliquis Episcopis ejus gentis ejusque opinio-

nis fautoribus in unum convocatis, ipse prius Cyril-

lum tali causa abdicat. Cum famis agrum Hiero-

solymitanum occuparet, multitudo rebus ad victum d. tractas,

necessaris

*in quo electio
Cyrilli,*

exilium,

*et cum Acacio
de prima
contendens,*

facie

*ob res ecclesiæ
in publica
fame*

*et cum Acacio
de prima
contendens,*

A necessariis destituta, ad Cyrilum utpote Episcopum opis implorandae causa confugit : cui cum pecunia ad eam sublevandam non suppetent, thesaurum Ecclesie et sacra aulæ vendidit. Qua re confecta, fama est quendam animadvertisse mulierem scenicam monumento pretioso, quod ipse Ecclesie donaverat, amictam esse; curiose ab ea quesiisse, unde illud haberet; comperisse mercatorem ei vendidisse, mercatori autem Episcopum. Acacium vero hac causa allata Cyrilum abdicasse. Nam rem ita se habere auditione equidem accepi Hoc ille proximi rebus, quas hic narrat, sucti Scriptor.

S Theodoretus vero Sozomeno Synchronus lib. 2 cap. 27 *hac habet*: Per id tempus Acacius Cæsareæ, urbis primæ Palæstinæ, Ensebio mortuo Episcopatum gessit: quem quidem Concilium Sardicense (anno ccccxlvi) abdicarat, Arianæ hæresis convictum; sed ille, contempta tanta Episcoporum multitudine, sententia contra se latæ restitut. Primatum autem Hierosolymorum obtinuit Maximus... Isto ad vitam immortalem translato, Cyrus, alacris et promptus doctrinæ Apostolicæ propagator, in Episcopatus gradu locatar. Isti duo, Cyrilum dico et Acacium, inter se de primatu digladiantur, populum suarum Ecclesiarum gravissimis afficerunt incommunis. Nam Acacius levè arrepta occasione abdicavit Cyrilum, Hierosolymisque expulit. Cyrus autem proficisciatur Antiochiam, quam pastore orbatam reperit. Inde Tarsum petens cum Silvano, viro plane admirabilis et Ecclesie illius id temporis Antistite, astatem degit. Quam rem ut acceptit Acacius litteras dedit ad Silvanum, enique de Cyrrili abdicatione certiore fecit. At Silvanus quoniam et reverebatur Cyrilum, et multitudinem, quæ Cyrrili doctrinam cupidissime amplexata est, nonnihil pertimescebat, a ministerio Ecclesiastico illum minime prohibuit. Ubi Episcopi convenerunt, Cyrus cum Basilio, Eustathio, Silvano et reliquis fit Concilii particeps.

S Accedit etiam Acacius ad conventum Episcoporum, qui erant centum quinquaginta numero; dictique non prius cum illis de rebus in deliberationem vocatis communicaturum, quam Cyrus, utpote Episcopatu abdicatus, ex Concilio excluderetur. Itaque nonnulli pacis studies orant Cyrilum, ut ex Concilio egrediatur, pollicenturque post factam de doctrina fidei dijudicationem de ejus causa disceptatum iri. Quorum consilio cum minime obtemperaret Cyrus, Acacius illis relictis abiit, atque profectus ad Eudoxium, eum metu liberavit, animunque reddidit; propterea quod Eudoxio promisit se tum patronum cauise super tum adjutorem fore. Atque cum vetuiset illum in Concilium intrare, cum eo una petit Constantinopolim: nam Constantius ab Occidente reversus, ibi tum commorabatur. Acarius Imperatoris animum (cum conventum Episcoporum coram Imperatore accusasset, vocassetque illum cœtum peritorum hominum ad extiitum Ecclesiarum collectum) magnopere ad iracundiam incendit: præcipue tamen criminibus, quæ adversus Cyrrillum contexuerat, bilem ei commovit. Nam aiebat, sacrau stolam ex aureis filis contextam, quam excelleutissimum Imperator Constantius ad Ecclesiam Hierosolymitanam coherestandam Macario illius urbis Episcopo donaverat, ut ea amictus sacrosancti Baptismatis ministerium obiret, Cyrilum vendidisse: haenque mercatum esse quendam eorum qui in pulpito scenæ cantare solent: eam induisse: inter saltandum lapsum esse, et casu obtritum interiisse: hunc Episcopos habentes Concilii socium de rebus controversis judicare, et de aliorum causa disceptare aggressos.

C His igitur sic motus Constantius est, ut ex illis sententiis in Cyrrillum scriperit, ut Meuxa tradidit; nullam certe illius habuit rationem, cum vellet Sele-

ciesis Synodi Acta disturbare, et persuasus a suis multitudinis consensu extimescentibus, decim dumtaxat eorum præcipuus evocavit Constantinopolim: ubi quam fortiter illi libere doctrinam ortholocam propugnarent, quamvis ante id vel Semiariani fuisse vel iis adhæsissent, tum ibidem prosequitur Theodoretus, tam infra ex eodem videtur; ostensuri Silvanum S. Cyrrilli receptorem, vel jom autra vel saltem a Cyrrilo instruatum, omnino recte sensisse in fide, et a Semiariano collegio alienatum fuisse; etsi communis cum iis consilio sese opposuerit Arianis, Acacio aliisque. Qui Arani, ut est apud Nicæphorum lib. 9 cap. 43 quinta denique sessione in conventum noluerunt venire... sed neque eamdem cum aliis fidem profiteri, neque ad objecta crimina respondere. Quin etiam ad Cyrrili Hierosolymitanæ caussam audiendam invitati, quem ipsi Episcopatu abiisse jusserant, non adfueri: neque enim qui eos cogeret aderat quisquam. At alteri illi non modo libere hæc egerunt: sed Acacium et quicunque ad eum configurisset dignitate privarunt... Rebus ita gestis Acacius celeriter ad Imperatorem est proiectus: et exiliu quidem, ut dictum est, sententiam contra eum obtinuit; abficationem vero ruerunt, ut supra dictum, ibidem ab Arianorum conventu confirmandam curarunt.

S Postea iterum sub Juliani Imperio restitutum Cyrilum quiescere non permisit Acacius, sed rursum sedes sua expletit Hilarius substitutus; de quo altiusque duobus eidem Cyrrillo ante hac suppositis infra agemus, postquam S. Cyrrilli nomen ab eorum calunnia vindicaverimus, qui Arianismi aut Semiarianismi notam eadem inasserunt: quos inter Ruffinus lib. 1 Historia Eccles. cap. 23 de ejus ad Episcopatum ingressu sic loquitur: Hierosolymis vero Cyrrillus post Maximum, Sacerdotio confusa jam ordinatione suscepto, aliquando in fide, sapientis in communione variabat. Similiter notam eidem inuitit Socrates lib. 5 cap. 8, ubi Synodi Constantinopolitanæ præcipuis Patribus ab eo adnumeratur Cyrrillus Hierosolymorum, qui id temporis poenitentia adductus, fidei toti Operatio se totum addixerat. Verum humum in fide Catholica vacillantibus, variaque heretice pravitatis macula aspersis minus hac in parte adhibendum est fileri, quam ipsusmet Cyrrili scriptis plane ac plene Catholicis, et persecutionibus Arianorum, quorum erroribus eum nullatenus communicasse ergoque docet demonstratque Theophanes ad annum .Era vulgaris ccclv, id est, ccccxlvi

Alexandrini, qua utitur, ista scribens:

*H*oc anno Maximus Hierosolymorum Episcopus Acacius Cæsareæ et Patrophilus Scythopoleos Praesules deposuerunt: et Cyrilum, quem una secum sentire speabant, in ejus locum sufficerunt. Sub idem tempus, Cyrrillo Episcopum agente, vivificie Crucis signum, luce magna coruscans, duo sacro Pentecostes apparuit in celo: et a Golgotha, quo loco Christus sustinxus est, ad Olivaram montem, quo in celo est assumptus, pertransit: corona vero speciem iridis referens, signum apparense circenibat; et eodem die visio eadem Constantio manifestata fuit: de qua et ad Imperatorem Constantium Cyrrilli epistola, qua Pissimum eum appellat, circumfertur. Quapropter Arianæ opinionis suspectum ipsum Cyrrillum calumpniant nonnulli, et Consubstantialis vocem in Catechesibus, quas ob visum vivificie crucis portentum ad innumeræ multitudinis, sacram Baptisma postulantis, utilitatem explanavit, subticiuntur et caussantur. Falluntur autem et judicio peccant. Oportebat eni quæ animi simplicitate potius quam aperto proposito Arianorum dolis in heresim abductum Imperatorem, gentilitate aliquin nondum plene abolita, Pissimum nuncupare; et Consubstantialis vocem, plurimorum aures adhuc offendentem, et adversariorum controversias sacro Baptismate deterritum

ipse Selucus
damnatus.

E

Arianismi
nota S. Cyrrillo
inuita.

abdicator.

abdicator.

interest
Synodo
Seleucienti,

nequidquam
relinquente
Acacio,

qui P. ad
Constantium
prefecit.

Synodus et
Cyrrillum
accusat.

n ex illi
universitatem
abnunt,

A territoriam ignaros, preterire decebat, et Consubstantialis notitiam paris significatus vocabulis clarius exprimere. Quod quidem a B. Cyrillo praestitum est: qui publicatam Nicenam normam fidei ad verbum interpretatus, Deum verum de Deo vero praedicavit. Quidus addi poterat quod ipsum propositam epistolam concludens bene procedatur Imperatori laudanti τῷ ἐπίσταται ἡμεῖς τῷδε sanctam et consubstantialem Trinitatem: quasi acutum dissimilanter figura, et profiteris hoc solum sensu Pientissimum dici, qua supponi debet rectam fidem teneare vel ipsa ratione ad suscipiendam instructionem parati promptitudine.

§ II. S. Cyrilli semper Orthodoxa fides; suspicio Semiarianismi abstersu.

Solis hinc esse possunt, ut nativo suo accepta sensu S. Cyrrillum purgant ab omni heresios suspicione: verum quoniam sub Imperio Constantii ita toto Oriente praestrato jacebat orthodoxya religio, ut iudicem qui ipsum impugnabat in duas praeipue divisi factiones, alii quidem ejusdem Filium cum Patre substantiam sic absolute negarent cum Acacio, ut purum vellent creaturam dici; alii autem cum Basilio Incryana, suppressa ὁμοιωσις dictione, sicutem quidem Patri Filium proficerentur, B similitudinam tamen non essentie seu natura, sed voluntatis et operationis statuentes in utriusque, atque hoc sensu multa definitores, quae si ut sola sonant verba spectantur, Orthodoxe fidei videtur posse omnino conformia (ut ex ipso ipsum Epistola protula ab Epiphanius heresi 73 videtur est) ita inquam divisa inter se cum esset non recte de secunda Trinitatis Persona sententiam doctrina, difficile videtur ab Acacio Cyrrillum sic abjugere, ut cum Basilio ejusque sequacibus Semiarianus non abjugas: maxime cum præcitatibus Epiphanius Semiarianus adnumerat Silvanum, ad quem Hierosolymis pulsus Cyrrillus secutus.

III Hunc modo dissolvendo viam Cardinalis Baronius expediat, occasione ab ipso Epiphanius accepta: neque quod S. Cyrillo duplex fuerit cum Acacio contentio: altera fidei, altera dignitatis. Quemadmodum autem de Eutychio Hieropolitanu, Acaciu factious Episcopo, dicit Epiphanius quod a B. Maximo Hierosolymita confessore ac Episcopo fidei habens manifesto orthodoxam, propter inimicitiam adversus Cyrrillum non admixtus fuit Acacio, sed orthodoxam habens fidem, usque ad tempus simulavit ob proprium theonom. neque confitens neque negans: ita etiam de Cyrillo domini delecte Baronius existimat, quod tecum Basilio ali que Semiarianis vasis sit adhuc sis, nequaque tamen eorum de fide processione consenserit, sed tantum intenderit eorum anterioritatem suam recuperare Sedem, unde Eutychi Aeneisque conspiratione factious expulsi fuerint, contra quos suam caussam sic egit in Cœnotio, ut supra vultus ex Nephoro.

C12 Neque hinc sane absque fundamento dicuntur: siquidem dum recitat Epiphanius Semiariane fidei professionem subscriptionemque Episcoporum eidem consuetum, hanc inventit in his non diei Cyrrilli sed nec Silvani nomini, a Cyrillo procul dubio persuasit, ut (quoniam) ipse prima sessione secundum Nicæphorim lib. 9. cap. 43 auctor fuit et Autiochenæ formula, quae Semiarianum hunc dubie seminarum fuit, retinendam post Acaci tamen complacuisse dicensum Nicænum fidem apertius proficeretur, neque sumus his nomini accommodaret, qui pueri de multis, Acaci fratre decepti, prepositam ab eo fidei formulam signavere, et vicem Coessentialis videbantur dumtaxat velle subtere, velut a Scripturis alienam, dissimilitudinem autem ad Patrem anathematice se ferire simulabant: cum haec dumtaxat, Epiphanius teste, esset fraudulentorum venatorum esca. Nam cum inter se conversabantur, dicebant ut decebant, quod creature

est Filius Dei, sed similis est Patri, velut juxta sententiam banc quæ inter homines recepta est. Exprescant enim et plastæ statuas, et assimilant imagines ex auro et argento... et similitudinem habent; nihil autem secundum qualitatem expressorum; sic apud ipsos frans erat, confiteri quidem Filium similem Patri, nihil autem habere de Patri deitate in totum: unde postea natum est τῆς ὁμοιωσίας vocabulum, quod τῇ ὁμοιωσίᾳ opponeretur, et unius litteræ differentiæ parvi estimata totum pene mundum in Arianismum pertraxit.

13 Multo autem clarior ex Theodoreto intelligitur, quæ fuerit Silvani, adeoque etiam ipsius Cyrilli, ante quod in synodo C. forauerat genes, *qui in synodo C. forauerat genes,*

Silvensis Synodi solutionem sententia, per ea quæ in Constantinopolitana Synodocoram Imperator Constantio cyruse scribitur. Urgente enim Eudoxio ut Eustathius Armenus cum suis verbo ὁμοιωσίας anathema dicere juberetur, quia in Scriptura minime extaret: Imo vero, inquit Silvanus voces, Ex nihilo, et irreducibiles, quae neque in sacris litteris reperta sunt, neque oraculis Prophetarum, neque Apostolorum doctrinæ consentientes, rejiciendæ sunt et ex omnibus divinis conventibus excludendæ. Cui assensit Imperator, et illos his vocibus anathema indicere jussit. Illi etsi primo contradicere instituerunt, postea tamen perspecta Imperatoris ira, eas ipsas voces, quas Silvanus ipsis proposuerat, licet ægre, penitus ejurarunt; ac deinceps acrius instare cuperunt, ut verbum quoque ὁμοιωσίας anathemate damnaretur. Ceterum Silvanus, ratione rite vereque conclusa, cum illis tum Imperatori respondit: Si Deus filius neque ex nihilo, neque creatura, neque ex ulla alia essentia existat, idcirco Deo Patri consubstantialis est, et Deus de Deo, lumen de lumine, et eamdem habet cum genitore naturam. At vero quamquam ista et firma ratione et vera concludebat; tamen nemo eorum qui aderant, ei obtemperavit: imo vero factio Aæciana Eudoxianaque contra Silvanum crebros clamores tollere, Imperator etiam adeo ira exardescere cœpit, ut eum cum suis factioribus in exilium pellere minaretur. Tum Eleusius Cyzicenus et Silvanus cum aliis nonnullis dicunt, in ejus situm pontestate supplicium de ipsis sumere: sed pietatem sectari vel impietatem penes seipso esse, et propterea numquam Patronum doctrinam prodituros. Ibi Constantius, qui eorum sapientiam, fortitudinem, et in tuenda doctrina Apostolica loquendi libertatem admirari debuerat, eos erexit Ecclesiis, et alios in eorum locum substitui mandavit.

14 Hactenus Theodoritus, lib. 2 cap. 27, ex quibus apparet manifesto, qui sic animatus ad Constantinopolitanum Concilium a Seleucensi transierit, quomodo in ipso Seleucensi crediderit: quantumque Cyrilli praesentia valuerit ad ipsum aliosque in recta fide vel retinendos vel ultrammodum revocandos, si qui forte circa eam cum hereticis communiantes vacillarent: ideo ut de Sylvano aliisque, qui sua pariter nomina subscribere Semiariane professions recusarent, intelligere possumus ac debemus, ut quod ait Epiphanius loco citato, fuisse plures ipsius Synodi mirabiliter de fide confitentes, et coessentialis vocem non rejicientes: sed et paratos se esse dicentes, si fieret Synodus perfecta, confiteri et non negare. Qualem etiam fuisse Meletium Antiochenum ex prima ipsius concione concludit, nec non ex his, quæ de ipso Sede pulso confitebantur Antiocheni; non amplius omnino et ne in transcurso quidem vocis Creatura facientes mentionem; sed coessentialis confitentes latrem et Filium et Spiritum Sanctum, tres substantias, unam essentiam, unam deitatem: quemadmodum confessi sunt Patres nostri in Nicena Synodo congregati.

15 Atqui sicut Meletius hic, ab Acacio et complicibus ejus constitutus in Antiochia, eorum putabantur

S. Cyrilus
semiarianus
adhærens
contra
Ariacum,

corum heresi
non communis
rati.

imo Silvanum
Tunc ab ea
abduxit:

abjurare
Arianes
compellere

ipse condonare
in fide

ipse condonare
in fide

exilium
retinere

Plures alii
recreo in
Seleucensi
videntes.

*vii et Melitens
Antioch. est
institutus
ab Acacio,
dicit et
Cyrillus in
principio
disseveratur.*

Tur esse opinionis : sed reipsa non inventus est sic, ut dicit Epiphanius : ita idem Cyrillum, quem una secum sentire sperabant, in Maximi locum sufficerunt, ut halet Thophanes : quod tamen neutri obfuit, quo minus legitimate et canonice instituti censerentur. Etenim perturbatissimis illis Ecclesiis temporibus, quibus sub Ariano Imperatore omni in Oriente poterant Ariani, leve fuit non usque adeo uerem Athanasii defensionem videri : quod satis erat Acacio sūisque ut communi comprovincialium Episcoporum consensu, quibus ipso se indigni hec et excommunicate adnumerabant, eligendum curarent eum, quem sibi sprrabant esse sautum vel non reprehenderet adversarum. Pessima quidem illi intentione, sed non semper mala hi, qui dissimulatione aliqua ad tempus usi, hoc tantum coebeant, ne sibi aut defendendam Ecclesiam ramique in sana doctrina conservandam potestas adimeretur : quod factum fuisset si ad virum cuncta resecare valentes, omnia Acaei gesta et quibus ille se quomodo cumque admisceret Ordinationes, propter depositionis sententiam contra ipsum in Sardicensi lutum, rejecissent ut irrita, atque ab illius communione penitus abstiuissent.

§ III. Series Episcoporum Hierosolym.

*Legitimus
Maximi
successor
Cyrillus.
en eius ex
mente
5. Baroniūs*

Cyllum igitur, quam uenimena Synodus Constantiopolitanu collecta Damaso commendavit, vel ut a Provincie sua Episcopus pridem conouice creatum Hierosolymitanu Ecclesiæ Episcopum, pro tali habebimus post Maximum; non quidem depositum (ut solus videtur dicere Thophanes, etsi per verbum οὐθεὶς fortasse veneno aut alia fraude e viris sublato ab Ariano significare voluit) sed morte saltem naturali extinctum (ut fre uili omnes loquuntur) ulque ad annum, secundum Theophanis Chronologiam, CCCXLVII, vulgaris Aera eccl., Hieronymus tamen ad annum Constantii XI, qui Christi CCCXLVII fuit, non servata accurate temporum ratione huc scribit : Maximum post Macarium Hierosolymorum Episcopus moritur : post quem Ecclesiam Ariani invadunt, id est, Cyrus, Euthychius, rursum Cyrus, Ireneus, tertio Cyrus, Hilarius, quarto Cyrus; quasi Ariani Cyrus non numerans : ac deinde subdit : Quorum Cyrus cum a Maximo fuisse Presbyter ordinatus, et post mortem ejus ita ei ab Acacio Episcopo Cesareensi et ceteris Arianiis Episcopatus promitteretur, si Ordinationem Maximum repudiasset. Diaconus in Ecclesia ministravit; ob quam impietatem Sacerdotii mercede pensatus, Heraclium, quem moriente Maximum in suum locum substituerat, varia fraude sollicitans, de Episcopo in Prebyterum regradavit. Que hand dubie supra veritatem exaggerata accepit Hieronymus ab auctoribus Cyri parum quis; vel si vero sunt, gravem in principio maculum arguent; quam posterioris vita doctrinaque Catholicæ puritas sic eluit, ut ejus ne memoria quidem apud alios scriptores sit reheta.

*anno 347 ?
450 annos
253 certi
Cyrillus,*

17 Verum certe esse non putauit, quod ea perturbatione anno Constantii XI coperit : siquidem cumdem Maximum omnino constat anno CCCI Concilium Hierosolymis pro Athanasii restitutione celebrasse : anno autem sequenti mortuum etsi concedat Baronius, nullo id certe argumento facit; sed quia caussam non inventit duntius superstitem relinquenti, et in subsequentium temporum confusione desperaverat aliquid offuturum lucis. Nos autem Theophanum accuratissimum Chronographum ducent habentes, ab anno CCCLVII Cyrilli ordinatur Episcopatum, et usque ad annum octavum, post Constantiopolitanum concilium Christi CCCXC, omnos omnino solidos XXXV inventimus : quot annos. Sed ius tribuit auctor tabularum Theophani præfixarum, in eo dumtaxat errans, quod xxx annos Hilarionis intrusante Concilium predictum inter Maximum et Cyrillum scorsim numeratur : quo pacto coactus est Cyrilli mortem ad saeculū v-

initium differre : contra expressam Theophanis sententiam, istic colligantis initium Cyrilli, ubi ille primum annum posuit Hilarionis. Ut omnino appareat hasce tabulas, ipsius Theophanis textu multo post a librarior captus adjici vel impleri, parum curantibus quam illæ vel cum veritate vel cum Theophane convenienter. Quot tamen ille tabularum auctor singulis Episcopis annos tribuit, totidem tis possimus comode reliquerre, modo signalis per supprias ævi Scriptores insistamus vestigiis, eosque annos apte distribuimus.

18 Sunt qui non cumdem Cyllum quater ab Hieronymo repetitum censeant, sed quatuor diversos Cyrillos ab eo numeratos ; verum hoc neque verosimile apparet, neque ex illius verbis, quantumcumque rituata interpunctione confusis, unquam extundetur. Fovet tamen coram opiniō Cardinalis Baronius, quando sublatis interpunctionibus Hieronymi locum sic legit, quasi Eutychio, Ireneo et Hilario praenomen fuisse Cyrlus ; et solus quartus absque secundo nomine (eujus usum nulla ejus temporis probabant exempla) simpliciter Cyrlus appellatus. Imo nec dici potest, Hieronymum vel ejus librarium errore lapsum, præposuisse singulis Cyrlis nomen, pro ea qua Græcis in usu erat honorificè appellatiōis vota, τίος Latine Dominus : cumdem enim qui hic simpliciter Cyrlus dicitur, facit inmediatum Maximus successorem, et tota illius temporis historia exigit, ut eo tempore aliquis Hierosolymis vero nomine Cyrlus sedent. Ad huc cum alibi Hieronymus dicit Cyllum, cuius cœcheses londat, sapientia Ecclesia pulsus et receptum fuisse; patet quod hoc ipsum hoc loco voluerit toties iterum ejusdem nominis repetitione inculcatum et explicatum.

19 Unum Cyllum statuens Hieronymo, in quo cunctis Historiæ Ecclesiasticæ scriptoribus Græcis, (quorum consensus nescio certus nos videret de Hieronymi mente, nisi obscuris hic locutus fuisse) adversatur Epiphanius Cypri Episcopus, hisce 66 duos pro uno Cyrllos statuens, et crescentis primis triginta septem Hierosolymorum Episcopis, reliquorum chronologium ordinando hinc scribens : In summa ab Assumptione Christi usque ad Maneum et Aureliaquum ac Primum, anni sunt CCCLXVI secundum aliquos chronographos, juxta alios CCCLXI : ab eo tempore hue usque alii fuerunt Episcopi, Bazas, Hermou, Maxianus, Cyrlus, Erennis, Cyrus alius, Hilariensis, qui nunc detinet Ecclesiam, cui obiectitur quod sit Arianiorum secta... ut sint a predicto Mane usque in præsens tempus, Valentis quidem annum decimum tertium, Gratiani vero annum nonum, Valentinianni junioris annum primum, anni XIIII rectius utique quam quod in Graeca Petrus repertus est LXXVII quod ipse in p. 77. p. 77. cyn convertens, nihil magis veritatem attingit; sed antequam intra præfatos ab Epiphanius terminos Episcoporum Hierosolymitanorum seruum aggrediriur ordinare, ad nostram de Cyrllo doctrinam stabilendam; explicandi umbis ipsi sunt, quibus Epiphanius utitur, charact.

20 Valentis anni a die IV Kal. Apr. quo est ad imperitum consortium a fratre Valentiniano anno CCCXIV ascessus, initium ducat; Gratiani panis dies, a die IX Kalend. Septembr. usque cumdem Septembrem norique anni apud Græcos caput, non sunt in computum reducendi; sed primus unus censetur is quod Græcis numeratur CCCLXVII. Valentinianni igitur Junioris, statim a morte Patris XVII Martii obitu anno CCCXXV ad septimum admoti, annus primus, cum undecimo Valentis, Gratiani septima coincidentes, persundet dicti Valentinianni primum male pro tertio irrepsiisse; et Epiphanius ea qua cœlavimus anno CCCLXXVII scripsisse. Facile porro est inventare quomodo ab hoc principio, ab anno inquam CCCLXVII per annos XCIII sursum ascendendo, preueniat ad CCCLXXXIV, id est, Aera Alexandrina, ex cuius Chronologie unius Christi admetitur Epiphanius, annum

Anonum quidem a Christi nativitate CCLXXVII, ubi Assumptione vero in celos CCXLIV, non VI; nisi Epiphanius credas sensisse eum multis quod solis triynta duobus annis Christus rixerit, unico prædicari. Verum cum ad annum Aera vulgaris quem diximus CCLXXXIV pervererimus, nec diu habemus Monachorum haeresis una cum imperio Probi exortar vatalem annum, nisi ad xcm anno olio octo addentes, ad CCCLXXI ascenderamus, ut intervallum temporis, ab anno quo Epiphanius scripsit usque ad diutinum trimium, annorum fiat centum et unus. Pro quo observabimur Alexandrinam Aera ad ortu Christi ad persecutum Domitium octo annos pauciores ponere, quam vulgo soleamus, eosque annos circa Domitionis tempora dissimilatores absorbere. Hanc igitur Aetatem sequens Epiphanius inter Probi initia et tempora sua octo annos pauciores numeravit quam numerasset, si Romanorum Imperatorum annos suscipi immutatos inveni set.

B21 His sic obiter animaverimus, ut eorum quos istic Epiphanius nominat Pontificum Hierosolymitanorum annas recte digramus, indeque statuamus an possit Cyrillo alteri hoc esse, dictorum Episcoporum seriem ex certioribus Eusebii, antiquissimi ita primi chronologi Christiani, principis rexitimus, tu ut simus lectorum doceamus, omnium quidem prius illius Ecclesie Præsulam nomina serenique apud Epiphanium et Nicophorium uteunque habent, sed fidendum non esse spatis temporum, magnis quidem assignatorum apud Nicophorium, quibusdam autem apud Epiphanius. Nam, ut ab Epiphaniis recordiamur, ubi dicitur: Hierosolymorum ex circumscriptione Episcopi numerantur pèque evadentes Autovivos usque ad undecimum annum Antonini, legendum ex Eusebio pèque ἐνεργεότος Αδριανού usque ad decimum annum Adriani: ita enim invenire potuit Epiphanius in Eusebii colligente primum Adriani annum sub Consultibus Aemilio et Antistitio, qui Christi fuit ex vi, et ponente initium Maret, ex gentilibus prius ad cathedram Hierosolymitanum promoti, sub Coss. Luperco et Iethiano, qui fuit Aera nostra annus CXXXV, a quo tantum abest summa annorum ex Nicophoro collectorum usque ad Marmum, ut sicut ad unum Christi LXXXIX perveniat.

22 Ab exordio Maret usque ad Cassianum, Coss. Silvano et Augustino sedere incipient, Eusebii annos habet XXI, Nicophorus autem VII annos dumtaxat inter utrumque colligit. Post Cassianum sedevit Publius, Maximus, Julianus usque ad annum X Antonini Vii, Christi ex LXXVI, inquit Epiphanius. Verum tunc iuxta Eusebium adhuc Marcus sedebat, anno dumtaxat CXXVI defunctus. Cumque non sit verisimile intra triennium sex Episcopos esse defunctor, patet quod Gaius, Symmachus, Gaius, qui post tres predictos successore Cassiani, ultra annum VII Veri, quem illi ultimum Epiphanius statuit, pervenire debuerint: idque multo magis liquet ex consequentibus Juliano, Capitone, Maximo, quibus Epiphanius finem ponit in anno Veri XVI Christi ex LXXVI: cum eorum postremus Maximus Coss. Materno et Braida anno CLXXXV sedere ciperit, Eusebii teste. Itaque inter ipsius Maximi et Cassiani initia intervallum fuerit annorum XXIX, novem Episcopis abunde sufficiens, at non Nicophoro; qui tam multos annos tribuit singulis, ut eorum collecti summa annos conficiant XXXV. Quod deinde multo magis auges spatium inter secundum istum Maximum et Alexandrum; illud enim collecti ipsius numeris annorum fuerit XLV, duplo utique magis quam habeamus ex Eusebii, initium Alexandri referente ad Consultum Pompei et Aspi, qui est annus Christi CCVII. Intermedius enim Episcopus Epiphanius sic distribuit, ut Antoninus, Vulenus, Dulichinus usque ad Commodum et Christi annum CLXXX Ecclesium reverent, Narcissus et Dius usque ad Severum Aera vulgaris annum CXCII, Germanuet Gordius alius Gordianus usque ad Antonium Heliogabalum, qui

cepit CCXIX: Narcissus alius usque ad Alexandrum D Mammeum, annum videlicet CCXXI perevenit; deinde Alexander Hierosolymorum fuerit Episcopus, quem tandem ex Eusebio diximus anno CCVII creatum.

23 Post hunc usque ad Cyrrillum sex Episcopi fuerunt, et ab Epiphanius atque Nicophoro nominantur. Aliorum ex his nomina et tempora nunc desiderantur in Greco Eusebii, sed inveniuntur apud Hieronymum in Chronico sub Eusebii nomine Latine redditio; in quo, regnante Decio per menses triginta, Alexander apud Antiochiam ob martyrium dicitur interfactus: eique Mozabenes et Fabius, alii catalogis innominatus, successisse. Extinctus est autem Decius anno CLII: ut necesse sit hos Alexandri successores per annos quindecim prædisse, perevenisseque ad XII Valeriani et Gallieni, Christi CLXXV annum, quando apud eundem Hieronymum notatur Episcopatus Hymenaei: post quem Hierosolymorum Ecclesie Episcopus, Coss. Fausto et Gallo, ordinatur Zabdus, anno Diocletiani xiv Christi CCXCIII, deinde Hermon ejusdem Diocletiani anno XVII, cuius etiam nomen tempestus ex eo, qui nunc est in manibus Graeco Eusebii textu excidit, sed ex quo ac præcedentium reperitur in Hieronymi versione. Denique Volustano et Annuno Coss. anno CCXXV Macarum, cuius res gestas dedimus x Martii, Cathedra Hierosolymitanæ esse admotum ex Eusebii constat, si quidquam ex aliquo pastore scriptore constare: scribit enim Eusebius de Macario, et caeo, et viveante, et sue Cesariensi Metropoli quadruplicem subiecto, ut prorsus irrefragabile hoc loco haberi debeat illius testimonium.

24 Hinc porro variis relinquuntur errores in Epiphaniis et Nicophori catalogis corrigendi: nam intra Alexandri Imperatoris annos, qui anno Christi CCXXXV vitam et imperium finiri, concludit Epiphanius Episcopi Alexandri tempus: utique non ex suo sententia, sed ex catalogo quem imperialis compilatum transcripsit. Ipse enim Epiphanius in lib. de ponderibus et mensuris num. 19 in persecutione, inquit, Decii martyrium subiit Babylas Antiochiae, Fabianus Romæ; Alexander Episcopus Hierosolymitorum Cesareæ. Mazabenes deinde ad Gallum et Volusianum, id est annum Christi CCII sedisse dicitur, Hymenaeus usque ad Aureliannum imp. usque ad initium Probi anno CLXXVI: unde novos et proprios calculos subducere incipit Epiphanius. Priores autem illius calculi quam parum sunt apti, ex allegatis Eusebii testimonius liquet: ut etiam quam parum hac quoque in parte Episcopalinum annorum numeri apud Nicophorum subsistunt, qui ut initio Alexandri usque ab Zubdam annos solum conficiunt LXII, cum revera fuerint LXXXVI. A Zubde exordio ad Macarium anni Nicophoro XIX sunt, qui solum XVII sunt Eusebii. Denique totu annorum Episcopalinum summa ex Nicophoro collecta Christi ortu usque ad Macarium pauciores habet quam par sit annos omnino centum.

Ex eundem porro fonte ex quo Nicophorus, sed aliquantulum alterato, ut fieri assulet, prædictorum Episcoporum annos etiam accepit Georgius Syncellus: sed quia hic in Domitiano Imperatore desinens nihil ad rem nostram facit, nolimus ejus chronographiam huic loco refutandam inserere, ne tenebras nobis ipsis offunderemus.

§ IV. Quid et quo tempore egerit ac passus sit in Hierosolymano Episcopatu Cyrritus?

Episcoporum Hierosolymitanorum chronologicum ordinem, hactenus in tota metatarum itinerrantibus obscurum, superiori paragraphe totum possumus sub aspectum; tum ut alius usit nobis sit, tum ut stabilendæ temporum, quia Cyrrillus partim Episcopus partim erat traduxit, chronologicæ fundationem præbeat: quamvis ulti satis esse potuisse habere demonstratum, quod anno CCCIV cuperit præsidere Macarius. Sic enim hic anno Pontificatus

anno autem
101 post initia
Hierosolyma-
rum.

series
Episcoporum
Hierosol.

erorumdem
aut opid
Nicoph. et
Epiphani
contingent.

Primitus ex
gentilibus
Martius
an. 138,

Cassianus
150,

alii octo,

Maximus 153,

alii novem,

D
Alexander
207,

Mazabenes
280,

Macarius 314,
E

Maximus
creatur anno
393,

tum Cyrilus
393,

mortuus 390,

cuicunq; nominis
non fuit alias
sub Maximo
inveniuntur.

Epiphanius
Maximi
successorem

ab hoc nostro
distinguitur.

non dum
Hieronymus;

- A Pontificatus sui xx quidem, sed inchonato dumtaxat moriens, egregio Confessori Maximo vacuam Cathedram reliquerit anno Christi ccxxxiii, qui idem primus numerandus est Maximi: nam supra viginis annos eum sedisse demonstrat Barinus; ad annum vero Præsulatus xxii perenne statuunt tabulae Theophani affixa, qui cum Aëre nostra anno ccclv congrueret. Abhinc porro prius xv annos Cyrilli accipimus, turbulestissimos illos, et primo Cyrillo perperum a tabularum auctore attributos: post quos pulso jam tertium Cyrillo, Sedem per annos xi Hilarus dicitur tenuisse; donec scilicet rursum Cyrillus anno istius seculi lxxii post Concilii OEcumenici sententiam restitutus Ecclesie, tanto jam tempore per Arianos afflictæ, quietem optatum est consuetus: a qua post annos octo, atque adeo ante annum ccxc, ad eternam requiem et laborum suorum præmia conuigravit anno Theodosii Imperatoris xi. Ita a principio ad finem annos Cyrilli colligentes, plane xxxv inueniemus, quot scilicet eidem tribuant tabulae Theophani præfixæ; sed postquam duplum premisserunt errorem, unum quidem quo annos intrusi Hilarius xii a Sancti Cyrilli annis scorso numerarerint: alteram graviores et ut videtur spontaneum, quod annis xxiii Mucum ex veritate in principio assiguitas, bilique ad annum cccxxxv, eidem deinde solos sex reliquunt, et unum duosve alios annos dissimilantes extingendo reliquos xv tribuant Cyrillo, ab eo cui annos xxxv dant diverso.

B 26 Hujus nominis aliquem exanctorato diu ante mortem Muzimo successisse, hactenus apud Graecorum historicorum neminem repperit: nec est qui loco suo pulsum fuisse dicat virum, ob certiæ confessionis insig-
nium Clero populoque Hierosolymitanu carissimum, ipsiusque etiam Irianis reverendus. Synodus certe Hierosolymitis propter Athanasi restitutioem ab ipsis celebrata anno cccl, indubitatum facit, ut supra diximus tunc enim Hierosolymitis præsedit. Quæsto igitur solum procedere potest de eo, an post Muzimi mortem unus tantum, an successive plures ejusdem nominis Hierosolymitanum Sedem jure vel injuria occupaverint. Utrumque gravis auctoritas pugnat: pro dubius est locus prædictus Epiphani, seriem quidem antiquorum sanctæ civitatis Præsulum infeliciter tenet, sed qui in rebus suo tempore gestis non videatur errare potuisse: maxime cum usque ad annum cccxxxvii Christi, etatis vero sua lx Eleutheropolitanus Monasteri Hegymensis revertit in Palæstina, unde ad Constantenses in Cypro insulas translatus, videtur per discipulos suos, subinde ad Patrem senem commentantes, satis explorato discere potuisse, que istuc se absente gererantur in re tam notabilis et Ecclesiæ statum tam graviter concernebant. In hac autem sententia adversus solum primum Cyrillum facerent omnini, quæ de dubio ejus fide et maiis varia cum Ariano Arianoque adversariis communione, atque epistola ad Constantium scripta quidam suggerunt, et Sanctus sub Imperio Juliani Cyrillus, Apostolicæ Sedi ab OEcumenici laudatus Synodo, atque Catechesem celeberrimus scriptor, ab omni prorsus aut perfidia aut simulatione, parum a perfidia distantis, suspicione maneret immunis.

C 27 Ex altera tamen parte nihil minor est Sancti Hieronymi anchoritus: cuius duo testimonia, ex Chro- nico scilicet et libro de scriptoribus collata inter se, hanc dubiam videtur declarare pro uno Cyrillo sententiam, quam etiam proximi ubi eo secundis scriptores tenuere. Hieronymus enim in adolescentia sua incoluit Syriam circa annum ccclxx, quindecim dumtaxat annis post Maximi mortem; non tantum solitaria vita exercitus vacans, sed etiam augendæ serentia cupidissimus: cuius iater prima ibidem litterarum exercita videtur fuisse cura Chronicæ ex Eusebio Latine scribendi. Ejus porro supplementum cum desinat in consulatu Valentis vi et Valentiani ii (qui vulgaris Aëre annus est cccclxxviii ab

Martii. T. II.

anno xv Tiberii Cæsaris et prædicatione Domini Jesu Christi, non cccli ut passim codices MSS. et impressi, sed unde quinquagesimus supra trecentesimum, forte cccl scriptus) consequens videtur, ut vel ipso illo anno quo v Idus Augusti vicit a Gothis exstusque est Valens, illud absolverit Hieronymus, adhuc Hierosolymis existens; vel immediate sequentibus annis Constantiopolitum Hierosolyma adactus, antequam iret Romanam; ubi constat cum non die fuisse: sed annos ecclisi istius lxxxv, cum adhuc Cyrus Ecclesiam Hierosolymis quietius regeret, eodem revertisse, ibidemque et in vicina Bethleem potissimum ritus reliqua partem egisse. Quocunque igitur tempore Chroniconscriptum dicamus, futendum semper erit quod D. Hieronymus, cum illud scriberet, omnem Hierosolymitanæ Ecclesiæ historiam poterit necessarius cognitum habere, quam Epiphanius, pridem antequam e vivis excessisset Maximus, absens in Cypro; Constantiopolitique Ecclesiæ regimine et longe diversis studiorum atque negotiorum curis distractus. Qui proinde, quid actum Hierosolymis esset in ista post Maximi mortem Ecclesiæ et religionis confusione potuit minus habuisse exploratum; et tam diversam de Cyrillo famam audirens, diversos putuisse enim, qui videbatur ab Ariano promotus, ab eo quem constabat isdem agen-
tibus ob fidem Catholicæ liberam defensionem pulsum fuisse in cœlum.

28 Qui quidem Cyrus si ad Episcopatum ei est ratione ingressus, quam Hieronymus describit, ne ille merito et Arianius suspicionem incurrit, et similitudinis sacrilegæ debitas penas ab his ipsis perpessas est, quos tuuti criminis auctores habuit: si vero (quod existimamus probabilem) non ipse Cyrus varia fraude sollicitatus Heraclium cumdem degradavit: sed Heraclium moriens Maximus successorem instituit varia fronde sollicitatus, quem propterea ut intrusum Cyrus de Episcopo in Presbyterum regradavit, prout lectio Sculpi intelligi patitur; fieri magis inimicis potuit, ut Cyrus a Clero Catholicæ Episcopus canonicus electus, nec satis in illa electione presulvi esse videns (Heracio ultimominus ordinato per eos, qui morienti Maximo fucum fecerant) Acacii potentia credidit utendum sibi ad xmuli subversionem, ideoque suum de fide mentem tantisper occultam habuerit. Sic enim magna ille criminis parte levabatur, etsi non omnino ha-beatur innoxius: maxime si arceptum semel a Maximo Presbyteri Ordinem, quasi non rite collatum, sit passus sti iterato conferri. Si autem solum Ordinis usu abstiunit; multo minus culpe dissimulatio talis habuerit, fructum intruum non habuit diuturnum: panis enim ab ista ordinatione annis elapsis, post anno ccclvii, Cyrus in Acaci incurrevit odiū; nec prius in Sedem suum redire potuit edicto proscriptus Constantiano, quam Constantii successor Julianus exilibus omnibus pristinum dignitatem restituit. Quisinterea Hierosolymitanæ Episcopati incubuerit, difficile satis est definitre. Pro-
babiliter exstimatorius Heraclium, quem secundo loco non recte videtur nominasse Nicephorus, rediitum in cathedram, suffragante potissimum Eutychio Hierapolitano, apertas exinde inimicities contra Cyrillum professo, usque adeo ut eorum prosecundarum causu, ipse fidem habens manifeste orthodoxam, Acaciu Ariano Cy-
rilli inversario emulaque se conjunxerit. Hic autem Eutychius frustratusque sua Heracio episcopatum illius videtur invasisse, vel saltē in eo omnia pro arbitrio sic gesisse, ut propterea Hieronymus, dissimulato Heraclii nomine, patrum Eutychium in Cyrilli lucum substitui scribut.

D 29 Ab exilio vero deinde revocatus anno ccclxi Cyrus, qui regerat securisque pro instaurando Ecclesiæ seu splendori, nullis litterarum monumentis invenimus consignationem. Unus est Socrates lib. 3 cap. 17 ex quo spiritu etiam propheticè fuisse donatum Cyrillum probatur: narrat enim, quod cum ad Salomonici templi regressus 381,

Cyrilus in
Episcopatum
ingressus
qualiter?

Electus circa
an 387,

F

Hierosolymitani templi extremitate eversione predicunt.

A restorationem ingenti Iudeorum studio compararentur omnia ex imperio Juliani ante suam in Persas expeditionem rei Christianae extremam illam securam inservire molentes. Cyrillo Episcopo illud Danielis venit in mente, iam tempus adventasse quo lapis super lapidem non maneret in templo, sed oraculum Servatoris penitus expleretur. Quae cum Episcopus dixisset, nocte ingens terrae motus excitatus lapides veterum templi fundamentorum concussit, omnesque una cum aedificiis in proximo sitis disturbavit. Ex qua re horror et formido Iudeos occupavit; sماque etiam illos, quorum domicilia inde longe distabant intervallo, ad loca contemplandum attraxit. Itaque cum quamplurimi ad essent, aliud prodigium contigit: ignis namque coelitus demissus omnia opificum instrumenta absumpsi. Etenim licebat videre mallos, scalpa, serras, secures, ascas, omnia denique que artifices habebant ad opus perficiendum idonea, flammam incendio vastata. Totum dieum ignis istas res depastus est. Iulai igitur gravissimo terrore percussi etiam inviti Christum Deum confessi sunt... nocte enim sequenti elliges crucis radiorum lumine figuratae, illorum vestimentis tamquam impresso, videbantur; quas, cum dies illusteret, contemplantes, et eluere delereque cupientes, nullo modo poterant... Proinde templum eo tempore pro redificatione maximum ruinata passum est.

B 30 *Eadem, sed multo distinctius, narrat Theodoretus lib. 3 cap. 17.* Cum federe inciperent et aggerem exportare, tametsi multa milia bonorum in hoc opero faciendo interdui labore suum collocant, tamen noctu aggerem sui sponte in fossam denuo translatum fuisse ferunt. Diruisse præterea veteris aedificii reliquias, dum in spem veniunt omnia de integro construendi: verum postquam infinitos gypsi et calcis medios in unum congeresserant, ex improviso ventos vehementer coqusse spirare, turbines ruguerre, tempestates ac procellas oriri, quae totam illam materiam penitus dissipaverunt. At cum pergerent porro insunire, nec divino benignitate indulgentia sapere vellent; primam terrae-motum maximum factum esse, et eos qui divinis Christi mysteriis minime initiati essent supra modum obstupescisse: sed ubi metum deposuerant, ex defossis fundamentis erupisse ignem, combussisse fossarum quam plurimos, alios in fugam vertisse: noctu item, permultis in portio quendam vicina dormientibus, subito adflicti enim tecto dejectum esse, oppressisque omnes qui ibi se quieti dederant. Eadem quoque nocte et postridie rursus fulgentem Crucis sublatis furens in caelo visam esse; ipsaque Iudeorum vestimenta Crucis signis, non fulgentibus illis quidem, sed ex nigro colore confectis, signata: quas res illos Dei adversarios conspicatis, et plaga coactus inflictas admodum veritos, anfugisse inde, plane confessos eum verum Deum esse, quem maiores sui crenellassent.

C 31 *Theodoretus consentit Sozomenus, nisi quod circa ipsum in secundo operis aggressione e fundamentis erumperent rororum narrat hunc in modum sententias.* Atque istud ubi omnibus et libere dicitur, et pro certo creditur, et a nemine vocatur in dohium: preterquam quod quidam predicant, humanam ad ipsos, videlicet templum accedere cipientes, ex adverso irruisse illudque fecisse quod diximus; alii autem id ipsorum accidisse simil ut rudera exportare coepissent... ne denique sic concludit: Istis velis, si quis fidem minime adhibendam poterit, sit persus saltem ab his qui eius ab eum spectatoribus acciperant, quique adhuc in vita manent; sit etiam persus eum a Judeis ipsis, tum a gentilibus qui opus inchoatum reliquerunt, immo vero ne inchoato quidem poterunt. *Hac Sozomenus,* in eo non usquequaque consentiens Socrati, quod dicit

iis miraculum factum esse, ut alii Iudeorum continuo D Christum Deum esse existimarent.... alii paulo post ad Ecclesian se transserent initiaarent mysteriis, hymnis et precibus Christum pro suis impensis factis placarent: cum Socrates eorum oblationem coarguat, sicut Theodoretus per viaeiam Juliani, ad cuius aures haec nuntiata permanere quidem, ad cor vero nullatenus potuerunt.

32 *Hac anno ccclxx vel initio anni sequentis gesta, antequam in Nonus Martii Julianus adversus Persas moveret; quo die xxvi Junii divisa manu potius quam humana confosso, quamdiu quietus Cyrillus sederit, non liquet.* Existimamus duodecim illis annos, qui soli adscribuntur Hieronimi, præteritu in tabulis Hieronimi vel Ereni (rurior enim Epiphanius lectio, ut et Hieronymi in quo alii Hieronimorum alii Ereni legunt, qui etiam Niciphorus Arsenius est) existimamus, inquam, non incommode illos duodecim annos inter rurumque dividi, sic ut statim a Juliani morte, hanc suam esse occasionem rati Ariani denuo expulerint ab Ecclesia Cyrrillum; illa tamen non diu lacerit ejus absentiam, sed Jovinio piissimo Imperatori electo, et Ariano cultide sibi canatas obrepere prudenter ac fortiter responde, receperit. Verum eodem Jovinio proxime sequentis anni bissextis Februario mortem immaturam obenunt, et Valentius Valentini senioris Fratre in fraterni Imperii consortium iv kal. Aprilis ascito, paulatim crevare cornua Arumi; et cum alia rursum pro libidine mouere in Ecclesia Orientali cæpere, tum ad revertendum Cyrrillum suas machinas explicare; quod denum post ccclxx annum volvuntur consunti, quando et Hilarium sive Hieronimorum subrogandum evolverunt.

ejicitur paulo post an. 370

iterunque post an. 370

§ V. Scripta S. Cyrilli: laus ex Officii proprii hymno.

S meti Cyrilli extare Catecheses, quas in adolescencia sua scripsit, testatur Hieronimus lib. de scriptoribus Eccles. cap. 112, nulla facta mentione epistole ad Constantium scripta de apparitione Crucis; quam primum de Rivetus ablegare jubet, Crucis Christi omniumque que ad ejus cultum promovendum pertinent, pro gente fictionis sue, semper inimicus, quo modo u Labbae nostro iure redarguitur. Sed non viderit cum Hieronimus Hierosolymis unde missa est: Constantiopolis, quo est directa, videt eam vel accepit Theophanes, illa scribens que § 1 ex ipso sumpsimus. Nec ultra apparet ratio cur illa negetur esse Cyrrili, sub eajus nomine illus parlem Glycas transcribit: cum primis Cyrrilli in Episcopatu annis optime conuenient illius epistole exordium, quod est tale: Primas hasce ex Hierosolymis ad te, Deo dilecte Imperator, mitto litterarum oblationes, quas et te deceat accipere, et me dare: non verborum adulacionibus refertas, sed celestium divina declarantes prodigia. *Dicim tamca Nonarum Maii* (quem Graeco textu uescia quis interpolator adjectit, tamquam ex signum celeste apparuisse) *neque Theophanes neque Michael Glycas legerunt, neque vero leguisse potuerunt:* cum dies Pentecostes, nullo unquam tempore cum Nonis Maii concidat: quare qui hanc epistolam magne Patrum Bibliothecæ inseruerunt, merito glossam istud sibi puturant expungendum. Si tamen Maii mense res narratae contigit, non potuit ea quidem ipso anno lx istius saeculi accidisse, quo Pascha in xvi Aprilis, Pentecoste cœdebat in vi Juli: sed quatuor sequentiam annorum aliquo: ex quibus lx placet, Pentecoste habens die xv Maii: vel lxvii, quo si die mensis eiusdem dictum festum recolabatur.

Scribit epistola lam de appari-
tione Crucis ad Constan-
tium.

F 34 *Prae hac tamen epistoli astriuende sunt aurex S. Cyrilli Catecheses, quas cum in adolescentia scriptas dicit Hieronimus, videtur legisse anuotacionem ins praefixa, qui ex uoluntate excepte fusse anno Christi ccxxxiii, quo tamen necdum Episcopus fuit Cyrrillus.* *Et circa an-*
366 catechesa
habuit,

Verum

A Verum nos supra diximus, non tantum ab ortu Christi, sed etiam ab Assumptione illius in eodem annos Orientalibus numerari: iis autem hoc postremo modo numeratis addendo annos, quos in mortali carne Christus vivisse creditur xxxi vel xxxii, annum vulgaris Aerae CCCLXIV vel vi habebimus; cum Cyrillus jam quinquagenario major contra Arianos tractaret, secundum sibi exilium machinantes; vel ab eodem restitutus recenter, nollet eosdem, inclemata invictios Consubstantialis voce, contra se vehementius excorbare: quod ut merito excusavit sanctissimus scriptor Theophanes, ita nemo nunc redarguere potest: si quis vero ab Hieronymo adolescentem credit Cyrillum vocari, respectu Episcopatus non usque ad eum priedem aditi, et longe majoris quam in eo assecutus est senectus; nec ille fortasse aberrabit a vero.

B 33 Huius catecheses Joannes Gradičius primum apud Stanislavum Husium Cardinalem Varmensem in veteri MS. Graecus natus Latinitati donuit, ac dñinde contulit cum Polonica eamdem versione, sibi subministratu a Jacobo Uchanski, Gnesnensi Archiepiscopo et Polonice Primate, qui illas jam priedem Slavorum conscriptis ihuomate ex Bulgaria et Macedonia aulepsis erat. Ergo quemadmodum antiqua versio Epistolarum S. Iognati Antiocheni in duplice MS. Oeonix reperta, atque ob Ussorio edita, veritatem Graeci MS. Florentini, uiris maximis maxime commendati, prā illa Paezii editione, qua solo hocceus reciterat et exiguum fidem merebatur, comprobatur; sic ut nemo sensus dubitate possit, quingenuis sint S. Iognati Epistola ea, quas tam antiquorum dupli in lingua Manuscriptorum concordia jubet pro incorruptis minimeque interpolatis agnoscere: sic pene etiam hic usuvenit, ut, convenienter cum Graeco textu Slavonica versione, de Cyrilli anarum Catecheseu incorruptissima integritate constare nobis possit.

C 36 Quod autem earum auctor Cyrillus sit, quis certus testari poterit Theodoreto, supparis xvi scriptore? hic vero Dialogo 2. qui σαββάτου dicitur, Cyrilli Episcopi Hierosolymitanus quartum Catecheticum de decem dogmatibus sermonem allegat, et quae ibi habentur de generatione ex Virgine product verboteus. Similiter S. Joannes Damascenus Orat. 3. de imaginibus, profert verba ex Caterhesi 12 necepta, negne ut sub ulti quan Cyrilli Patriarche Hierosolymorum nomine: ut Joannem Cyprissiotam lucum, qui secula xii dicitur floruisse, et decimae Catecheses fragmen producit. Prinde merito curum interpres, in sua dedicatoria ad Gasparem Episcopum Uratslavensem epistola, quibusvis quorumcunque recettiorum institutionibus huius esse longe praferendas judicavit: quia auctoritas et maiestas doctrinae Christianae praeclera est apud antiques illos et orthodoxos Antistites, qui sanam doctrinam et veras traditiones Apostolicas, ritusque Ecclesiae a viris Apostolicis instituti Spiritus Sancti institutos, in Orientali Ecclesia docuerunt et ad posteros deinceps litteris mandarunt. Quod quidem duplice fieri modo: altero, ut quae ad populum verba fecissent eo ipsi scriberent studiosius; altero ut velab defectus ad hoc notariis vel a studiosis coram auditoribus, eadem quia dicebantur serie orationis excepta, ipsi postea recognoscerent et suo nomine vulgati permitterent. Hoc autem postremum duplice ex capite facile fuit antiquis, quod et antiqui (ut ex profanis quoque Romanorum historiis constat) dictionum fere omnium mirificas ad ejusmodi usum habebant abbreviationes, quibus usi singula postmodum distinse transcribebant; et quod Patres illi Sancti predicanudo verbum Dei, magna quadam cum maiestate lete pronuntiabant, ut populus venerando sermone magis afficeretur, et commodius quae dicerentur perciperet memoriaque teneret.

D 37 Postremum a S. Cyrillo concinoante facilitatum, tum ipsa singularum inscriptio indicat, Κατάγγεις φω-

τζούνων ἐν Ἱεροσόλυμοις σχεδιασθέσσα εἰς τὸ etc. Ca-
dē ut ex cre-
dicantis
excepta.
tempore facta super illud etc. tum retutissima quæ-
dam annotatio Graeca, quam dictus Catechesis afferat
Gradecius reperit in hec verba: Multæ quidem
et aliae dictatæ sunt institutiones a Cyrillo singulis
annis, et ante et post baptismum, his qui recever-
fuerant illuminati: has autem cum diebantur tre-
centesimo trigesimo secundo anno D. N. Jesu Christi
(videlicet ab Assumptione numeranda) quidam studiosi
excipientes descripserunt, in quibus magna ex parte
reperies secundum Scripturas de omnibus necessa-
riis fidei dogmatibus, quæ expediatur venire in cogni-
tionem. Theophanes quidem sic de Catechesibus loqui-
tur quasi dictatæ essent ante annos viginti, quando ob-
nūm id ē signum innumerous habuit Christianis mys-
teriis imbūndos: sed cum tales ab eo dictatas singulis
annis asseratur, quemadmodum non fuit sursum has,
quæ extant, illa celeberrima occasione habitus testimoniari a
vulgo, sic in re dubia magis standum est ipsi eorum qui
excepere assertioni: horum enim omniuo videtur fuisse
annotatio illa.

E 38 Ac in prioribus quidem decent et acto Catechesis-
bus rōv̄ φωτιζόντων (quod in præsenti, incipientes il-
luminari, potius quam illuminatos oportuisset redire) priores de
accutulis
fidei,
instruit de rebus ad baptismum pertinentibus: tum de
agitione et confessione peccati agit, qar baptismum
adulorum solebat præcedere: quin et exorcismos com-
mendat plurimum, et quam vim habeat aqua baptismi
ostendit: deinde dogmata Ecclesiæ Catholice sum-
matim proponit omnia, quæ postremo una cum universo
Synaholo Apostolico latius interpretatur et explicat. In
posterioribus vero quinque Mystagogicis institutionibus
τοις φωτοριστοις, id est recente illuminatis, solidioris
aliquanto doctrine ipso mysteriorum usu et experientia
jam capacibus factis, explicat de Baptismo, de Chrisme,
de Eucaristia, de tremendo Missus sacrificio accu-
rate omnia. Ceremonias autem eas fere cunctas commu-
nurat, quæ etiam nunc ab Ecclesia Catholica in eisdem
posteriorēt de
Mysteriis e
ratiis
Ecclesiæ,
sacramentis exhibens usurpatum, ut sunt, renuntiure
sathanæ, Symbolum fidei profiteri, chrismate perungu in
baptismo, manus abluere, osculari inuenit, Angelorum
omnisque militia ælestis fuerit commemorationem,
Sanctos invocare, pro vivis et defunctis orare, offerre
pro iis sursum corporis et sanguinis Christi: ut uni-
versis fere novitiorum hæreticorum communis, et ritus
sacramentaque Catholica nuper a Pontificibus questus
causa excoigitatos mentientium, blasphemis refellendis F
abunde catecheses ista sufficiant.

F 39 Harum aliquas igitur, antiquis nominatis auto-
ribus, rum esse Cyrilli urgare non possent novorum
dogmatum propagatores; Mystagogicos saltem illas
quinque, quibus aduersum se inluctabilem prorsus vi-
deant esse auctoritatem, couati sunt erigere nobis Roberto Coco præcentore, qui eas Cyrilli successori Joanni
attribuendas contentit. Idem quidem in sua bibliotheca
Gesnerus timide indicaverat, non de his quinque sois
sed de omnibus, ex Theodoreto et Damasceno temerarie
suspicionis convincendus, inductus autem in talem
suspicionem, quia in indice librorum Graecorum, quos
Respublica Augustana ab Antonio Eparcho Cory-
raeo emit, nominantur Joannis Episcopi Hierosolymi-
tani: Perum (si librorum unus vel properantur vel cæ-
sientis lapsus aduersus plurimum diversa in lingua
exemplarium concordium valeret aliquid, ideoque vi-
deendum esset, ut monet Gesnerus, ne Joannis sint,
qui longe posterior fuit Cyrillo; que tamen alteri
de industria forte adscripta sint, ut plus auctoritatis
habent (idem de utrisque, eundem preferentibus titu-
luni et stylo tam eodem scriptis ut unius eiusdemque
auctoris esse legenti patrat, dubitari debuisse a Coco.
Quid autem Joannes tantum is posterior Cyrillo fuit,
ut ipsius quoque non maxima esset solidissimaque ad-
versus

quæ es veteri
MS. Graec
tautem edita.

ex collatione
cum veteri
Slavonica
versione
probatur
genus;

• Theodoreto

• S. Jo.
Damasceno
antique citata.

magisque
forcienda.

non tamen
in studiose ab
eo scripta,

cum sint
ejusdem styl
et entem
inductip
utraque.

Aversus novitas fictiones auctoritas, si catecheses istas dictasset? Primus hujus nominis ipsi Cyrillo immediate successit, secundus Anastasio imprante sedet, tertius anno ante urbis captivitatem quadragesimo quinto, Christi DLXXV vivere desiit, sicut Nicephori Chronologus testatur.

40 Nthilo validiora esse, quæ Coci symestes et parvarius Andreos Rivetus operosius congesit, et in tria quatuor capita distinxit, demonstratum se promittit Philippus Labbe in examine heterodoxorum criticorum: quod nos quoque hic convenemur, nisi adversus Rivetum et sequaces ejus satis superque paginare crederemus tum stili similitudinem, tum scribentium attestacionem supra productam. Igitur ad Graecorum de S. Cyrillo Officium, unde copius est hic commentator, revertimur, in quo omnia plena eximis de illius orthodoxa doctrina encoumis; in primis canon sive hymnus hoc acrosticho designatus:

Κύριλλον ὑμῶν τὸν πρόσδερον Αἰδίας.

Cano Cyrrillum Aelie praesidentem

Hic lundatur Cyrrillus, quod virtutibus animam suam extornans, mentem suam corporeis rebus effecorit superiori; quod bonus Christi odor factus, suorum verborum fragrantia procul pepulerit haeresem omnium intolerabilem cloacam, cui a mania nomen inditum: quæ verba cum ad Manichæorum alludant insaniam, indicant hymni hujus auctorem vel ea legisse, quæ ex Syazarario Claromontano attulimus, vel pleniora aliquæ Acta vidisse, in quibus Manetis fiat vel Manentis mentio; quem si presentem in Coacilio refutavit Cyrrillus, ut certum est Macedonium redarguisse, non potest is Manichæorum auctor fuisse, ab unis quinquaginta pluribusque defunctus. Dicitur deinde Cyrrillus spiritualis sue sapientia splendoribus divinae Trinitatis mysterium dilucide explicuisse, unumque in

duabus naturis Christum velut Spiritus Sancti lyra D

vitque
sanctitatem.

divino carmine modulatus: unam virtutem, unam essentiam, unam voluntatem trinæ in deitate hypostaseos predicando, multiplicis deitatis errorum dissolvisse. Additur, quod mentem habens divino inflamatum timore, omnem voluptatis fomitem redegerit in cineres, et lacrymis extinxerit passionum flamas, et lampadem suam inextinctam servarit: ac denique quod desidiae somnolentiam ab anima palpebris procul fugans in somnum justis convenientem placide obdormiverit. In quodam antentico instrumento, Interamna ad nos misso, dicitur R. D. Petrus Antonius Nardus Interamnensis, divinarum humanae rerum studio et doctrina eruditissimus, ecclesie Cathedralis Prior, anno MCCCCCLXXIII commentarios rerum gestarum beatissimi Proculi et S. Anastasi Pontificis atque B. Valentini ejusdem civitatis civis et Episcopi, necnon B. Cyrilli civis Interamnensis Episcopi Hierusalem, injuria temporum obliteratos et fere omni parte oblitos, sua diligentia et impensa per totum fere orbem quæsitos, et in unum volumen redactos, ad devotionem civium suorum augendam memorie posteritatis tradendos curavisse: quo morte immatura et acerba e medio E

vitæ sublato, Petrus Franciscus Neps, obitum illius juste et fortiter ultus, pro sua erga patriam pietate... in publicum civitatis sue commodum ea ediderit. Hoc indicio moniti Interamnam scripsimus, ut qui ex eo codice S. Anastasi inventionem XVII Augusti serviruntur, Notarii publici manu describendum, nobisque mittendam curaverunt, idem in Cyrrillo præstare vellent; sed mortuus sis in quorum potestate dictus Codex tunc fuit, responsum est quantovis adhibito studio nihil potuisse reperiri.

DE SANCTO TETRICO EPISCOPO LIGONENSI IN GALLIA.

Pater S. Tetri fuit S. Gregorius ex prima apud Avernos atque Edavos nobilitate: qui cum per annos quadriginta Index sive Profectus urbis aut Comes summa cum laude vixisset; repente Clero adscriptus, nec dum postea in Episcopum Lingonensem est electus consecratus: cui Magni cognomen, quod Sancto Pontifici Romano datum est, arbitratur Jacobus Vigerius in Chronicâ Lingonensi a nemino denegandum esse, qui natales ejus, qui res gestas, qui prudentiam atque auctoritatem, qui sanctitatem uitentius considerarent. Quæ omnia indicantur in Vita ejus a Gregorio Turonensi scripta, et uobis ad diem IV Januarii illustrata. Habuissse dicitur ibidem conjugem de genere Senatorio, Armentariam nomine, quoniam ad propagandam generationem solunmodo cognovisset. Vigerius suspicatur hunc fuisse Attali Comitis Augustodinensis filium, ex qua dicto S. Gregorio natus sunt S. Tetri et Gregorius Pater Armentarius, enjus ex Florentio filius fuit S. Gregorius Episcopus Turonensis. Haec de sancta familia sufficiunt.

2 Mortuus S. Gregorius Patre circa annum XXXIX, electus est Episcopus Lingonensis S. Tetri duplicitula, inquit Vigerius, ex usu illius saeculi, et quia filius et quia Patri quam simillimus. Synodus interfuit, Aurelianensi v anno XLVI, Parisensi v anno Maii, nec dum postea Tullenzi, et per Pindum Presbyterum Lingonensi v anno LXVI. Item altaria, inquit Vigerius, templi, conobia per Diocesim plurima consecravit. Cum vero cerneret S. Joannis ardem Divinam vestitato collabi, et venerabiles exuvias miraculis frequentibus illustrari, illam meliorum in

digna. — n *Idem Malmesburi. lib. 2 de gestis Pontif. Angl. De Ambresburiensi*, inquit, nihil aliud ab nostram nullam attigit, nisi quod ab Elfrida S. Eduardi interficie et illud et *Warewalle* loca sint causa punitientiae. — o *Sarum alter Sarisburiensis*, urbs *Episcopalis* est in *Wiltownensi agro*. — p *Puribus* in *Chronico interposito hac continuante columnis 883* a *lue* 14. — q *Ethelredus utus, profruisse Schirburnensis Ecclesiæ tradidit* ab anno 982 ad 1006. — r *Sedicit u. 18 Febru. anni 981*, ad 20 Junii 1001, quo jam quatuor menses evoluti erant anni xxi. — s *de Leof monasterio et Albendonia supra actum.*

ANIMADVT.
PAP. 40

DE S. ANSELMO EPISCOPO LUCENSI MANTUAE IN ITALIA.

§ I. S. Anselmi Patria, veneratio, Vita scripta.

ANNO
ULT. XXVI
XVII MARTII.

S. Anselmus
Mantua ut
Patronus
colitur,

Dux illustres Italie urbes risuntur Luca et Mantua : illa in Etruria sub proprio suo Dominio liberam constitutam rem publicam ; ista in Gallia Transpadana, sive Lombardia, vel Mincium fluvium sub Serenissimis ducibus Gonzagis floret. Luncense populus inter sanctos suos Episcopos enumerat et reveratur S. Anselmum, quem ut schismatis expulsum exceptit sicutique populus Mantuanus, ac pro mortuum Sanctusque adscriptum in urbis sue Pantronum elegit, et quatuorvies ad diem xviii Martii festum ejus sollemnem Officia celebrat, etiam si incident in secundam, tertiam vel quartam Dominicam Quadragesimæ, de qua tunc volummodo fit commemoratio. Si occurrat in Dominiuim Passione aut Palmavie aut hanc proxime sequentes dies, transfertur Officium, Missa tamen in Cathedrali Ecclesie solenniter celebratur, et sacrum eius corpus publice ostenditur : quod in majori Cathedrali ecclesie attiri summa cum veneratione integrum usque ad hunc diuin servatur, et magna populi religione colitur : uti eu prescribuntur in Officiis propriis Ecclesiarum et diocesis Mantuanae, anno MDCXXVI iussu Episcopi Mantuani exensis.

2 Apud Luernis in archivio Episcopali nonnulla authentica instrumenta risuntur, propria S. Anselmi manu exarata, quae et pro sacris reliquiis adseranda sunt, et ad recollectam ejusdem memoriam faciunt. In antiqua bibliotheca Cunovicorum vix ultima de eo monumentum extul, exceptis ponitis verbis, quae in perpetuam evidet, dum de Translatione aliquorum istius veredemæ sanctorum corporum agitur, ita subiectantur : Alexander autem ille, qui et Anselmus dicitur, (sermo est de Alexandro u. Papa) cui nepos successit Anselmus, qui Luernam sile et opere clarificavit Ecclesiam, dum licet, donec tempestas illius a loco isto separavit. Sunt huc eruta a cl. v.

Lure aliqua
ejus scripta
extant :

fuit nepos
Alexander
et Papa,

et cum illo
Mediolanensis:

Francisco Marin Florentino in cruditi lucubratione de vita Mathildæ, magna Comitis Italæ, cui Consiliarius adiutor S. Anselmus, de quo hic agitur. Fuisse autem Alexandrum in Pontificem, unteca Anselmum de Badigii dictum, indebat Mediolanensem, doctrinam et ritus integritate illustrem, filium Anselmi, viro olim in urbe primaria, tradidit Ponevius, Cacouius et alii : ipsum autem S. Anselmum fuisse Mediolani indigenam et nobilis prosopique, manifeste in Vita dirigitur num. 11 unde verisimilior etiam sit Ponevius et Cacouius assertum. Possumus etiam non improbabili conjectura opinari S. Anselmum subdisciplina patrum, qui ab anno MCVI Ecclesie Luernensis creatus erat Episcopus, adlevisse et omni genere scientiarum atque virtutum fuisse excellam. Adiunt Cacouius et niamnulli recentiores eum etiam ab Alexandro u. creatum fuisse S. R. E. Cardinalium : a quo titulo plane abstinet auctor Vite coenam et testis domesticus, et cum illo Barominus, Florentinus aliisque occurritores scriptores, neque inter Cardinales ab Alexandro creatos enumerat eum Ponevius.

3 Fuit tamen ab eodem designatus Episcopus Lu-

censis, et a successore ejus Gregorio VII anno Christi MLXXXIII consecratus, dieu anno MXXXVI, die xv Kalendas Aprilis sive XXIII Martii ex hac mortali vita od celestem erocatus, quam plurimis eloruit miraculis. Rex ejus gesta et miracula intra duos ob obitu ejus menses conscripta ficerent, de quibus auctor num.

43 in Epilogio ista habet: Hæc de beatissimo Patre ac Patrono nostro Anselmo, ego B. peccator Presbyter, sans in Penitentia, non dico filius, sed servus, ad ipso multis cum lacrymis ad enimdem ordinem promotus, venerabiliter volis expertibus explicavi devotus. Hæc Acta habuit Cardinalis Barominus, et non pauca inde tomo xi Annalium Ecclesiasticorum inserunt: eudem postmodum Petrus Cousonlinus Congregations Oratori Romæ Prepositus misit Jacobo Gretario nostro, qui tradidit Sebastianu Tengnagello Cesareo Virnu bibliothecario, a quo edita sunt Ingolstadii anno MDCLXVII inter Vetera monumenta, contra schismatics pro Gregorio VII aliasque nonnullis Pontificibus Romanis olim conscripta. Annectebatur sub finem horum Actorum animadversio D. Constantini Cajetani, ex quo constabat apographum illud desumptum fuisse ex MS. pergameneno antiquo codice, quem addit in proprio suo museo extare. Arnoldus Wion in Notationibus ad XVIII Martii assertit eundem Vitam ejus idem mitrum allegat ab ejus contemporaneo graviter conscriptam, haberi in cœnobio S. Benedicti de Padolyrone manuscriptam. Est illud monasterium a Mathilda Comitissu liberaliter dotatum, et situm in agro Mantuano, in quo traditur relictio Episcopatus, ut num. 4 Vite legitur, monachus factus et regnante S. Benedicti subjectus. Interim illud suum opere miratur, Episcopum et Canonicos Mantuanos nescivisse Vitam in dicto monasterio haberi, ac relicto authenticis et integro instrumento debuisse ex Annalibus Cardinalis Baroni lectionis ad Matutinas recitandas colligere, hec en hinc mille sparsim huberuntur. Actorum S. Anselmi compendium habemus ex MS. Ultrajectino S. Salvatoris desumptum, quod amittimus.

5 Nomen S. Anselmi inscriptum est Martyrologio hodierno Romano et Gallicani his verbis: Mantua S. Anselmi Episcopi et Confessoris. Ita loco omissa refertur in Additionibus MSS. ad Usuardum, a Witfordo in Martyrologio Anglie edito, et in Kalendario Missalis Romani anno MCCCLXXXVII et MDVIII Venetis excuso. Suffragium seu Commemoratio de S. Anselmo Episcopo Confessore dicerendum prescribitur in Breverio Wormatiensi anni MDCCLXVI et Meldensi anni MDCXL desumptum. Antiphona et Orationibus ex officio de Communi. Verum in Calendario Meldensis Brevirium indicatur nomen Anselmi Cantuariensis Episcopi, ut etiam in Pastore Felici. In MS. Florario ista leguntur: Eodem die Anselmi Velicensis Episcopi et Confessoris anno salutis MC. Quæ videtur emenda et scribendum Anselmi Luernensis, et anno MXXXVI. Gelonus Fastis Coloniensis ubi scribit, et Episcopum Mantuanum ex multorum errore appellat: at quomodo ad Coloniensis spectet, plane silet. Adversari apud Carniolitissimas sanctimoniales partae superiorum

vita scripta
et B. Presbytero
ab illo
consecrato :

edita
Ingolstadii.

ex antiquo
MS. codice,

nomen Fastis
invenit
inscriptum.

A rem capit is S. Anselmi scribit lib. 3. *syntagmate* 78, sed quia frustum S. Anselmi ibidem xxi Aprilis colitur, Archiepiscopus Cantuariensis videtur intelligi. *Adscriptus* majori fundamento est *Martyrologii Benedictinis*, *Wionis*, *Dorganii*, *Meaordi* his sere *rebus*: Mantuae, depositio S. Anselmi Episcopi Lucensis et Confessoris, maximae humilitatis et doctrinæ viri. *Majus* *elegium* adjunxit *Burelinus*, qui patria Mantuonum scribit, et in monasterio primum fuisse conditum, atque inde Mantuanum translatum: quæ *xli* quæ nonnulla meatus abessent.

§ II. Varia antiquorum scriptorum de S. Anselmo ejusque libris scriptis elogia.

Inter vetera monumenta contra schismaticos collecta, una cum *Vita* S. Anselmi editi sunt a Teignagelio libri duo carminum de *Vita Comitissæ Mathildæ* auctore coeve Dominizone Presbytero: ex quibus magna cum laude scriptoris allegat varia Bayouni tomo xi et xii Annalium Ecclesiasticorum. *Hic* poeta lib. 2 cap. 3 de obitu S. Anselmi ista habet:

Mensis ut advenit qui primus in ordine cœpit,
Ejus in octavo decimoque die, Dominator
In cœlis regnans Anselmum vexit ad æthera:
Huic similis, credo, fuit hoc in tempore nemo.
Officium duplex monachorum Pontificumque
Nocte die complens, corpus macerabat ut hostem;
Catholicus, celebs, pius et sobrius fuit æque:
De cuius vere tristantur morte fideles.
Schismati gaudent: erat his contrarius autem,
Quem sibi communissum per Gregorium Comitissa.
Ut decuit digne sepelivit moesta benigne.
Artus Anselmi condivit Mantua terris:
De quo quod gliscit, monstrasti, Christe, Matildi:

Nam virtute tua fecit miracula plura.
Servulns iste tuus de Sanctis extitit unus
Catholicæ parti signum quasi debilitatis,
Inde triumphando gaudet Comitissa precando.
Hujus enim Patris precibus putat auxiliari,
Cumque daret tumba Sancti miracula multa;
Proderet ut multis post nos per secula futuris,
Justitiae coltrix ea partim fingere jussit,
Quæ, simul et Vitam Capellani, sibi dictant
Tertius existens ab eo Lucensis, et ille
Rangerius Rector dictavit eam sibi metro.
Dicitavit pulchrum imper librumque secundum,
Qui baculi litem diffinit, misit eique.

Hec ibi. Secundus a S. Auselmo Episcopus Lucensis

C fuit Gothifredus, cui tertius ab S. Anselmo successit memoratus Rangerius, qui anno mxcviii interfuit Concilio Romano. Ita quæ huc scriptis pœnula sive de vita et miruens S. Anselmi, sive de natura Investiturarum, aut perisse aut ulicubi cum pulvere ac situ, blattisq[ue] et tauris adhuc Inctari, opinatur Tengnagelius: qui dicto pormati Dominizonis præposuit uti repererat, Relationem de Thesauru Canusinæ Ecclesie Romam transmisso: cuius Relationis priorem partem hic damus ob celebrem S. Anselmi memoriam, et isti lugubrismodi:

6 Anno Domini mxxxii Comitissa Matildis cum Episcopo Anselmo, qui et Vicarius erat Papæ Gregorii vii in illis diebus in Longobardia, thesaurum Ecclesie Canusinæ postulavit Abbatii Gerardo, qui tunc præserat praefatæ Ecclesie, ad dirigendum FP pro defensione Romana Ecclesie, que illo tempore persecutionem grandem habebat a Guiberto h[ab]eresarcha. Itaque prænominatus Abbas una cum congregatione Fratrum, fidelem amorem et dilectionem habens in B. Petro et Romana Ecclesia, Vicario ejus ex Comitissæ petitione alacriter thesaurum obtulit, qui viginti et quatuor coronæ

erant... Tandem transmisso thesauro Rouam per Dassensum et voluntatem Papæ, qui chartam oblationis de omnibus prædiis prædictæ Comitissæ ab ea receperat; supra nominatus Vicarius, qui et hunc Episcopatum tunc jussione Papæ regebat, rogante Domina Comitissa pro aliquantula restauratione ablati thesauri, duas Capellas in Filma, et unam in Casula supposuit Ecclesie Canusinæ. Postea Episcopus Heribertus, Catholice Romanam diligens Ecclesiam, factum Episcopi Anselmi laudavit, et laudans firmavit, Ecclesiamque Canusinam consecravit. *De Canusio, aliis Canosa, infra in Vita agitur num. 13. distat a Regio Lepidi ix millibus passuum;* habet nunc proprium Comitem, qui alias diuinæ tenet in Dominio Matinensi. Ast Episcopatus, quem rexit S. Anselmus est dictæ urbis Regiensis, enijs Episcopus Heribertus, infra in *Actis* num. 33 Aribertus dictus, interfuit sepultura S. Anselmi; apud Ughellum Eubertus appellatur, et perperam statuitur fato functus anno 1081.

7 Inter transulpinos scriptores, qui S. Anselmi meminerunt, primus censeri potest Bertoldus Constantiensis, qui in Appendix ad Marianum Scotum usque ad annum mxxxvi deducta istu ad annum mxxxii profert: Beatus Anselmus, quondam Lucensis Episcopus, ipso eodem depositionis sue anno innumerabilibus caput miraculis coruscare: qui post obitum venerabilis Papæ Gregorii vii fideles S. Petri contra tyrannidem Herici adhuc in carne vivens, multum incitavit; sed multo plus post obitum suum miraculis coruscans, eosdem contra eumdem persistere confortavit: unde et Henrici de die in diem cœpit desicere; Catholicus autem in fidelitate S. Petri non cessaverunt proficere. *Proximus Bertoldio est Sigibertus Gemblacensis, qui ad euadum annum ista Chronico inseruit: Anselmus Lucensis Episcopus, Hildibrandi Papæ cooperator indefessus, apud Mantuanam exulans moritur, qui in Hieremiam et in Psalmos tractatus edidit, et doctrinam Hildebrandi libro luculentè confirmavit: cuius sanctitas miraculus declarata est.*

8 *His aliquanto junior Paulus Bernriedensis in Vita* dieti Hildebrandi sive Gregorii vii, quam anno mcccxxi scripti, ista habet: Ille introducendus videtur præcipius virtutum ejus sector et hæres. Beatus videbilet Anselmus Ecclesiæ Lucensis Antistes: qui ante Boniredensis, onnia id studi semper habuit, ut imitaretur eum in oninibus, aleo ut discrepare ab illo prorsus nollet in aliquo. Deinde quicquid in eo fuit, illius semper meritis attribuit Gregorius namque veluti fons erat; Anselmus quasi rivus duebat, et arida p irrigabat. Ille quasi caput totum corpus gubernabat: iste eum manus studiosa, quod injunctum superabat. Ille sicut sol illuminavit onnia; iste velut splendor declaravit singula. Olim Elias ex mortalium coabitatione transiturus, dimisit Helisæ pallium sumi, Propheticæ munieris instrumentum; similiter et Gregorius ex hac mortali vita migratorum transmisit Auselmo Pontificalis insigne potestatis, videlicet mitram capitis sui; hoc numerum Deo cooperante, ut sicut ille Propheticæ per pallium hereditavit prærogativam, ita et iste sacerdotalem per mitram obtineret eminentiam. Nempe eo usquam processit similitudo, ut sicut Helisæ per pallium Elia virtutum signa demonstraverat; ita et Anselmus per mitram Gregorii quadam magnalia exhibuerit. Nam, ut de pluribus unum magis divulgatum proferamus, reverendus Mantuanæ Praesul Ecclesie Ubaldus multis jam annis gravissime spleneticus et toto corpore ulceratus, presertim in cruribus, sic ut vix quoniam dolibet stare posset, vix etiam jacere vel sedere, qui et multa in medicos erogaverat, nihilque proficerat, apposita eadem mitra, ubi major ingue- rat

Tuimonia
de S. Anselmi
vancillate,

Dominizonis
poeta eozini,

alterius, de
thesuuro
Ecclesie
Canusinæ
Greg. vii
obla.o,

Arat dolor, pristinae redditus est sanitati. Libet ejusdem Anselmi de Psalmorum tractatibus paucas sententias excipere, et quam pium affectum erga sanctitatem Magistri sui Gregorii habuerit evidenter ostendere. Sic ergo loquitur in tractatu secundi Psalmi : Astiterunt Reges terrae et Principes convenerunt in unum adversus Dominum et adversus Christum ejus. Reges terrae, membra videlicet ejus qui regnat super omnes filios superbiae, non solum venerant, sed et astiterunt, et exercitu suo Romanam Ecclesiam obserderunt, et Principes Sacerdotum conspirantes convenerunt in unum contra S. Petrum et contra Vicarium ejus Gregorium, imo ipsum, qui dixit : Qui vos tangit, me tangit; qui vos spernit, me spernit. Crucifigunt iterum Filium Dei..... Quantu vero sanctitatis Tractator ille fuerit, partim ex lectione Sanctorum gestorum ejus animal-veritus, partim ex relatione religiosorum Fratrum, qui se de longinquo ad sepulcrum ejus per revelationem invitatis venisse, et a gravibus atque diutinis languoribus absque mora liberatos fuisse testati sunt, perpendimus.

9 *Dicitus Scriptoribus adjungendus Conradus Abbas Urspergensis, qui in Chronico ad annum MCCXXX ducto, de epistola S. Anselmi ad Hugibertum quia ad annum MLXXX et nonnullis era protatis, ista addit :* Haec scripsit Anselmus Episcopus, vir litteris apprime eruditus, ingenio acutissimus, facundia praecipens, et, quod omnibus maius est, in Dei timore et sancta conversatione nominatus, adeo ut tam in vita quam post mortem referatur miraculus clarus.

10 *Addi possent, qui Catalogos Scriptorum Ecclesiasticorum continxerunt, ante memoratus Siegbertus, Tritheimanus, Sixtus Senensis, Arnoldus Wion, Antonius Possevinus, Robertus Bettarminus, Philippus Labbe, Albertus Moreus :* Sed eua sua encomia editus auctoribus ut max referenda ita decerpserint, nolumus similia conglomare. *De precipuis scriptis agitur infra cap. 8 quibus alia addunt Possevinus et Wian, que Lector apud eos videre poterit, et accuratius iudiciorum ferretur, si a Mauuanis vnuis conquista simul typis ederentur.*

VITA

Auctore domestico Presbytero Pöhlentius B.

PROLOGUS.

Devotis quorundam precibus instanter coginor, ut vitam sanctissimi Patris nostri Lucensis Episcopi, Domini Anselmi, quam presentes vidimus, et a pariter eommorantibus fideliter accepimus, compendioso explicemus labore ; que tot certe ac tantis praeclaris solis virtutibus, ut minime nos ad injunctum tale negotium sufficiamus. Atqui dum venerabile desiderium illorum perpendimus, tametsi non sufficiens, utenique tamen, quod expetunt incipimus : quoniam fidibus emictis fidei prestat firmamentum et coram salutis; excommunicatis autem confusione, verecundiam, detrimentum et perniciem.

CAPUT I.

S. Anselmi doctrina Episcopatus Lucensis. Monachatus.

Apudit qualiter vixerit, tum quia plene non novimus, tum quia reticere in presentiaq; satius testimamus, prout meritum. Studiosum tamen junt in scholasticis etiam legendis libris fuisse, ipso sepius referente cognovimus; quod et rei evidenter probavit effectus, quia in arte Grammatica et Di-

lectica extitit peritus. Dum autem videretur jam D idoneus, nempe meritis, moribus ac scientia dignus ut in honorem sublimaretur Episcopatus, mittitur a Reverendissimo Papa a Alexandro ad b Regem, dato sibi comite religioso Episcopo c S. Ruffinæ nomine d Meginardo. Sed qui iam perfecte coepérat odiisse, ut sacri Ordines Ecclesiastici a secularibus darentur potestatibus, quacumque vel occasione vel ratione potuit absque dignitatis investitura discessit; quamquam ea intentione Dominus Papa illum direxerit. Nec mirum : qui enim operatus est postea per eum multa Deus, Catholice illum electioni reservavit. Rex autem quasi despctum se doluit et regalis Imperii tanquam magnum detrimentum deploravit.

3 *Defuncto itaque predicto Papa Alexandro, dum sanctissimus e Gregorius vii in Romanum Pontificem, Spiritus sancti instigatione ac voto communis Clericorum et laicorum, diu renitens esset electus; ut sequeretur eum iste in omnibus, in Lucanam Ecclesiam est et ipse electus Episcopus, atque ab illo postmodum religiose consecratus. Igitur, dum aliquanto tempore, non semel aut bis sed saepius, cum eodem religiosissimo Ordinatore suo moraretur, tam eum consideravit inestabiliter mirabilem ac mirabiliter ineffabilem. Quia, cum de omnibus et singulis finibus seculi fieret ad eum concursus, rite omnibus satisfecit : veritas vero et justitia numquam ori ejus defuit; imo, quod magis est mirandum, in ipsis secularibus negotiis sepius excessit mente, exhilarato spirito suo celesti contemplatione; qui, si privatus interdum exierit, revelationibus etiam divinis jundatus est et confortatus. Hujus, inquam, vestigia dum exequi serventer desiderat, incipit oblivisci inundum, ac totis viribus mentis et corporis, die ac nocte, suspirare in Deum, committens se non solum insidua lectioni, verum etiam continuo afflictioni. f* **E** *Et perscrutatis diversarum auctoritatum libris, incepit vitam suam perditissimam damnationis estimare, atque accepti ministerii dignitatem grave oneris perirenum, non honoris gaudium cogitare. Illud vero ante omnia metens, quod post Catholicam electionem de manu Regis annulum suscepit et Pastoralem baculum; irritum prorsus estimavit, quidquid operatus est, quasi auctoritate illius abominabilis investitur; sed et Dominus Papa id solum aliquando visitaverit in illo.*

4 *Dispositus ergo orationis causa Sanctorum aliqua visitare limna, et nescientibus, qui cum ipso erant parentibus ac fidelibus, fit subito monachus, regulæ S. Benedicti g subjectus. Qui non post multa; a Beatisimo Papa Gregorio invitatus revocatur : in cuius etiam manum quicquid a Rege acceperat reddit et refutat, omnisque datio regalis in illo evacuat : ipse vero in plenitudinem dignitatis h vix relicti sibi habitu monastico, restauratur : nam et illum subtrahere sibi dominus Papa minabatur. Quantæ igitur alacres religionis fuerit, nec lingua potest referre nec manus scribendo valeat exprimere. Monachi pariter et Canonicæ vitam et ordinem conabatur explorare : conabatur etiam modis omnibus, ut sit servus prudens et fidelis, ut in messe Domini non inventari otiosus, nec abscondat pecuniam Domini sui : verma ut possit revertenti Domino fiducialiter occurrere, dicens, Domine, ecce tua decem minus acquisivit.*

5 *Fit ergo verbi Dei prædicator egregius, instrutor religionis præcipiens, amat Clerum reverenter, docetque sapienter, cunctumque populum instruit decenter : utque breviter concludam, omnibus omnia factus est, ut omnes lucifaceret. Diocesim suam diligenter circum, vitam omnimum, præsertim Clericorum, dignoscere gliscit, et ut etiam Clericus sui nominis compos existat, paternè monet multumque desiderat*

et alii.

*Auctor a se
vita aut
testibus
fidelibus
probata
narrat e*

*T. Anselmu
præclare
eruditus,*

*a b
c
d
Episcopus
designatur ab
Alexandro vii.*

*b
consecratur
a Gregorio vii.*

*c
buius virtutes
involuta.*

*d
dolet ob
investituram
ad Imperato-
rem : e fuisse
protectum :*

*f
At monachus
B medicus
F*

*g
revocatur a
Papa :*

h

i

j

*egregius
eouisionator,*

*instruit omnes
maxime
Clericos,*

A desiderat. Sic enim eruditissimus Doctor Hieronymus vitam describens Clericorum, ait, quod a sorte Dei Clericus dicitur; scilicet ut abjecto mundi Imitus impedimento, nihil praeter Deum sortiatur. Primo igitur Canonicos Ecclesie majoris in civitate Lucana, quae est in honore sanctissimi Episcopi et Confessoris Martini dedicata, mitissime aggreditur, monet, blanditur et suadet, ut opere exerceant, quod nomine dicuntur. Canonicos enim quasi Regularis dicuntur: utque regulares agant vitam, studiis praedicant et precatur. Cumque diutius illis instaret, idemque frequenter instigaret, indignati tandem sunt, ac temere nimis responderunt. At ille, sicut Pater pius et mansuetus, benigne omnia suscepit, nec tantum vincit a malo non vult, sed in bono vincere malum studet. Promittit denique, tamquam alter factus religiosissimus Episcopus Augustinus, ut vitam cum illis peragat communem. Nihil praeferit illos proprium, verum omnia simul vult cum ipsis habere communia; vult effici pauper, ut divites illos faciat in Christo: omni omnino conamine tum spiritualiter tum seculiter nititur eos allicere.

a Hic est Alexander II Papa creatus anno 1061 circa Kalend. Octobris, ante Episcopum Licensis et Anselmum dictus. Qui cum Episcopatum voluit conferre S. Anselmo nepoti suo, ut supra diximus. b B. Henricus, ut nomine Imperator, al Regis Germanie IV, pater suo Henrico, cognomine Negro anno 1056 mortuo successit quinquevus. Hic perpetuo fere dissidio urntus est ab Romano Pontifice, quod Episcopos et Abbatibus partim pretium, partim pirata uictoritate constitueret: quam potestatem vulgo investitum appellabant. — c Sedes Episcopalis SS. Rufinie et Serunde, de quibus agendum 10 July, est urbs Subi Condide, qui dux anno 1120 u. Calixto II coniuncta est Episcopatu Portuensi sue S. Hippolyti. — d Meginardus seu Maynardus, ex monacho Cassiensi Episcopus et Cardinalis ab Alexandro II erratus est, atque bibliotheca Vaticana communica. Consulte Leonem Ostensem lib. 3. hist. Casin. cap. 9 et 10. t. hellum, Ciaconium otiose. — e Decimo Kalend. Maii anno 1073, post sepulturem Alexander electus est Gregorius VII, oultre Hildebrandus dictus; qui Kalend. Septemb. scripsit epistolam ad S. Anselmum Licensium Episcopum, de investitura. — f Hac infra expletum num. 21, quoniam priore in Apographe Barens hic jugebantur, ut videtur est ad un. 1073 num. 60. — g Apud Baronum unum, 61 adiungitur, et Clemensum consuefudunt. Desinet ita etiam in codice Wiberti — h ibidem mutato tantum habitu restauratur, utrumque conjuncti Florentius pag. 165.

CAPUT II.

Auxilia Mathildae Marchionissae praestita.
Calumniae et dejectio ab Episcopatu.

I invitat tandem sui studii adjutricem a Marchionisam D. Mathildam, moribus ac generen dulcissimam, qua spiritualis et religiosissima in occulto, secularem, ut verius dicam, militare uagebat vitam in manifesto: sic tamen spirituale habebat ac secularem, ut et illam in Christo et istam faceret pro Christo. Quo vero secularis, haec majoris illi fuit augustiae ac laboris; sed et multo pluris, spero, retributionis: illa etenim voluntatis fuit propria, ista quidem obedientiae. Si quid ergo habebat ipsa ingenuit, si quid sapientiae vel consilii; id effulit hoc in negotio lulariter. Igitur predictos alloquitur Canonicos, tum communiter tum singulariter: incitat, instigat eos, confortat atque spondet Ecclesia: angustum et honorem; ipsis quoque comodum tam in futuro quam in praesentiarum. Promittit etiam parentibus ipsorum divitias et honores; quatenus vel sic attrahere possit voluntates illorum. At illi seculo nequam execrati, respouit omnia: eligunt magis aquam angustiae in damnationem, quam vimur letitiae in salvationem. Optant pauperes potius esse diaboli, quam divites Christi.

7 Predictus autem Presul et Pastor diligentissimus, nolens oves sibi commissas perire; tum misericordia tua blandimentis eos aggreditur. Cui domi resisterent illi, et quantum potuerunt contradiccerent; jam tunc, credo, nimium sed inunter fatigatus cessasset; nisi quid Beatus Papa Leo IX, sub decreto canonizatio statuerat, ut ejusdem Ecclesie Canonici

vitam agerent communem et viverent regulariter: cuius decreti quotiens vidit aut recordatus est praecutum, expavit nec tacere ausus fuit. b Accedit igitur, ut eamdeum ad civitatem sanctissimus Papa Gregorius VII veniret; perlatusque est ad ipsum idem illud negotium: qui mox incipit paterno illos primum effectu admovere, ac dicere: quoniam Romani Pontificis decreta praeferire non licet. Rogat eos et suadet benigne, quatenus saluberrimis obedient decretis, et Reverendissimi Patris exequantur voluntatem: nec semel aut bis, sed saepe ac multum, aliquando cum eodem sancto Episcopo, iterum sine ipso alloquitur illos, tum dure tum blande, proferebus eis Scripturas sanctas et anctoritates authenticas. Illi veru, etsi humiliter se beata quandoque monita fixerunt audire, omnia tamen absentes depravantur.

8 Vocantur denique ad Sedem Apostolicam, ibique conspiratores in proprium Episcopum et insidatores detecti sunt. Prolatis ergo Canonibus et lecto Capitulo sancti Martyris et Episcopi Fabiani, qui conspiratores et insidatores svorum Episcoporum Curiae tradendos instituit; iudicio totius sanctae Synodi etiam ipsi Curiae traduntur. Tunc fidelis et prudens Marchionissa Mathilda, servos illos appellans, in servitatem Curiae vocavit eos: quam ob caussam tristes, pruter quam credi potest, etiam adversus ipsam quotquot potuerunt conspirare fecerunt. Convenierunt ergo quam plures iterum Episcopi apud S. Genesium, quod castrum a civitate Lucana non multum distat, inter quos reverendissimus Albanensis Episcopus, nomine Petrus Igneus c vice D. Papae agebat: qui cum eodem Lucensi Episcopo S. Anselmo et cum reliquis omnibus conspiratores illos excommunicavit: unde insolabiliter illi dolentes et indignati, totum civitatem militioso commoverunt, et freti auxilio perditissimi hominis, quondam dicti Regis Henrici, religiosissimum Episcopum a civitate repulerunt: sed et predictae Domine rebelles penitus facti sunt. Hujus utique conspirationis praefata capit et princeps fuit quidam, nomine Petrus, falsa professione Canonicus, Ordine damnationis sue Subdiaconus, mente superbus, incontinentis moribus, verbis procax, corpore incompositus, vir sanguinem et fomes omnium spursitum: qui propter immensitatem malitiae sue factus est subito contumax praecox Henriciana: tyrannidis, et post aliqua fit etiam familiaris Curiae iniuritatis: quam justa quidem interpretatione a errore dieo Cnriam, vel potius universae turpitudinis sentiam.

9 Hic denique post tempora non plurima, veniente in d Tusciam Henrico eius Haeresiarcha Wiberto, de quo latius postmodum tractabimus, quoniam instanti uidebatur oportunus insanus, eo quod nec in Deum timorem nec reverentiam haebat in hominem imponit Episcopus erroris, ejusdem Lucane civitatis: qui adjunctis sibi totius terrae nequissimis, videlicet perjuris, latronibus, fornicariis et adulteris terram Ecclesie invadit, castella et homines vi aut fraude vel pretio sibi asciscit. Unum solummodo castrum venerabiliter remansit Episcopo, quod etiam tyrannus ille, eo quod civitati erat proximum, quasi quotidie incurrens, devastavit praedia incendiis atque homicidiis. Ille autem manusuestissimus omnium; omnia gaudens sustinuit, panpertalem pro Christo optavit; qui etduobus Capellani contentus ac paucis servientibus, cum reverendissima quam prediximus Matrona, humilis permanit. Atqui, ut universae maleditionis tunica adversarius ille indueret, denum ab haeresiarcha Wiberto, non deo consecratur, sed execratur, quatenus similis simili in omnibus imitaretur. Nam sicut ille Romanum invadens Ecclesiam communaculavit, superte adhuc sanctissimo

D
aucto
re co
eo do
mestic
o b
adjutoria
Gregorio
Papa ius
presente,

rebelliis in
Conclio
damnato,

c
el Petro
pseudo
Episcopo
constituto,

F
defectura
Sede

in castro
privatu
degū;

epist. 2. ad
Repolanum.
et Canonicos:

vitam cum
starecommu
nem agere
oddeti.

Alexander
Papa

Bernicus 3
Imper.

Episcopulus
SS. Rufinus
et Secundus
Meginardus
Cardini.

Gregorius 7
Papa.

a
Accepit
adjuvare
Mathildam
Marchio
nissam:

moulat
Gerecum
Leonis IX

ACTUS FORTIS
DOMESTICO

A simo Papa Gregorio vii; ita iste Lucanam, vivente religiosissimo suo Episcopo. Itaque, ut beatissimi Martyris Cypriani veribus intar; nullus vel iste, vel ille: quia nec successor, nec antecessor cuiusquam aut ille, aut iste: ambo paroccidae, ambo sceleratissimi violatores suae matris Ecclesiae.

10 Dum ergo expulsus ille cum Maria securus desideraret sedere, facti sunt Episcopi et Principes pene omnes, non solum diec inobedientes, verum omnino rebellis sancte Selli Romane; et inventa est sola atque unica Dux et Marchionissa Mathilda in fide permanens, zelum Dei habens, Domino Papae Gregorio obediens. Quia, ut sanctissimam ejus vitam et religionis cognovit ardore totam se sue tradidit dispositioni, sperans ab oneribus mundi huius tali inobedientia explicari; cui e contrario in remissionem datur, ut quasi altera Delbora, populum judicet, militiam peragat, haereticis ac schismatis resistat. Atque ne tamquam sola deficiat, custodiens commendatur prescripto Lucensi Episcopo S. Anselmo; commendatur, inquam, omni diligentia et affectu caritatis, commendatur a beatissimo Magistro fidelissimo discipulo, sicut in cruce Christus matrem Virginem Virgini discipulo commendavit, Mater, in-

Joan. 19

B quiens, ecce filius tuus: ad discipulum autem, Ecce mater tua. Ita ergo, dum interque mundi voragine evadere, et contemplationi vacare conatur, majoribus mundi negotiis implicatur. e Sanctissimus igitur talis ille discipulus dum eis ludic illius et studet satageret, et omni studio sanctitatis magis ac magis de die in diem exardescere: possimus certissime de illo affirmare, quod replevit eum Dominus spiritu sapientiae et intellectus: et erat magni consilii Angelus. Nam cum multa haberet secularia iudicia, super scripta f d. Mathilda, devota D. Petri ancilla: ipse suis eam consulitata peccare fecit mania, ut et Evangelica precepta et Canonum instituta legumque jura servaret; quid in humanis mentibus et ingenii raro vel numquam invenitur. Verum ipse suo a Magistro Beatisimo Papa Gregorio sic dislicerat; Spiritus vero sanctus utrumque repleverat.

C Mathilda Marchionissa, alia magna Comitissa, filia erat Bonifacii Marchionis Tusciae et Lombardie. Hunc tradidit Alexander Papa Clericium sibi familiarem, qui illam in devotione Ecclesie conservaret. Iudeo nomen erat Anselmus, qui usque ad mortem dominum ejus gubernavit, et ipsam in agenda direxit, qui postea fuit laureatus Episcopus, alia ea refect. *Floridanus Lucensis ad an. 1046.* In anno 1077 ascerit *Floridanus pag. 181* — e Petro, igneus cognovimus, ut legitor insertum apud Aquitanum, in dictum, quod ignem illas transiret monachus Volta Umbroto sub sancto Joanne baptista, ut videtur *Vitam 12 Julli dictum Cardinalis erratum* et Episcopum *Albigerum* multas legitimes obtulerit, sancte mortuus 8 Januarii anno 1047. *Ceterum concursum cum Petro Episcopi anno 1080 dicuntur apud Floridanum pag. 199* — In anno 1081, quando xxi. had. Augusti datum privilegium Luce, ubi Henricus tota presente. *Ina Floridanus pag. 206* — e Bertr. *Sanctissimus Haec Dominus noster et pater Anselmus custodire etc.* Et item, Domina Mathilda, ualea illi. Petri filio.

CAPUT III.

*Excommunicatio Henrici vi Imperatoris,
Legatio S. Anselmi ad eum impeditu.*

D **T**unc ergo inrecessibili jam modo Romanus orbis in se ipsam frenuit et insinuavit: nam Henricus, filius Imperatoris Henrici Tertii, magnas in omnes Catholicos inimicitias exercebat: qui dum ab ipsa infantia, defuncto iam Patre, suscepisset regni gubernacula, impluimus est quod per Salomonem dictum est: *Vix terra cuius Rex puer est.* Nam proribus se consultis committens, omnium genera spuriarum eductus, enclam inox religione, et iura omnia confundere non erubuit, ac sue libidinibus in omnibus turpitudinibus instudavit. Ille siquidem in tempore non quisquam Episcopus aut Abbas sive Praepositus esse potuit, nisi qui majorem pecuniam habuit vel ipsius spuriarum compos exitit et fautor assensit. De nullius certo vita vel conversatione agebatur bona;

imo abominabilis religio omnis et veritas atque justitia habebatur. Ille Sacerdos laudabilius, cuius vestis complicit, enjus mensa copiosior, enjus concubina splendor: nec miles dicebatur gloriatus, nisi ter fuerit aut quater perjurus. Quod dum Beatissimus Papa Gregorius dolens ac tristis consideraret, cupiens sanctam Ecclesianu usum Ecclesiastico et legibus restituere Canonicis, misit ad eum frequenter benignas legationes, tum paterne admonentum asperius etiam redarguebat. Atqui dum hec quoque modo minime se percepit proficere, tandem directe eum matrem ipsius religiosissimam Imperatricem a Agnetem; et cum ea reverentissimos duos Episcopos, b Prenestinum et c Cumam, quibus utique prasentibus; audito diligenter eorum consilio, pœnitentiam simulavit, obedientiam devovit, emendationem de omnibus promisit.

E 12 Redeuntibus autem illis, in seipsum est ille reversus, deterior quam olim effectus: nam inaudita deinde audacia et admirabilis superbia, sui facinoris compotes, nec dicendos d Episcopos collegit in civitate Wormatiam, habituco conciliabulo proscripti serunt prima Sedis Episcopum, quid a seculis non est auditum. Fecit deinceps legationem in Italiam, eamdem affirmans præsumptionem per schismaticos sibi complices Episcopos. Hujus legationis latus fuit quidam e Eberhardus nomine, Teutonicus natione, filius seculi, hamus diaboli, inventor omnis fere mendacij. Hic circuivit et perambulavit terram, ut schismatica omnes inficeret contagione. Multos certe qui propter interdictum Domini Papæ divino ab officio cessaverant, ipse interdictus et vinculo perditio- nis ligatus, inaudita temeritate ac superbia reconciliavit: et ex parte Domini sui Regis, ut Officium more priori celebrarent, indixit. Cum igitur dissimulare amplius tanti facinoris malitiam non posset Apo- stolicus excommunicavit tam ipsum quem omnes ipsius factores, atque omnem sibi regiam dignitatem inter- dixit, et obligatos sibi Sacramentis ab omni debito fidelitatis absolvit: quia quod verecumdam etiam est dicere, praeter haereticam quam prælibavimus cul- pam, aderant in sancto Concilio nuntii illius sic au- dentes latrare: *Præcipit Dominus noster Rex, ut Sedem Apostolicam et Papatum, utpote suum, dimittas, ne locum hunc sanctum ultra impendas. Pro nefasti et o execrabilem infelicissimi hominis temeritatem!* En ecce sum esse dicit, quod soli Apostolorum Principi Petro Christus Dominus commisit: nec subito quidem commisit, verum tertio antequam committeret interrogavit: Simon, inquiens, amas me? Non tamquam ipse ignoraret, sed ut futuris temporibus providentiam præsignaret: ne cito et precipitanter cuilibet cura committeretur anima- rum. Illi ergo post tertiam tandem sui amoris certam sponsonem: *Pasc, impius, oves meas: non Regem, non Imperatorem, aut aliquam Christianæ professionis conditionem exceptit, praeter eum qui sum se oves abnegaverit.* Igitur, quem sui solius iudicet Dominus reservavit, hic non sedum judicare, verum etiam sum dicere, et quantum in ipso est, audet damnare: quoniam ob causam omnis illa sancta Synodus iure indignata, anathema illi conelamat atque confirmat.

F 13 Igitur non post multa idem Reverendissimus Papa, per quem restaurari cooperunt omnia Iura ca- nonica, usque ad ipsum prorsus pene abolita, roga- tur a quam g pluribus regni Principibus, presentem a Comitissa Mathilda confortatus, que tunc maxi- mam partem regebat Italiae, quatenus in partes Teutonicas ob communia Matris Ecclesiae necessi- tatem descendere dignacetur. Illi etenim propter insolentiam suam et anathema Henricum Regem et Dominum abrogaverunt: qui etiam pariter conve- nientes

monet
Gregorius
Papa per
Legatos,Imperatricem
matrem, et
Episcopos:
b
bearrogantem
sibi auctorita-
tem supra
Popula:

E

excommunicati-

f

et regiam
dignitatem
interdictig
abutitur in
Germaniam.Mathilda
a Papa
comitendat
obseruat:

e

præclare
instaurat:

Mathilda

Petrus
Ignatius.Henricus
IV. top.perturbatoreum
Exeterum• inde indul-
gente studuit

Anientes coegerunt eum, ut repudiatis consiliariis initiatatis, privatim ipse quodam in *h* castello maneret, ne multos leproi sui anathematis contaminaret, Decreverant enim apud se, ut acerito humiliiter sancto Papa Gregorio i*n* civitatem Augustam, etiam ipsum in commune totius regni concilium ante Judicem universae Christianitatis adorarent: desiderantes, ut auctoritate Apostolica, aut emendatum euendum et absolutum recuperarent; aut ipso juste reprobato, alium in Christo eligenter. At ille, accusante se conscientia sua, sanctum conventum non expectavit sed venit obviam Domino Papae in oppido *k* Canusio, humiliatus usque ad pedes eius; et facta securitate Domno Papae per sacramenta, prout ipse dignatus est praecepere, presentibus Episcopis et Abbatibus atque Comitisca Mathilda et Adeletia aliisque pluribus, tertia denum die est absolutus; verumtamen in regnum non est restitutus.

14 Itaque ad priora iterum regreditur consilia, ad excommunicatorum perversa conventicula; et quod *n* jurejurando promiserat brevi tempore observabat. Nam infra quindecim, ut opinor, dies, cum beatus Episcopus Anselmus legationem Domini Papae una cum religiosissimo Ostiensi Episcopo *n* Hierardo Mediolanum deferret, impediti sunt auxiliis illius, et captus est Ostien is Episcopus; Sanctum vero Anselmum nequaquam ausi sunt tangere, quoniam indigena fuit, et nobilis prosapia. Ipse autem ultra se capiendum ingerebat ibens, quod a socio Legationis non discederet: aut illum, inquiens, dimittent, aut se captum cum ipso tenerent. At illis hoc non ptesumentibus, tristis abscessit, volens, si posset, pro fratre suam ipsius animam ponere. Haec est enim perfectio caritatis, haec summa dilectionis, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Solent alii tanta in necessitate simulare multa ac dissimilare, mentiri quidam et perjurare plurimi: hic autem nec uno verbo simulationis quidquam simulare volunt: quod bene quidem potuit, sicut ab ipsis qui capti sunt postmodum audivimus. His utique ne similibus multis, irrita facia sunt dicti olim Regis Henrici sacramenta.

a *Ipse Gregorius lib. 2 ep. 30 scribit ad Henricum Imp. ista filie quoniam nostra, fidelissime vestra, Beatrix Comissa, et illa ejus Mathildis non ducere nos laetificare, scriptibus iubis de amicitia et sincera dilectione vestra: quod libentissime decipimus, quoniam remissio sed et presuasus dilectissime matris vestre Auguste ad hoc induit sumus, in has vobis litteros scriberemus. — b* *Ebertus Cardinalis Prævestitus creatus ab Albrecht II. sajous legatione factus est ad Imperatorem, subinde cum Gerardo Episcopo Cardinale Ostiensi, jam cum Consilio Consule Ciconiensi, Cypriano, et aliis. — c* *Raschatus de Prez Episcopus Comensis, cui interuenit Agnetis Imperatricis Henrici filius concessit Abbatiam Bremerensem vita funera est anno 1082. — d* *Anno 1076 Dominica Septuagesima, prout in Schafauurgensi referuntur. — e* *Eberhardus Comes, iam priuilegi excommunicatus. Ita Schafauurgensis. — f* *Schafauburgensis ex parte Archiep. Moguntinum signiferum, Episcopus Wittelbani Tragevensis et Robertus Babenbergensis, ex his Wittelbani in desperatione mori perire, et atos complicitate interisse narrat ex Chronico Maydeburgensis Longius in Chronicis Civilibus. — g* *Eos numerat Schafauburgensis quibus accesserat, Archiep. Moguntinus. — h* *Fest. arts. Spir. — i* *U* *n festo Purificationis S. Mariae natu sequentis 1077 Augustum reuertit. — k* *Canusium, alias Cannas, in Regione Ducatu, ut supra dictum. — l* *Gregorius Papa in epistola ad Principes et Episcopos Germanie post absolutionem hanc scriptu, Adelmannum Comitissam appellat. — m* *vii, aut ut ali, v Kalend. Februario anno 1077. — n* *U* *n* *hoc* *principium* *infra* *repetitum, uti in ita Matildis per Damnonem lib. 2 cap. 1, in Regesto Gregori vi lib. 4 post epist. 12, et apud Bernriedensem in Vita ipsius Gregorii: ut mirum sit u Calvinius hereticus obirego. — o* *Gerardus, Ratispona in Germania natus, factus Ostiensis Episcopus anno 1072, liberatus post durum carcere, mortuus est Romae hoc anno 1077, 6 Decemb.*

CAPUT IV. Illustria S. Anselmi facinora in schismate Wiberti Antipape.

Elegitur interim in partibus Teutonicis a Dux Rodolphus in Regem ad defendantiam Catholicae Ecclesie unitatem: propter quod magis magisque indigna-

tus Henricus, sproto consilio et auxilio Domini Papæ, in omnes Catholicos debacchatur inique. *b* Mortuo autem in fide Catholica Rege Rodolpho, andet ille, quod præcatissimi olim Imperatores, sive illi haeretici aut Apo-state vel etiam Pagani essent, numquam præsumperunt; andet, inquit, convocatis aliquot haereticis Episcopis, vivente Papa Gregorio, cui obediens factus est etiam jurejurando, nullo habito e universali Concilio, absque judicio; andet certe in Papam eligere Wibertum, Ravennatum quandam Episcopum, tunc autem multis iam annis excommunicatum; cuius superius aliquam, sed breviter, commemorationem fecimus. Sed quis ad hæc tam idoneus, quam hic qui ab ipsis cumulus spiritu superbie repletus, nihil meditabatur praeter elationem et superbiam? Hic namque, nobis cernentibus, omnem obedientiam et subjectionem Domino nostro Papæ Gregorio exhibuit; sed et ipse cum honore illum ac dilectione in sacro Lateranensi Palatio re-epit hospitium, et proximum illum a dextris suis in sancto habitu Concilio, et premium in omnibus quibus digne oportuit, sperans verum esse, quod perditissimum simillavit. Ille autem non post multa per superbiam incidit in im-batientiam, factus pariter perjurans, sed et parricida tandem iniquus: quia Patrem sanctum ad mortem usque est persecutus. Tamen, impram, tam justum, tam sanctum, cum suis fautoribus in Papam elevat Henricus. Roma non queritur, nec Romanus aut Clerus aut populus. Unusquidem ait Hugo Candidus nomine, nigerrimus mente, Cardinalis olim, sed dulcum jam pro suis sceleribus juste excommunicatus et abjectus: hic damnatus dannatum, perjuratus perjurum, parricida laudat parricidam. In loco siquidem horrido et asperissimo, in mediis nivalibus Alpibus, ubi famæ assidue et frigus pene semper continuum, locus ipse vicus est pro clemente, qui e Brixianerum vocatur, altissimis circumdatu scopolis, ubi etiam vix nomen oblinetur Christianitatis: hic principalis Ecclesie privilegia hic summi Sacerdotis Jura; hic sanctorum Patrum instituta; hic omnia evanquuntur Canonica decreta. Nimirum, si qui rogarent, ut alium eolis imponeret Denun, quantum in ipso erat, astime, faceret atque confirmaret: nam nec omnino novum est auenpium quod agit: a pueritia quippe sua sic docuit.

16 Enimvero dum venerabilis Papa Alexander canonice fuisset olim electus, ipse f Cadabonum Parmentensem Episcopum in Teutonicis partibus summi Papam elegit, Romanumque direxit; qui diuturnam discordiam bellaque multa commisit. Hic nefaria præsumptioni mater ipsis Agnes Imperatrix interfuit, que sancti Spiritus illustratione compuncta, apud ipsum Papam Alexandrum confessionem postmodum fecit, poenitentiam accepit. Uni id præ ceteris injunctum est, quatenus Romæ morarebatur, ibique saneto Petro vigiliis, orationibus, jejuniis satisficeret, ac prodesset Ecclesie consilio et canillis, prout valeret. Ille autem in sua permanens detestabilis pertinacia, Wittelbani adorans demonium, almoniorum rursum ab Apostolico affectu paterno, missis ad eum Episcopis q Albanensi et h Padmano. Atque domum non emenulator, rursum periculosisse excommunicatur.

17 Ille ergo, quasi novo tyranidis auctor, tunc incepit universarum Ecclesiarum tam prædia quam omnes pene thesauros earum militibus dispergit; quos et omnes partibus agglutinat præter aliquid paucos, quos reservavit sibi Dominus, ut non curvarent genua coram Baal. Collecto igitur exercitu Romanum tendit, atque primo mox ingressu omnem furor utrum in supradictam Dominam Matildam convertit: villas incendit, castella diruit: quo tamen divina se protegente misericordiam non nimium detinatur.

D
*Auct. coeve
domestic.*
*Adulpho
Imperatore
motu,*
b
*Wibertus
Antipapa
electus;*
cir superbus,

*perjurus
parricida*

*omnijs
clemente,*

f
*ut ante
factum Cadabon
Antipapa
assumpto;*

g h

*occurentem
Imperatorem
supplicem
absolu-*
k

*ab hoc relato
legato
S. Anselmi
imprimatur.*

*Ubertus
Cardin.*

*Ruadulus
Ep. Comen.*

*Ecclesi
excommuni-
canti*

Gaetana

Adeltrig

*Gerardus
Ep. Githen*

ACTORE
COEVO
DOMESTICO,
ad hildem
Comitiam
in persecutione
ista
consolatur et
fuscat
S. Anselmus.

A menti sustinuit. Tunc, inquam, hominis ingenium et sapientiam, nuptae sancti Episcopi Anselmi luctuare posses. Nam etsinavis fortis et bene composita est, nautaque prudentes; facile tamen periclitatur, nisi sapientia et validus fuerit gubernator. Illa propietate matris sollicitabatur, ille gubernandi artem meditabatur; illa potestatem exercebat, ille regebat; illa praeciput, et ille dedit consilium. Excellebat tamen illi in omnibus, quia obedierunt sanctitatis suae tam ipsa quam sui omnes; plus tamen ipsa. Nec minorum: adeo enim singulis per singulis provide ac sapienter consiliatus est; ut et dicto quoniam Regi conuenisse majoribus ac minoribus, pene totius Italiae sola dominus illa resisteret, injuriam Dei suamque viudicaret, honorem [seculi] obtineret, et gratiam Dei non amitteret. Nimirum suis id meritis imperatum est, ut laudabilis illi, et gloria per extensam terras praedicaretur. Quid ni? illa enim nobiliter et magnifice, insolito mulierum more, plus dico quam virilitergebat, nullum fere periculum metuebat. Quisnam potenter inquam suum, ut illa, deduxit exercitum? Recesserunt tamen ab illa plurimi suorum, et abiuerunt retrosum. Separati sunt, inquam, a nobis, quia non erant ex nobis: nam et Angeli quondam de caelo deciderunt, alii sic corroboratis, ut cadere amphus non valerent. Corroborati sunt et hi, qui permanserunt, tamen ex dilectione Pastoris sapientiae, tamen ex benevolentia et hilaritate tam desiderabilis matrone. Nam egregius ille Pastor et Doctor die nocturne afflit illis spiritualibus doctrinis et admonitionibus; illud maxime inter cetera replicans, ut ab excommunicatis se observarent: quoniam, si quis cum excommunicatis participasset, nisi accepta penitentia primum absolveretur, nullam cum reliquis communionem habere potuit. Perfecto utique odio erat excommunicatus; unde et sollicitos multos sua doctrina reddidit, plurimos a tyranno tanta prohibuit, quosdam etiam penitus convertit, ipsi denique quoniam dicto Regi communiorum dictavit; et heresiarcham ipsum, sancte Sedis i Romane invasorem & Wibertum scriptis salutibus communio.

B otios corrob.
rot,

aut convertit.

Imperatorem
et Antipapam
litteris monet.

i A

Contrarebelles
thravorum
urbis.

L

G Robertus
Dux Apulia,
enunciatus eam
liberat:

m

Gregorius
Papa invenitur
intra urbis
clausus

contra rebelles
gloriosos

E

F

G

H

I

J

K

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

U

V

W

X

Y

Z

sunt et nostri siquidem pauci: quoniam una vix die D praesiti facti sunt. Verumtamen nimis confortati sunt: quia Dominus noster S. Anselmus Episcopus suam eis benedictionem per nostram direxit parvitatem: hoc in mandatis praecipue commendans nobis, ut si qui cum excommunicatis communicassent, primus illus alios deremur, et tunc pariter omnes auctoritate Apostolica et sua benedicemus: instruente eos, quo pacto quae intentione deberent pugnare; sieque in remissionem omnium peccatorum eorum instanti belli committeremus perieulum. Facto itaque congressu citissime dora hostes dederunt, et captus est mons n. Parmensis Episcopus et nobiles multi, minores vero absque numero: sed et mortuorum non est inventus numerus. De nostris autem tres mortui sunt, et vulnerata pauci. Qui in re gloriam Dei, et virtutem benedictionis Reverendissimi Præsulii fideles omnes agnoscere potestis. Ab hinc enim confusa sunt haereticorum conciliabola, et declinata est nimis clata eorum insolentia: gavisi autem et confortati sunt omnes Catholicæ, præsentim dominus illa, quam sanctus Pater noster Anselmus Episcopus inexsuperatam postea custodivit, ac in fide Catholicæ permanentem reservavit.

a Iuxta Sacrorum, inchoato Gregorio Papa, sed ab eo anno 1080 in E Synodo Romana confirmatur, et corona regali donatur. In Ralphus Liger, prolo anno 1080 libris Octobus accessu dicitur a Mariano Scoto — e Habitū convenerunt 30 Episcoporum, credulus est Antipapa vir Kuf. Iuli, Ierici 5 Iud. 3, utrū upud Urspergensem legitur, ergo Rodulphus uerdum mortuo, si erat Mariano Scoto fidendum. d Hugo Pandinus, Tridentinus Cardinalis creatus a S. Gregorio IX anno 1053 deputatus, et Briveniarius, alias Brixianus, seu Brixianus in Alpibus Novicis inter Teutonum et Hibernum, quo ex ubo Sabinius translatus est Episcopatus. — f Pseudopapa Cadalus usumpto nomine Honorii II, constitutus est 18 Octob. anno 1081, de quo plura dictum 23 Februario ad Vitam B. Petri Damiani, cuius industria schismatis illud potissimum restinxerat, et Petrus Igneus superius indicatus. — h Udalricus Hermannus Episcopus Putinius, qui translati corpus S. Donatii Martiriis, utrū duximus 3 Januarii, pag. 160. Hujus legationis uermult Bertholdus in Appen, ad Hermannum Contractum, sed ab anno prececedente refut. — i Mervulfus episcopus apud Gubrium Urspergensem ad an. 1081 et nonnulla ex ea refut. — k anno 1081 mortuus est Henricus Lux membris Junio et Iulio, postmodum ad debellandam Papam exercitum durat, et anno 1082 expugnat urbibus et castella, que partes Pontificis sequeruntur, Romanum Lentunum, quae ambii basiliacum S. Petri, ubi dicit: quia anno 1083 caputa, Romam classi Consule Flueritum pag. 205 et seqq. Chronica Segreberti Lupi Protoplasta, Urspergensem et aliorum. — l anno 1084, inquit Bertholdus, Papa in castellum S. Angeli se recepit, omnisque Tybertias pontes et firmiores munitiores in sua obicit potestate. — m Robertus Guiscardius, post Calendas Maii Romanum armata manu invaserat, et plurima castella et civitates Domini papæ recuperaverat, Bertholdus. — n Indicatur a Bertholdo Episcopus Parmensis, (Inuicuum lib. 2 cap. 3 Eberardus dictus) sex Capitanei, milites lete centum.

CAPUT V. F
Episcopalis per Longobardiam inspectio per S. Anselmum. Ejus virtutes et ratio vivendi.

E factus est ille unius olim civitatis Episcopus, incolenter quidem expulsus, multarum civitatum Praesul magnitudo: nam a potestate ei et vicem suam Dominus Papa commisit per omnem Longobardiam, ubi Catholicæ non haberentur Episcopi, qui tunc inveniebantur certe rarissimi. Concurrent itaque ad ipsum ab omnibus partibus Longobardiarum, quotquot zelum habent fidei Catholicæ. Ibi benedictionem Catholicæ, absolutionem excommunicati, sed conversi, accipiunt: ibi Chrisma, ibi saecros Ordines exquirunt; illuc desolati solitum, inconsulti consilium, consulti gaudium inveniunt: apud ipsum quidquid usquam dubium est, sapienter diffinitor: ejusdem semper gravitas et reverentia reperitur, nec pretio aut precibus corruptitur. Multi ergo ad illum, modo nobiles modo ignobiles, pauperes venerant ac divites, qui, dum a predicta Comissa uellent aliquid aut acipi rere aut acquisitum securius obtinere, munera sibi interdum grandia, interdum promiserunt alii majora; quibus ille, quoniam pauper ipse atque egenus sui essent omnes, iratus respondit, dona respuit, adiutorium

mea vicores
in præsio
actor.

n

In Ralphus
Liger,

Wibertus
Antipapa

Brixiana

Cadalus

Antipapa
Udalricus

Ep. Pavianus

Iheri contra
Gubrium.

Roma osseva

liberalia

Eberardus

Ep. Parmen.

on nec ad se
confugimus
futur.

A adiutoriorum contradixit; quod si gratis postulassent, certius certe impetrassent. Ait enim; si est iustum, quod expetunt, ero particeps immo auctor eorum iustum: sin autem iustum est, reus ero si justitiam vindidero. Quod si mente aliqui perversa divinitus forsitan execrari aut avaritia seculi perniciose impliati, Catholicae et Apostolicæ restiterunt sententiae, interdum secum ratiocinari cuperunt; subito satis obmutnerunt: quia sapientia illius resistere non potuerunt, inno eloquentiam hominis tantam tanquam rationalabilem mirati sunt: omnem enim sacram Scripturam sere memoriter novit; quid singuli, quid omnes de quavis causa sancti expositores sentirent, mox, ut interrogares responderet. Multa sibi sacris ex Scripturis divinitus exposita cognovimus, quorum aliqua ab ipso babemus scripta, aliqua refinemus in memoria: multos libellos propriis manibus conscripsit: b Apologeticum unum ex diversis Sanctorum Patrum voluminibus compilavit, quibus Domini Papie sententiam et universa ejus facta atque præcepta Canonicis defenderet rationibus et approbatum Orthodoxyi doctrinitibus. In lamentationes Hieremie dilucidissimani fecit expositionem: c Psalterium quoque rogatu benedictissimæ Dei ancillæ Mathilde exposuit luculentissime, breviter qualem, sed utiliter, usque illum in locum, ubi ait: *Benedicimus robus in nomen Domini*. Ibi siquidem vitam et expositionem finivit, nobisque omnibus alter Patriarcha Jacob benedixit; enjus, ut omnibus notum est, universam in Italiani benedictio descendit. In ipsum etenim et per ipsum haeretici ac schismatiæ alii convertuntur, alii confunduntur: quorum mox dentes confringuntur ipsorum, dum ipsius Domini verbis spondetur eis; caeci vident, claudi ambulant, surdi audiunt, muti loquuntur.

Dicitur co-evo
domestico.
Ieremias
In rebus
Ecclesiastis:
Betiam in
libere,
cnobis in
nihil domes-
ticas pie
i instruit:
Freligiosos
veneratur;
GF
Cordina-
tectionem.
Eccles. atti-
cam,
Het cantum:

21 De abstinentia vero illius quid dicam? Omnes fere cibos habuit tamquam exosos, etiam delicatissimos quæ prædicta ipsius in Christo filia sœpe sibi exquisivit, non dico, non manducavit, sed vix gustavit. Cuncta seculi blandimenta et corporis delicias, quibus gaudent homines, ipse sibi convertit in tormentum, abominando singula, tamquam quelibet venena. Cibos quoque appositos, dum a circunscenditibus interdum sumere cogeretur, infirmitatem aut votum vel quamlibet occasionem honeste finxit; ut et desideratam observaret castimoniam, et convivantibus non inferret tristitiam. Vinum, sicut Beatus ait Hieronymus, fere ut venenum fugit. Vidi, inquit, quod et tacitus notavi, ut in ore sumptum bucellam, nollet dentibus, sicut est communis hominum consuetudo, masticare, ne aliquam dulcedinem caperet; sed molliter tactam, et breviter involutam consumpsit. Per totam saepè mensam non bibit, verum si ardentius quandoque sitis incubunt, circa vesperas fortasse modicam aqua privatim hancit. Nam et in ipsa aqua, prout necum sœpe locutus est, gulæ gastrinæ marginæ testimovit, laqueum timuit, ideoque parcus delibavit. Quod si naturæ necessitas non cogeret, insomnis, ut opinor, omni tempore permaneret. Nocte tota aut legit, aut scripsit, aut oravit; et si fortius insistet somnus, stans dormitavit: quod si delicatus interdum, in genua usque provolutus dormivit. In lecto quinilem rarissime, nisi summa cogente verecundia vel necessitate; nec idem horis productis, sed quasi momentis. Paulus minus jam ipsam devicerat naturam, ut non iam videretur corpus, sed quasi spiritus totus. Vere potius in illo Evangelicum hoc ae si corporaliter agnoscere, quia non in solo pane vivit homo; sed in omni Verbo Dei: nam dum omnem sibi fere victum subtraheret, plus tamen omnibus laboravit. Venias de nocte, aut, si privatim potuit, in die fecit permultas. Ad tertiam usque statuit frequentissime.

Martii. T. II.

22 In consecrandis vero ecclesiis vel altariis, quasi plenus spiritu, infrenuit totus; quia serventi semper devotionis amore, quidquid erat ecclesiasticum pergit. Mirabamur omnes subtilitatis ejus in excessu prebitis vires: quia nobis penitus penitusque lassis, solus laborabat. Ut autem ad Missarum solennem ventum est, confessum totus lacrymis manabat. Librum ubivis reperit, statim perserutari diligentissime studuit: et quidquid diebus tamquam percurrendo carperet, id noctibus pleniter ruminabat. Si quando in expeditione, sicut scipins, aut in itinere fuit, hec multum fatigus, non tamen aut cibum interleuantius sumpsit, aut in lecto quievit. Summarum ejus dileciæ aut fructus fuerunt aut herbaria. Omne vitam et conversationem suam, quantum potuit, abscondit: sive fuit cum hoste in campo, sive privatum in domo, lectum suum modica circumindabat cortina, ut ibi solus vel lugeret vel scriberet. A media semper nocte, sicut ait Prophetæ, ad Officium surgebat matutinale, nisi raro parceret debilitati filiae sibi commissæ, scilicet gloriosæ Dominae Mathildæ: nam rarer omnium virtutum discretio regnabat in ipso. O felicem illam cui talis, tam providus semper a-sidebat predicatoris, non tamquam homo providus, sed ut providi consiliï Angelus: numquam ut arbitror, astante illo, aut defraudata est aut decepta.

23 Mire mirandum dum totam quandoque staret diem cum secularibus in consiliis plurimis et diversis, non est mente abalienatus, sed divinum semper aliquid intus agitabat, et contemplatur celestia. Milites domus illius, tametsi nimium seculares, in illum tamen resperxerunt omnes, plus ipsum quam naturalem Dominam metuentes. In expeditionibus et in exercitis, inter quaque colloquia vel consilia, aut praedicavit aut quilibet bona verba protulit. Quot suum fideliter secuti sunt consilia, sicut eis prædicti, sic et saepius illis eventit. Si non omnes prorsus convertit, fideliores tamen plures Deo ac Domino ipsorum reservavit. Omnes vero a multis saepè sceleribus coercuit, contra hereticos stare fecit, pruter filios tenebrarum perpachos. Religiosos omnes venerabatur ut Patres: increpavit delinquentes; et haereticum hominem secundo aut tertio correptum, sed non correctum, devitavit. Per singulas ecclesias in omni supra dictæ saepius Dominae terra, regularem Clericorum vel monachorum composuit vitum: quin et male se, inquit, ut in Ecclesia nullus esset vel Clericus vel monachus, quam irregularis, ut ita dicam, et irreligious. In divinis siquidem officiis quo affectu quave contritione fuerit, non sufficie deponebere.

24 Nihil in Ecclesia legere permisit præter Orthodoxorum Patrum scripturas, sicut sancta præcipit auctoritas. Ordinem et concordiam tamen in cantrum in lectionibus, prout sancti Patres statuere, conatus est observare. Apochrypha omnia, sicut Beatissimus Papa Leo constituit, in Ecclesia non recipit officio: pro lectione tamen privatim in mensa vel collatione non respuit omnino. Psalmos quidem ut caute ac meditatim cantaremus præcepit, alioquin aspere increpavit. Novit Deus, quoniam videbar mihiem aliquando tamquam plenus spirito ex ipsius aspectu, et quasi mei oculitus, videbatur mihi ille vel Angelus.

25 Inter divina mysteria numquam vel raro sedebat. Missarum solenitatem immixtam, prout percipere potuimus, sine lacrymis explevit. Ante omnia vero iubatur id studii semper habui, quatenus primum Magistrum suum Papam Gregorium imitaretur in omnibus, adeo ut discrepare ab illo prorsus nollet etiam in aliquo. Illius semper meritus attribuit, quidquid in ipso fuit. Dum vitam rememoravit monasticam et solitariam, quam se crebro deflevit amissæ, consolari-

AUCTORE
COEVO
DOMEST.
eius mira-
doratur.

n miraculis
clara,

d

A latus in eodem Magistro est, quia obediens sibi usque ad id factus est. Ille fons erat, hic quasi rivus bonus ab illo fluebat, et aridam irrigabat: ille ut caput totum corpus gubernabat, iste quasi manus studiosa, quod injunctum est, peragebat: ille sicut Sol illuminavit omnia, iste velut splendor declaravit singula: ille moriens mitram capitis sui transmisit isti, tamquam potestatem suam ligandi et solvendi, sed et miracula, credo, facieundi. Nam non multo post cognoscentibus nobis omnibus, per ipsius consilium et fidem magnam, praeclara quedam fecit Deus per eundem mitram miraculosa. Inter alia enim reverendissimus Dominus d' Ubaldus, Mantuanus scilicet Episcopus, multis iam annis gravissime spleneticus, toto corpore ulceratus, præsertim in cruribus, sic ut vix quomodo libet stare posset, vix etiam jacere vel sedere, qui et multa in medicos erogaverat, nihilque proficerat; apposita eadem mitra, ubi maior ingruerat dolor, pristinae redditus est sanitati.

Beatissimus itaque talis ac tantus Magister, miracula fecit multa vivos et mortuos: fecit siquidem et homines discipulos Magister, inquit, in Deo: discipulus in Deo; et in beatissimo Magistro facit, ut dicatur, plura discipulos. Nec mirum: plura enim

C Petrus fecit, quam Christus; non equidem propria virtute, sed quia abnegans semetipsum, secutus est Christum, et sicut hic Pater noster venerabilis; quia, pium imitatus est in omnibus Magistrum, unitas operatur virtutes. Multi enim sunt, quorum vitam novissimum saudassimum, qui et requiem vere obtinunt sempiternam; sed miraculorum non ostenderunt virtutem. Hic autem non tantum quia vitam fecit religiosam, immo quia fidem peregit obedientiam, perfecto quoque odio partim odiens excommunicatorum et unitatem diligens atque defendens Catholicorum, miraculorum approbabat quod sermone docebat. Omnes ergo qui in unitate Catholicæ præcepti Domini Papæ Gregorii haec tenetis, gaudete et exultate; atque his qui retrorsum abierunt, et vestigia veritatis dereliquerunt, ut factis modo credant, dicite, quod verbus olim noluere.

a Ita S. Anselmu anno 1082 resistit Episcopatum Regensem supra rebatur est — b In intelliguntur ejus libri contra Gubertum Antiquum pro defensione Gregorii, primo ab Henrico Unius libro 6 antiquarum lectionum, inde postmodum in bibliotheca Patrum apud recessu, — c Paulus Bernwardensis monachus est hic expostione Galferii invenit Vita Gregorii VIII, ejus supra mentionedem. Ceterum latet hoc eiusdem in Jeremiam et Psalmis, quae sicuti Seneca lib. 3 Rabbatheta sicut perpera uidebat alibi Anselmo Episcopo Mantuanus, sed qui namquid existit in rebus natura, — d Ubaldus creatus Episcopus anno 1082, ab Henrico Imperial deinde ab Ecclesiæ sedi recte punit, infra cap. 7 invenimus duo ejus epistolas de miraculis S. Anselmi. Hinc Ughello arbitratur Villam hanc ab illo scriptum.

CAPUT VI.

Miracula in vita S. Anselmi patrata. Ejus abitus et sepultura.

Vidiimus praesentes in vita ipsius Subdiaconum ejus, nomine Teotonem, qui infirmos semper inhebat oculos; qui, etsi præter solitum quid vigilavit interdum aut uidit forte vinum, dum postridie vix quidquid potuit videre, legere vero prouersus aliquandiu non potuit. Aquum itaque, quia manus suas Dominus Episcopus post sacrificium abluit, accepit, oculos lavat et sanos abiuncens habuit: vigilare ac legere non minus nobis alii potuit. Similiter et Presbyter ejus Wido febres patiens, aquam ablutionis manum ejus accepit, bibat et evasit.

28 Item Joannes Diaconus suus, domi apud Meliolam infirmaretur, festinavit sibi mandare, hoc addens in legatione, quod mox audita ipsis passionis, vollet in se virtutem benedictionis sue sentire; factumque est, ut creditit: statim enim sensit, pau-

loque post pleniter evasit, quem et Presbyterum postea D idem Dominus Episcopus ordinavit. Supra dictam quoque sibi commissam filiam, scilicet nobilissimam Dominam Mathildam, diversis stepe ab infirmitatibus sanavit sola benedictione; et, ut ipsa nobis consueverat referre, vitum frequenter ab illo sensit exire, ita ut ad tactum illius fageret omnis tunc incumbens morbus.

29 Cogitationes hominum evidenter cognovit interdum, ipsis quoque cogitantibus. Sic et sic, inquit, tali hora talique in loco cogitasti. Testis mihi Deus est, quod non mentior; quia dum semel cum illo de deo meis peccatis, sicut saep solitus eram, conferrem, quamdam tentationem, qua tunc serventius me spiritus nequam conabatur impugnare, confessus dixi; et ipse, Verum, inquit, dicens: quia in ipso etiam ministerio altaris interdum occurrit tibi. Quod ut audiri, mox expavi, et ab omni deinceps prava cogitatione, praesertim illo presente, studebam me coercere. Inter Missarum quidem sanctas celebrationes talia maxime consuevit videre: qui etiam id semper studii habuit, ut quotdie Missas celebraret. At, si die aliqua non celebravit, quod rarissime tamen aliquo accidit impedimento, tota die illa tristior erat et quasi gravis perniciem: sicut et illam quoque noctem, dum nimis ex vigilius coactus dormivit aliquantulum, gravem et inquietam deploravit.

30 Revelations quoque digne memorandas videntur sibi: quarum aliquas libet breviter perstringere. Quodam enim tempore, dum in ecclesia S. Pauli in territorio Mantuano, iuxta Episcopium conservaret quoddam altare ad honorem S. Maciae, vidi ipsam corporeis oculis in eodem altari inter ipsa solennia consecrationis. Alio quoque tempore in Purificatione ejusdem gloriosæ Virginis Marie, tum tardior ad ecclesiam veniret, cantantibus jam Clericis Invitatorum, ubi ait, Occurrens Deo suo, vidi intranti sibi Christum venire in occursum. Altera vero vice quadam, dum in magna compunctione cordis et laetiarum decantaret Psalm. LXXXI utpote, Inclina Domine ariet tuam; sensit Dominum ad se inclinatum, et tanquam aurem adhibere ad auscultandum. Multa quippe et alia fecit atque vidi, quibus festinantes modo supersedetus.

31 Postremo, quam felicem fecerit suam, multi Episcopi et Clerici nobilioresque laici praesentes viderunt. Testamentum non fecit: quia, unde faceret, non habuit: imitatus etiam in hoc Magistrum, quem pauperem et in exilio novissimus defunctum, qui etiam in extremis suis, sicut ab ipsis Capellani religiosis didicimus. Post omnia, inquit, dilexi justitiam et odio habui iniquitatem, idcirco morior in exilio. Evidem quod in vita sua Magister ac discipulus doceuerit, hoc et in morte quasi testamento confirmaverunt. Ille quos obedientes sibi vivens adhuc benedixit, moriens quoque Domino precibus commendavat; Henricianos vero penitus penitusque, nisi post magnam demum conversionem et penitentiam, reprobavit. Hic praesentibus nobis in verbo Domini præcepit, ut in fide ac doctrina beatissimi Papæ Gregorii pertinaneamus; quod et cum benedictione nobis imdidit, et in remissionem peccatorum nostrorum commendavat.

32 Astitit hinc benectioni quedam matrona nomine Berta, nobilis genere, nobilior mentis indole animisque devotione, uxor clarissimi Comitis Bernardi, quae insobtam in capite patiebatur infirmitatem: nam tanta in vertice capitis fatigabatur frigideitate, ut quasi glaciem superpositum testimare interdum posset; quam calefactis ad ignem pellibus aut pulvinaribus siue conabatur depellere: sed et medicis exquisitis plurimis, nullam consecuta est sanitatem. Quod si frigus cam aut ventus ibidem aliquid quando

novit
cognitiones
aliorum

Vidit apparen-
tes Octopara-
ring.

Christum
occurrentem,
et ad se
inclinatum.

mo abundus
testamentum
non facit,
F

commendat
doctrinam
Gregorii VIII,

benedictione
in solitam
captus
supermittit
tollit e

Ubaldus Ep.
Mantuanus

Aqua
ablutionis
manum
curantur
oculi,

et febris
tolitur,

Fanantur
Dianthus,

A quando tetigit, dum fortasse improvida dormivit non cooperto diligenter capite, vehementer vexabatur dolore, ut quasi vertentes vel exilientes oculos timeret, et tamquam contractis colli nervis caput flectere non posset. Hoc, inquam, venerat illo Quadragesimali tempore ad civitatem Mantuanam ad Comitissam Mathildam, ut tam venerabilis Episcopi sanctum et quotidianum audiret Officium: unde accidit, ut in extremitate eius ad benedictiorem, quam prædictimus, citius multis aliis occurreret. Quæ, dum benedictionem ab ipso devotissima expeteret, manum ille capiti ejus imposuit, et expulso mox insanibili frigore, calorem illa saluberrimum recepit: et exente sudore atque aliquantula sante per auriculas ejus, usque ad octavas Paschæ sublata est omnis occasio infirmitatis. Quanta deinceps signa clarissima Deus per ipsum sit operatus, quid me refert dicere, dum constet perplurimos presentaliiter omnia vidisse?

33 Rogavit itaque, quoad vixit, quatenus in Capitulo monasterii S. Benedicti, quod est in ripa fluminis Eridani, sub obedientia saeculi Chuniacensis cœnobii, unde frater ipse ac monachus fuit, sepulturæ commendaretur. Et cum concedentibus Episcopo atque Comitissa ceterisque omnibus, jam deferretur ad monasterium corpus, affuit subito a Sutriensis Episcopus nomine b Bonizo, quem et Spiritus sanctus suscitavit, ut clamaret, dignum esse ut in Episcopio Episcopus sepeliretur: Tanta, inquit, lucerna, non deceat, ut abscondatur. Ipse adhuc vivens tamquam indignum se humiliavit; nos autem, ut vere dignum exaltare oportet hominem, quem fuisse scimus sanctissimum. Acclamatum est idem statim ab universis, rapiturque a monachorum obsequiis et in Episcopium defertur, ibique venerabiliter sepelitur. Mirabatur hoc quasi magnum primo miraculum, nescientes, quod abinceps satis mirabilius erat futurum. Nam et id quoque tunc notavimus, quod et multi Episcopi et Cardinales, magna etiam multitudine militum, die obitū sui, eandem in civitatem venerant. Aderat siquidem c Magaloniensis Episcopus, nomine d Godefridus, et e Benedictus Mutinensis Episcopus, atque f Aribertus Regiensis Episcopus, et ejusdem civitatis Episcopus, scilicet Mantuanus. Ubaldus vocatus; sed et g Damianus, Cardinalis Romanæ Ecclesiæ, qui et Abbas h Nonantulensis cœnobii. Hi omnes sicut saepe ipsi ac ceteri Catholicæ consueverant, advenerunt. Sutriensis quoque prælia tantum recesserat, sed mox,

C post transmigrationem ipsius, eodem die afluīt opportunus. Isti, inquam, et alii perplurimi, majores ac minores interfuerunt, qui et ipsius transitum videbunt, et clara miracula post obitum ejus præsentes cognoverunt.

34 Igitur anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi m^{lxxvii}, Episcopatus vero sui anno xiii Indictione ix, finitus jam annis septem excommunicationis Henrici quondam Regis, post transitum autem felicissimi Papæ Gregorii vii menses novem, dies viginti tres, dormivit in Domine Venerabilis Dominus et Pater noster Anselmus Lucensis Episcopus x Kalend. Aprilis, in civitate Mantua, presidente reverendissimo Episcopo Ubaldo, atque dominante ibidem nobilissima Duece ac Marchionissa Mathilda.

S. Petri Mendini fuit in codice Baroniano, ubi dicitur Sabiniensis Episcopus. Fuit Sedes Sabiniensis Episcoporum Multianum oppidum, hanc procul Tiberi. — In Bonizo, alias Bonizio et Bonilius. Hujus mentio extat, teste Ughello, in quoddam Comitissarum Mathildis privilegio hoc anno 1086, a qua ob egregias animi doles magno in honore habitus est. Verum ut Bertholdus ad an. 1089, pro fidilitate S. Petri expulsus, post multas captiones, tribulationes et exilia, a Placentinis Catholicis pro Episcopo recepitur, sed a schismatis ejusdem loci, effusis oculis et truncatis omnibus pene membris, martyrio coronatur, die xiv

Julii. Apud Barontium per errorum Domino legitur, qui inter Sabiniensem Episcoporum catalogum intrusus est apud Ughellum. — c. Magalona urbs Occitania in Gallia mari mediterraneo in insula adiacet: qua destruxa Sedes primi Sustantissimum, deinde Montem-pennatum transita est. — d. Godefridus, aliis Gothofredus, sedit ab anno 1080 usque ad an. 1108 Ejus illustria, facienda referunt Sanmarthani in Gallia christiana. — e. In Catalogo Episcoporum Mutinensis dicitur Benedictus ad eundem Sedem ascendisse anno 1095, sed repudiorum anno 1085. — f. Aribertus aliis Heribertus, et Hubertus dicitur, ut supra dictum. — g. Damianus Ciaconius dicitur creulus ab Urbo ii, qui sedit a 12 Marti anni 1088, usque ad 29 Julii anni 1099. Potius adhuc tunc floruisse, sed ricatus a Gregorio VII aut Alexandro II. — h. De monastere Nonantulano in agro Mutinensi egimus 3 Martii ad viam S. Anselmi fundatoris et primi Abbatis pag. 265 et 900.

CAPUT VII.

Miracula post obitum S. Anselmi patracta.

Tertia itaque nocte post sanctissimi Patris venerandam dormitionem quædam contracta, quæ una semper manu et posterioribus per terram serpebat potius quam gradiebatur, quæ etiam in domo nepotis Episcopi unum annum et duos menses ac dimidium mauserat, apud prædicti Patris tumbam meritis ipsius sana erecta est in prima noctis vigilia. Sequenti vero die circa tertiam, ut visum est, horam, fertur quod quædam a nativitate eacea ibidem fuerit illuminata, quam Brixensis Comitatus incolam tunc audi- *sinantur*, *contracta*, *cœca*, *incurratus*, *E*

Eodem quippe die quasi hora sexta, pauper quidam in hospitio pauperum prædicti Præsulis Mantuanus aliquanto tempore eleemosynis sustentatus; a renibus usque curvus, ad ejusdem sancti Patris sepulcrum orans, subito se sanum erexit. Divulgatis itaque longe lateque talibus miraculis, ecce mulier quædam de castello, quod Capitellum dicitur, quæ visum penitus amiserat, cœpit virum suum flagitare, ut ad sancti viri corpus eam perduceret. Illo vero negante, frater ejus misericordia motus, junctis bus planstre, cœpit eam deferre. Dum autem duobus milliaris perrexisset, incepit arbores et planstrum et boves ceteraque jam omnia videre: que gratas Deo ejusque Sancto Confessori agens, votum de paupertate sua faciens, domum reversa est.

36 Die nona erat in eodem castro alia quædam *contracta*, *cœca*, *F*

renibus ac renibus contracta, que nulla ex necessitate lectum summ per se potuit exire. Hæc apud eiveni quædam Mantuanum, qui venerat illo, precibus impetravit, quod impositam planstro suo ad urbem detulit, et ad tumulum sancti Præsulis humeris portavit: quæ facta aliquanta oratione, paulo post sana surrexit. Die undecima quædam etiam in castello, quod Goudium dicitur, mensibus tunc viginti privata luminibus, biduojejuna juxta corpus sanctum demorans, pristinam lumen claritatein recepit. Die quinta decima altera quædam de castello, ut dicitur Lazese, manu et pede contracta, ore contorta, morbo caduco gravissime vexata, ibidem aliquandiu patiens plenam recuperavit sanitatem.

37 Die sexta decima deinde astantibus nobis pariter cum gloriissima Domina Mathilda, et psallentibus in die sancto parasseve, adveniens quædam de loco, qui Coloniola dicitur, quæ visum perdidera, flens et ejulans, devotissime faciens venas, et post aliqua surgens; oculos ad tapetum seculeri tergit, visumque recepit. Die decima octava mulier etiam una ejusdem civitatis non ignota, dentium dolore ac viscerum torqueretur: quæ confugens ad prædicti Confessoris sepulcrum, sana mox facta est. Altera quævis de oppido, quod Castellucule appellatur, adeo infirmata est, ut a lecto surgere non posset illo modo. Hæc auditis tot miraculis, votum fecit, pau- *torta dentium*, *et viscerum dolore*, *e morbo decumbens*, *cœca*, *F*

38 Die vigesima prima erat insuper civis Mantuanus, qui superveniente albugine unius oculi visum amiserat

*desiderat in
carobio
vicio
sepeliri.*

*a
b
sepelitur in
Episcopio.*

*c
d
f
presentibus
pluribus
Episcopis,
g
h*

*et Damiano
Cardinale,*

*moriatus
anno 1086.*

*Sutrium
S. Bonizo
Episc.*

Amisérat. Multa itaque in medicos expendens nihilque proficiens, ad verum medicum salutis per merita supradicti Presbiteri sanctissimi configit, visumque recuperavit. Die vigesima tertia post hanc puer unus de villa, Vadum-ferratum appellata, quem arthetica officio brachiorum privaverat, ad idem oratorium delatus, sanitatem recepit. Die vigesima quarta alius etiam puer de Burbassie, lumine privatus oculorum, et quasi hydropsim perpessus, admonitus sepe in somnis, tandem ad sanctissimi Patris patrocinia configit et evasit.

B 39 Die trigesima prima fuit Presbyter de Episcopatu Brixensi de castro nomine Garelengo, cui nomen id, quod per antiphrasin homines bonum appellant, unius oculi lumen abstulerat: qui audita tantorum signorum fama, ad sanctum sepulcrum properavit. Facta vero ibidem oratione reversus est: et quavis prurigine, dum erat in via incitatus, oculum digito fricavit, apertisque mox palpebris clare vidit. Regressus ergo ad civitatem, gratias coram omnibus tam priuatis retulit patrocinio. Nocte sequenti trigesimum priuuum diem, quædam venit de castello, nomine Maratica, juxta portum Lignacum in Comitatu Veronensi, hahens sinistram manum clausam, sed et totam partem illam gutta paralytica perditam. Hæc trigesimo die obitus ejusdem sancti Præsulis, ad ipsius tumulum orans, sana surrexit. De comitatu quoque Mediolanensi de plebe Resude, quidam claudus advenierat, qui et multa jam Sanctorum lumen sic contractus sanitatem expetens circuibat. Hic ad sanctum tumulum prouersus, orationem faciens, sanus continuo factus est.

C 40 Die trigesimo nono accidit deinde, quod in multorum oculis jocundum fuit et mirabile: nam in Litomis, que Gregoriane appellantur, dum innubernalis hominum multitudo ad supradictam civitatem Mantuanam concurreret; quidam de villa, nomine Fornienta, et alia, que Blittolo dicitur, enim vexillis et sanctuaris, sicut est consuetudo, venientes, et secus viam conspicientes cervum unum magnum, admoniti a quodam ipsorum Presbytero, cooperant omnipotentiam Dei invocare, quatenus meritum sanctissimi sui Sacerdotis, ad quem devote pergebant, illas eis ipsam concederet, quod et sic factum est. Nam, quasi fixa loco, stetit iuncta. At illi missio in collum ejus quodam funiculo, ad usque sepulcrum venerandi Confessoris mansuetissime perduxerunt. Factus est itaque inestimabilis turba concursus: alii pilos ipsius tangunt veritatis indicationem, rapuerunt: alii tunc videro cupierunt: omnes autem aequaliter mirati sunt. Sed, quia erat gravida, tunc sustinere pressoram non potuit, ad sepulcrum tamen pervenit, iugne succuluit, et paulo post, dum vivere non posset, occisa est: cuius euro in benedictionem diversas per partes divisa est, quae multis certe infirmis pristinam reddidit sanitatem. Sed non minus laudabile ac gloriosum est, quod sequitur.

D 41 Revertentibus enim eisdem post completam orationem, quandam ad aquam venerunt, quam nisi navigio transire non potuerunt: ut autem manifestarentur operæ Dei, navis alteram in partem traducta est. Diu ergo expectantes et aliquantulum tristes, eo quod jejuni erant ne fatigati, recordantes prioris miraculi iterum invocaverunt Deum, ut per merita sui sancti Confessoris Anselmi transenendi daret consilium. Vix preribus completis, ecce navis dissoluta, absque omnium reimpetu vent ad eos. Gratias itaque referentes Deo ejusque Confessori sanctissimo, omnes transierunt megalumes, enjus ex navis ligno diversis de doloribus perplurimi sauci sunt.

E 42 Nossu etiam volumus sanctum desiderium vestrum, quod non aliunde didicimus, verum ibi vidi-

mus et fecimus. Erat in obsidione ejusdem castelli D veneranda, quam prædiximus, Comitissa, ubi Teutonicus quidam iuto petrae vulneratus est in capite: qui triduo post deductus est nostrum in hospitium, quatenus ibi meliorem quam apud laicos haberet tranquillitatem. Hunc deinde gutta, quam paralysin medici vocant, tam crudeliter invasit, quod amens penitus factus est, adeo ut nihil sane sentiret, neminem cognosceret. Vocati sumus denique et nos: quatenus injuncta ei poenitentia communionem daremus. Sed neque poenitentia quid esset, potimus ei innocescere. Postrem nec quid Deus esset, potimus eum facere agnoscere, aut Deum vel aliquem Sanctorum invocare. Aestimabamus certissime diuinum illum habere. Vociferabatur enim, ut assolent insani, clamore valido inconvenientia multa: et nisi teneretur violenter, non solum vestimenta verum etiam discepisset membra. Auditur undique clamor, accurrunt plurimi, alii plangentes, alii admirantes. Audivimus quoque nos in camera ipsius Domini lamentabilem illius vocem, quæ divino compuncta instinctu, sit ad me, ut annulum, qui S. Anselmi fuerat, quem etiam Beatus Papa Gregorius aliquandiu habebat, in aqua lavarem: quam bibendum sibi porrigerem: sperans, quod meritis ipso libaretur. Surgens ergo, accepto annulo, perrexii ad eum, quem inveni miro modo vociferantem, ac seipsum discerpentem. Nam licet eum quinque viri fortes tenerent, duo per crura, duoque per brachia, et unus in capite: luctabatur tamen pectore et ventre magis quam crederem, nisi praesens vidisem. Accepta itaque aqua, annulum intus in nomine Domini posuius, et aperto ejus ore in magna violencia cum cochleario parumper eum vix primo potavimus. Qui non multo post vocavit me ex nomine, atque incepit vocem meam agnoscere, et admonitus continuo invocavit S. Anselmum; et, ut breviter dicam, post unam, ut testimo, horam meritis sanctorum Confessorum, qui eodem anno in divino utebantur Officii, requievit mansuetissime, et loquelaatur recte. Huic neinde miraculo multi intererant, qui praesentes viderunt et audierunt, atque misericordiam Dei in suis sanctis Confessoribus glorificaverunt.

F 42 Hæc de beatissimo Patre ac Patrono nostro sancto Anselmo Lucensi Episcopo per pauca ouilem, *Epilogus.* quantum ad ipsius merita, sed vestris, spero, piis desideris proficiens, ego B. peccator Presbyter sunis in Pœnitentia, non dico filius, sed servus, ab ipso multis cum lacrymis ad eumdem ordinem promotus, venerabiliter vobis expertibus explicavi de votus. Precor vos, orate pro me.

a Pro arthetica annotabatur in margine arthriticam esse substituendum, sive alias in aliis artis scriptis sic invenies.

CAPUT VIII.

Alia miracula panto post adjuncta, et ex epistola Mantuani Episcopi inserta, nec non a quodam Uyone scripta.

G randagesimo nono die a sancti viri transitu, sole jam occidente, per famulum suum dignatus est Dominus ostendere et hoc miraculum. Venit ad tumulum sanctissimi Patris nostri quædam de Episcopatu Cremonensi, de ora illa, que dicitur Cancer, cum aliquibus unius oculi lumen penitus abstulerat: alteri vero vix in die videndi facultas erat. Quæ orationibus aliquandiu insistens, meritis sancti Præsulis, cœcati oculi claritatem recepit: alteri autem, cui meridies ad videndum anteua vix sufficit, nunc crepusculum noctis obedit. Convenerat ad Urbem Mantuanam pro veneratione sancti viri multitudo magna, de civitate et Episcopatu Brixiae, inter quos erant quidam

ex vulnera in capite insanus,

*pota a, equa
aut enuosa
S. Anselmi
immersus,*

sanatur.

*sanatur
fere case,*

*ACUT FOEVO
DOMESTICO.*
*brachiorum
usu pr. valus.*

*crevus et
hydropticus,*

*a'tero oculo
tacus,*

paralytica,

claudus:

*cervix ultra
permitti se
capit;*

*et adduci ad
sepulcrum
S. Anselmi r*

*eius caro
morbos pellit;*

*navis ultra
ad alteram
ripam appellata*

A quidam sub obtentu religionis, imo causa simulationis; ad quorum incredulitatem confutandam, et ad credentium, qui ibi aderant, fidem corroborandam, Dominus omnipotens suam ostendit misericordiam. Quidam enim senex de familia Manfredi, de loco, qui dicitur Pigognata, ob incisionem unius genu, accedente quoque alteri gutta, occasione hujus incisionis officio pedum tribus mensibus caruerat: qui meritis Beatissimi Anselmi pristinæ restitutus est sanitati, die quinquagesimo ipsius obitus.

B 45 Dominae Mathildæ, Ubaldus Mantuanus Episcopus gaudium et Ietitiam. Immenso desiderio vestro desideratam scribimus letitiam. Fuit quedam de Capriana, que velut animal manibus et pedibus incedebat, quam Deus omnipotens per merita sanctissimi Patris nostri erexit, et ad iter tantum officio pedum, sicut hominis natura expedit, frui concessit. Simile etiam remedium euidam de insula Parmensi, que est juxta caput Parmulæ, similiter incurvato, conferre dignatus est. Præterea puer quidam de monte Claro, manum et pedem contractum habebat, cui Deus utrumque precibus beatissimi Praesulsi ad certum usum restituit. Nec non mulier euidam de loco, qui dicitur Insula *b* Ogerii, quæ manum aridam habebat, per ejusdem Patroni nostri intercessionem optata salus advenit. Cuidam quoque puer de *c* Ripalta visum reddidit. Quedam similiter de Episcopatu Veronensi, cum iam civitati nostræ appropinquaret, oculorum claritatem recepit. Quidam etiam de *d* Plevazano, cuius calcanei natibus indissolubiliter adhaerabant, pristinæ restitutus est sanitati; quem Domino religioso viro Lugdunensi Archiepiscopo ostendimus, et locum denotavimus, ubi calcanei juncti fuerant. Quæ multi ex Episcopatu Brixia et Veronæ diversisque aliis partibus, qui convernabant pro veneratione viri in vigilia Ascensionis Domini, videntes fieri, conversi sunt ad Dominum, abrenuntiantes diabolo et seqnacibus, et promittentes se prius ad effusione sanguinis perventuros, si ad id periculi devenirent, quam ab hac fide deficerent. Haec omnia in vigilia Ascensionis Domini et in sequenti nocte facta sunt: et multa alia, quæ præ multitudine invenire non potuimus; quæ, si invenierimus, vobis describemus *e*.

C 46 Erat præterea quidam de castello, cui nomen est Gudicole, quæ pede ex contractione genū terram attingere non valens, incendendo curva vix dñobus baculis infirmos sustentabat artus. Hæc aliquot diebus sancti Pontificis postulans misericordiam consequentia est sue inßurritatis salubrem medelam. Fuit pariter vir quidam nobilis genere, Adecherus nomine, qui bñbno sanguine e naribus erumpente, velut de vena ferro percussa, de sola mortis expectatione jam cogitabat. Sed cum iam nulla medicorum adhibita cura perrumpentem sanguinem valeret restrin gere, interpellans sanctum Pontificem atque ad ipsius corpus se venturum devotans, instantis mortis evasit periculum, meritis et precebus sanctissimi viri.

f 47 *f* Miraculorum quidam vel obliioni tradita vel antea incognita, nunc vero comperta, notitiae vestrae presentare cupio. Remanentes cum gaudio Brixenses, de quibus nuper scripsi vobis, cum iam perventum esset ad vadum, quod paululum est supra Gadina; non reperta illa navi, nullam in corde suo tolerunt molestiam, omnem in Deo et S. Anselmo ponentes fiduciam. Moram itaque facientibus, quodam enque ex alia parte fluminis viso, qui moriens et exhalans absque cibo et potu per triduum ibi jaenerat, quidam ex eis indubitanter rogavit Dñm et S. Anselmum ut surgeret, et omnes transvehetur: qui mox surrexit, et ad transverendum eos se obtulit. Ecce, quæ magna Patis nostri merita: ecce

quæ imperiosa potentia. Mortis lex frangitur; sun*g*ura iurari queritur; obnoxius morti eripitur; vita*g* conceditur, vitæ reparatur, ut servis Dei obsequatur; et qui se ferre non poterat, ad ferendum onus praeparavit, ut tam famulanter ad parendum se offerret, quasi ratione non careret. Velle dicere videtur; si natura pateretur. Cur me non ascenditis? cur me ad servitium vestrum non exrectis? Non sum ob aliud vitæ concessus, mortisque fancibus eruptus. Inter ea quidam nautæ videntes illos apud ripam manentes, navigio ad transvehendum illos advenere, sperantes se ab eis pretium habere posse: quam navem intraverunt, et feliciter transierunt. Ecce quantum equus laborabat, ut se obedientem exhibeat: et quantum nititur, ut obsequendi voluntas manifestetur. Sed quod ore non loquitur, hoc gestu corporis profitetur. Transgrediente quippe navi, transgreditur: reverente quoque illa, revertitur. Postremum transvectis omnibus ad locum unde venerat perrexit, ibique paulo post vitam finivit.

E 48 Fuit puer quidam Cremonensis a compluribus vicinis suis ad tunbam sancti viri allatus, qui manum aridam habebat. Ejus salutem reverenter et confidenter, et præ magna confidentia quasi minitante postulabant, dicentes: *P*uissime Präsum, sancte Anselme, Confessor Dei, exaudi nos, pro fumulo tuo *E* orantes: si quid in vita a te meruimus, si prædictationem tuam fideliter accepimus, si fidem incorruptam servavimus, si contradicentibus tibi constanter restitimus, exaudi nos, adjova eum, et libera: multis sanasti infelibus, unum saltem concede fidelibus, ne forte insultent nobis inimici, objicientes. Nunc appetat, quam grata, quam fida sit in vita existitistis. Si vos in vita dilexisset, in morte quoque vos bonorificasset: sed quia vos indignos, abominabiles, contemptibiles esse judicavit, a tanta gratia alienos vos fecit. Repelle a nobis, piissime Pater, hoc opprobrium, et cito profer nostrum gaudium. Monstra te nobis propitium, in quem semper respximus, unicum quem nobis inspicendum propomimus speculum, a quo postulamus auxilium. His ergo tam devote orantibus, quam rogabant salutem, eorum precibus est consecutus: quæ etiam quidam Hermannus de Scorzariola, qui manum similiter contractam habebat, est adeptus.

g 49 Præterea mulier quidam quæ humum ceruna *in terram* semper spectabat, et nisi fuste sustentata ire non valebat, apud tumulum memorati Patris, multis videntibus est erecta. Cujus locum noui notaui, quia præ multitudine inveniri non potuit. Tertia vero die *incurvata* Ascensionem Domini antecedente, duo facta sunt mirabilia. Quedam enim de Episcopatu Cremonæ, de loco, qui dicitur Casa-anseri, quod per octo annos amiserat, intercedente sanctissima Patrono, humen recepit. Ipsa quoque die, mulier quidam de Abbatia Leonensi, dexteram habens aridam, quam contractis nervis brachii lere juxta humerum semper tenebat, contractoque geno ejusdem lateris humum digitis pedis summotus vix tangebat, apud tumulum sancti Patris nostri utrinque mali sospitatem invenit.

h 50 Inter illa, quæ in Ascensione filii sui Deus per famulum suum magnifice operatus est, mirabiliter admirandam eus virtutem, postea mihi declaratam ab eodem, cui salutis nostræ auctor suam consultit medicinam, desiderio vestro desideranter notifico. Quidam enim fuit de villa vestra, quæ est prope Rosinam, nomine Ciliano, qui non tam genuum rectitudinem dolebat sibi fuisse negatam quam manum virtutem omnino creptam: adeo enim gutta immobile perurgente tremebat, quod nihil agere nihilque *trivatus* tenere valebat. Hunc itaque per visionem Dominus *est uite q. aqua et* revelavit, quod si ad tumulum sanctissimi Anselmi se *inductio*, venturum

*oficio pedum
deservit.*

*Curatur
contralet tres,*

*b
aridam habent
manum,*

*c
eari,*

*d
habens
calcaros
nudus
adherentes,*

*e
mure
et clara,*

*b duo
magnum
et horribil
effundens;*

*f
equa
mortuus,*

AUCT. CO. EVO
DOMESTICO

incurvata.

ridens
miracula,
preciosus
envenematus
crucifixus:

stulta in
fluminis
dineca
reveratur.

remunatur
cetera iori
culo,

contractus a
manuinae

hydropica

A venturum reverenter voveret, utriusque infirmitatis salutem illiro se adeptum gauleret. Hic ergo evigilans, visionem secum cogitans, nescius quid ageret, ambiguum quid crederet; revelationis incredulus, salutis tamen cupidus: quosdam bonos homines suae vicinia ad se acciri fecit, narrataque visione, vendi se ab eis consilium recepit, factoque voto, statim convallat. Item mulier quedam de Fossacaparia, genibus incurvata, pedum servitio privata, eorumque loco fustium auxilio diu potita, cum jam accessisset ad tumulum Patris nostri, sole jam decepiente, tam gravis et varie infirmitatis subito sospitatem recepit.

31 Quod inibi quedam matrona mulier honesta, mater Joannis de Persico retulit, vobis quoque referendum potavi. Haec fide plena, Dei amore perfecta, sanctissimi Anselmi disciplinis instituta, suorum Presbyterorum officium, propter excommunicacionem spem ponebat; quodam die dum a circumstantibus quereretur, unde aliquem dignum et ad celebrandam Missam idoneum habere posset; quidam de Casale majore astans dixit: Cur vestrorum Presbyterorum ministerium contemnitis? Propter amorem, inquit, et predicationem S. Anselmi, pro cuius meritis Dominus omnipotens quotidie facit miracula. Qui dixit: Nunc vos deprecor, in toto corde rogetis eum; ut, si aliquem erexit, sicut eruditis, me contrahat: aut si quem illuminavit, mihi lunam auferat. Vix fuita prece, unctionem Dei sensit alesso; et continuo fletentes se in latus, multum elundicare coepit. Haec autem violens hoc, cupit intentus rogare Deum, ut adhuc augeret supplicium superincredibilitatis filium; et confessus dolor tantum crux, quod vix ad hospitium perrexit, et quasi mortuus est relictus. Huic ergo matrone venienti, ut gratias Deo et S. Anselmo referret; quidam de Montenensis-Gaiberti bene notos ei obviavos, iam ab Urbo regrediens, magna sibi, quod contingebat, narravit miraculum. Quodam nocte cum ivisset ad flumen Oleum, ut bauraret aquam, porrecto uncino, quoniam ripa fuerat alta, decursus aquae sibi situam abstulit, ablataque face, quoniam nos obscura erat, cum videret a luminis vertigine abducari, rogauit S. Anselmum, ut eam sibi redderet. Facta autem prece, cum deposuisset uncinum et vix duo brachia appropinquaret aquae, continuo ansa situla se elevat et nucino se applicent.

32 Per meritam ejusdem sanctissimi Patris nostri quedam manacha de ultramentum partibus, de Villa qua dicitur Gamaldum juxta castrum Cisne sita, unius nocte lumen recepit, et de altero gratia Dei nunc clarius videt, unde paululum videbat. Quidam igitur mulier de Episcopatu Cremonensi, de castro nomine Bonengo, quod est sitem juxta Jovisaltam, habebat puerum duodecim annorum; qui nondum a diebus nativitatis sue, nervis contractis, noverat gressum. Hujus ergo salutis mater cupida, devotione plena, fide perfecta, cum se latraret ad venerandum sepulcrum vocit: deferensque juu fessa propter eum, cum accederet ad Marchiam-regnum, depositum; eujus fide et devotione salutem, qua semper carnerat, mox invenit. Prieterea quidam mulier de Wartaldo, in somnis praemonita, revelationi credula, vicit ad implorandum sancti Patris nostri salutare suffragium. Hic adeo hydropico morbo laborabat, quod se ferre non valebat: ejus namque corpus tantum intumferat, quod se, quin creparet, vix conteneret poterat: nec juu dicendum corpus erat, sed potius truncus; nec ulla hominis in ea videbatur species, sed tota deformis et quedam mortis facies: artifici enim manuum et pedum in solidum abierant. Sed etiam si forma et oculorum orbitae perierant, et mors potius quam vita instabat, de salute tamen non desperabat. Dignum ergo fuit, ut sanctissimus An-

selmus huic salutis tribueret gratiam, a quo tantam expectabat medelam, quam sequente nocte se laetatur esse adeptam.

33 Sicut a Comite Guifredo, et a Sigefredo de Beredo ejus milite modo didici; vobis scribo. Vobis et Abbatissae sancti Pauli de Parma Mantua manentibus, ejus milites, auditis multis signis de sancto viro, ad ejus venerandum tumulum ire volentes orationis causa, rogaverunt quendam, nomine Albericum, filium Alberici de Palmia, ut secum iret pro delictorum suorum petenda venia. Sicut, inquit ore stulto et livore pleno, irem ad asinum; ita vadam ad equum, nisi fortasse derisionis causa, ad ejus impenetrandum auxilium. At illi redargentes et contumeliam inferentes, tandem, ut secum veniret, eum compulerunt. Extremo autem die, quidam contractus fuerat, quem ad tumulam prostratum videre cupientes, accesserunt; et reverenter orantes, tumulique lapidem osculati, lotantes redierunt. Ille autem, ut yderet eum, qui liberatus fuerat, pariter volens accedere, a sepulcro, tamquam indigos et blasphemus, dubius fere passibus prohibetur, pedibus graviter et pigriter harentibus. Hic vero credens crura sua fasciolistricta, exiit; et compierens id sibi non obsfusus, iterum intravit, ultra eandem terminum non valens pergere. Ipse autem dolens, sessa toties esse repulsum, egressus est cum padore, admirans et stupens, quamobrem id sibi contigerit. Interea cacus quidam illuminatus est. Cognovit ergo suam stultitiam, et maledicti paenitens, fleuit amare. Denique cum Canoniciis pro ferendis laudibus a S. Andrea rediens, multis ante januam S. Petri profusis lacrymis, ad tumulum Patris nostri, sicut ceteri, meruit accedere. Quod, ne socii ad contumeliam sibi objicerent, tacuit: sed nunc, ad gloriam Dei et sautissimi Anselmi, ubique praedicat quod sibi contigit.

34 Cum venissent aliquot Brixianenses ad venerandum tumulum Patris nostri, obviaverunt euidam pauperi similiter pro salute petenda venienti de Episcopatu Camano, de Valtelina: qui cernuus, nisi fusibus sustentus incedere non valebat. Quem secum duxerunt, et pro caritate sanctissimi Anselmi commeatum ei dederunt. Ad quorum fidem confirmandan et devotionem augendam, Dominus per intercessionem pradiecti Patris x Kal. Junii nocte jam appropinquante, hunc erexit, et absque baculorum sustentatione concessit. Praeterea euidam puero, a diebus nativitatis sua surdo et muto, paulo post migrationem sanctissimi Anselmi, ejus meritis, nobis nescientibus, redditum auditum. Huic vero secundo die intrantis mensis Junii circa nonam ejus lingula solvit vinculum, juxta illud, quod in Evangelio legitur, Bene omnia fecit; surdos fecit audire, et mutos loqui.

a Potuerunt hoc capite ab eadem auctore postea adjuncta esse risque ultima epistola Thaliti Episcopi. — li Baroni, Egeni — r. Idem, Rivolta. — d. Idem Planzo, — e Fini prior episcopi Thaliti. — f. Notatum erit in margine quod hic accepit Epistola altera Thaliti Episcopi Mantuanum ad eundem illustrissimum dominum Mathildam: sed revero hoc videtur exordium Epistole Egeni jussu Episcopi ipsius Mantuantis scribentes; prout apparet ex controverse num. 55. ubi scriptor Episcopatus allugat, et in margine notabatur duecum, quoniam iste tantum inciperet quas narratio, vel potius pars accepta eisdem.

CAPUT IX.

Alia miracula ex scripto ejusdem Ugonis ad Episcopum Mantuanum.

A huius quoque miraculum; quod Confratre Vitali Brixiensis Ecclesiae Presbytero, religiosa vita viro, aliisque pluribus referentibus didici. Paternitati vestrae, venerande Pater, Mantuanus Pontifex, me Ugonem scribere, ut jussisti, non piguit. In villa, cui

nomen

contemnens
S. Anselmum,

requid ad
sepulcrum
arceare:
E
et
luminato,

paenitens
accedit

sancatur
claudus,

F
surdus et
mutus.

*Sonantur,
claudia ei
mula:*

A nomen est Murana, quae a civitate Brixiae septem milliaris distat, mulier erat quaedam filiam babens, lingue officio et pedum ita privatam, quod, nisi alio deferente, aliquo modo nullatenus surgere valebat. Que cum ex more portaret extra domum contratem filiam, tediò quotidiani laboris suspirans, inquit: Piissime Deus, per merita sanctissimi Confessoris tui Anselmi, misericordia meae tribulationis, aut misericordia hanc premortuam sanitati restitue, aut eam de praesenti vita auferendo me a tanto labore erne: atque hie eam tibi relinquio. Fecit quod placet: quia nullum pro ea labore patiar abinceps. Quo dicto, mox abiit, filia destituta, ut dixit. Modico autem facto temporis intervallo, dominum remeans, quam sanctissimo Anselmo reliquerat, invenit sanam. Et eam, quae paulo ante linguae ligata fuerat, audivit expedite exprimere verba: quod factum mulier admirans et gaudens, Domino sanctoque Presulii reddidit laudes pro filiae recepta sanitate.

C quoniam videret quotidie multam turbam transire Hortani versus, sanitatis a viro Sancto sperata ergo, patrem suum matremque rogauit, ut se quoque ad Sanctum diceret: cui responderint ipsi, Sanctum istum a malo dentium neminem suis liberare minuerens: nec induci potuerunt unquam ut puerum, quo voltebat, dicerent. Imo cum posterius die soror quoque ipsius lapsa fregisset tibium, eaque de cassa iter ad virum Dei instituissent portata secum filia, rursum roganti filio ut nunc sollem ipsum acciperet, secum vellent, idem responsum dederunt. Ergo mœstus doni miselius reliquiritur, ipsisque dgressis sumpto in manus Rosario, quas sciebat, dicere orationes instituit, sequo vel a longinquio meritus Sancti commendare, dicens: O Fr. Salvator, homo Sancte, adjuta me, et intolerabilem hunc ab excessus dentibus dolorem mili infideli depelle: neque mei non miserearis, quia pater meus me noluit ad te adducere. Quo cum dixisset ad lectum abiit dormivitque, et postero die memo experpectus, non modo nullos in ore dolores, sed dentes quoque omnes in eo sensit: quare repletus gaudio exclamatione cepit, Miraculosa, miraculum. Acentre ad eum clamorem vicini et noti, ipsiusque stetisse, ut dicebat, cognou-

*item herni
sum, qui
Horticun
ferebatur,
mandato*

A mandato morem gerens promptissima voluntate, Deinde glorificans et Virginem glorioissimam, hæta domum est reversa.

34 Deinde omnes testantur, quod quacunque ex parte adiretur Horta, undeque viderentur appensa ex arboribus morborum depulsorum indicia, crucis, scipiones, fasciae et ligatorie: quibus quotquot easdem insistebant vias monebantur invenienturque, ut in similibus malis remedium a B. Salvatore se quoque sperarent obtenturos sibi aliisque. Constat porro ex ipso Deipare templo, juxta quod Beatus morabatur, effuctos esse sex plenos currus ejusmodi instrumentis, ad miniculis, fasciis, quae iste reliquerunt qui sanitatem recuperabant, nec non et gravata atque lecticas plurimas, in quibus paralytici et clinici alias desperati advenerant. Itaque de vivente quoque tota ea regione circumferebantur versus quidam Catalana lingua compositi, et vulgi ore passim canebantur: quos in linguam Latinam convertere visum est, ad cōprobandum, notissimam locis illis fuisse sanitatis ejus et miraculorum famam.

35 Nunquid Virgo Genitrix in Horta Grandibus fulget celebrandâ signis,

Vota Salvator quoties rogatus

Mittit olympo.

Huius orantis merito, videndi Redditur clausis oculis facultas:

Si graves culpe metanœa solvat

Vera reatus,

Nec fides desit precibus, favores

Quisque quasitos recipit. Levantur

Qualibet tandem teneantur agra

Corpora morbo.

Debiles, claudos, variisque vulgus

Mutilum membris, calidasque febres

Hic dies orans violet expetitam

Ferre medelam.

Ergo gens terris superest Iberis

Nulla, quin gressus ferat ad Beatum,

Congruo a danda miseris salute

Nonine dictum.

36 Cum in hoc diuina Virginis de Horta conventu Dei famulus moraretur, iugi pene orationi se totum dabat, ita ut nec noctibus quidam ab ea vacaret: et vice quadam auditus a Fratribus fuerit cum D. N. Iesu Christo in / Capitulo loqui, ac dicere, Domine mi tu promisisti tale quid mihi priestare: verumtamen rogo ne te promissi tui pomiteat. Quid porro ei responderet Dominus, intelligere non potuerunt. Deinde in pedes erexit dixit: Quonodo mihi Domine?

C non praestabis modo quod promisisti? non possunt irrita esse promissa tua: fac igitur propter amorem sanctissimæ Matris tuae obsecro. Et rursum aliquantum confitescens (quasi qui Dominum audiret respondentem; sed ea voce, quam alius nemo percepit) visus est propius accedere ad venerandam iconem, enque dicere: Tu promisisti Domine, et facere debes. Post quæ in extasim raptus est. Simili modo saepissime est ambitus eam beatissima Dei matre colloqui, enjus semper devotissimus vixit, nec non cum beato Apostolo Paulo, g quemadmodum in processibus reperitur.

37 Eulalia Bassa Barcinonensis, cum annum ietatis ageret dumtaxat octavum e seculis decedit, alteriusnamque pedem labens rupit: qui sole inflatus, nihil proficitibus chirurgorum et medicorum inventis, contractis nervis remansit inutilis; sic ut gravius paralysi malum esset, nec pedibus nisi puella posset; passa interim plus quam septages cunctis ferri usione in sectionemque, qua plures ossis communuti particulae exempta furvavit. In decimum annum cruciembatur, quando Barcinoensem Fr. Salvator advenit: de quo cum inauditum esset, quod multa miracula

operaretur, delata ad ipsum puella haec est, et impetrata benedictione ipsius domum relata. Dies aliquamtransierant, nec tamen sanitatem sperata misera consecuta erat: quare iterum Fr. Salvatorem repetit, Confessione et Communione premissis, eique dicit: Rogo te Fr. Salvator ut Dominam nostram depreceris, quo mihi pedis prorsus perditi restituat integritatem. Nunc enimvero, respondit Sanctus, recte orare incipis: ideo enim desiderio tuo nuper frustrata es, quia credebas me operari miracula: at modo cum divinorum beneficiorum verum fontem agnoscas, eoque quo oportet te convertis, orabo pro te ut saneris. Cui illa: Obsecro Pater, ut vel tangere pedem meum digneris. At ille: Vade, filia, et confide: nam et S. Paulum pro te orabo qui hodie hoc ipso in loco duas costas viro cuidam ruptas sanavit. Abiit igitur ejusmodi dictis animata, et nihil dubitans somno se delit, a quo postridie sana surrexit. et quamvis complura ossium fragmina exempta essent a pede, libero tamen rectoque gressu incedere potuit, inces-que deinceps, nunquam desuens Deo et Sanctissimæ Virgini pro tam insigni beneficio gratias agere.

38 Decennem pueram ab uto matris pedibus distortis deformem, et gradiente facultate privata, parentes jam decennem portare ad virum Dei decreverunt: per viam autem videns illa sutoriam officinam: Eia, inquit matri sue, hic mihi par calceorum eme, ut cum ab homine isto Sancto sanata fuerit, illos induam. Movit tam firma filia fiducia matrem, ut morem petenti gereret: ut autem ad B. Salvatorem venit, ipseque invocata Sanctissima Trinitate bene ei precatus est, Filiam tuam, inquit eis induit calcis, quos emisti; jam enim sanata est. Obstupuit ad imperium istiusmodi mater, oculosque ad filio sue pedes convertens, eos rectos sanosque conspexit, et dominum revertens Deum glorificavit, magnumque servi ejus caritatem notis omnibus praedicavit.

a. Ad Illicetanum sinum urbem maritimum in regno Valentino, unde in Catalogum certum vi rigidi passum nullibus distanter, pedes etiam expedito durum qualiter iter est, ut infermas hic ridere confidit fratre decem aut duodecim diebus apud habuerit. — b. Mappam quodam Geographice Flux nominat: abest Horta mathiaribus quatuor, proxime ad Iberam. — c. Eadem Horta similiter ad Borcupoliten situs Ispagis, spatio militarium trivis. — d. Deficiente Italico tertio primaria numerorum sufficiens ex itate, cum miraculum fieret, indicata, et e. Ispagore, quo Ispatus romanorum est Horta, nam circa annum 1554 videlicet miraculum istud contigit. — posset etiam septuagesimam quartus annus legi, si decennio citius res acta conceperit. — e. Oppidum in Caucanagastano diversum ad Euro austrium ipsum metropolitam sex leucas distans, justarum mox inde se Ibera miscerunt. — f. In eis peris Vitis durae etiam in Capitulo, non tantum in ecclesia solidum noctes orando ducere. — g. In Vita edita an. 1602 hoc legatur. Antiqua traditio habet, quod Depara ei apparuerit in spelunca, que in horum conventus Horta receptum prebheret solebat oratrum: qua de causa deverbis populus ipsius speluncae partibus sibi subuenit venerationis ergo. Quod eidem S. Paulus apostolus appareret et loqueretur, antiqua similiter traditio est, et testimonio adeo digne confirmatur antius, eum sanari a plaga gravissima postulauit Beatus, quide quia curauit le Dominus: et ego rugabo etham S. Paulum, quia hic multa mihi a Deo impetrat.

CAPUT V.

Alia miracula a B. Salvatore Horta patrata.

Cum fama miraculorum B. Salvatoris tota spargeretur Hispania, eques quidam, Joannes nomine, gazophylacio Ducus Medime-casti prefectus, filium habebat nomine Beatricem, cui facies versus dorsum enormiter retorta miserandum cum multis prebebat spectaculum, idque jam duodecimum, quo vivebat annum: ille anteum de eadem fama inaudiens, Hortam deferri jussit filiam suam ad Sanctum (ita enim ab omnibus nominabatur Salvator) eaque perveniens ipsum rogavit ut eam curare vellet. Qui ait, Confide, et confessus cum filia sacrum Eucharistie vibum sume, pariterque sanctissimam Virginem orate, atque inde ad me revertimini. Fecit homo quod prescriperat

D
AUCT. DIMA
SERPI

excessus que
sanai per
intercessionem
Departr.

Plurima in
sanitarum in
via collatarum
vidiciorum.

frequentia
anathematum:

Gymnus de
tincte
vulgaris.

B

D
AUCT. DIMA
SERPI

excessus que
sanai per
intercessionem
Departr.

Depara et
S. Paulo.

g

Petrum ex
fractura
inuidem

excessus que
sanai per
intercessionem
Departr.

item distortos
turpiter
pedes.

c. putorium
ter refertum

AUCT DINA
SEMPI

instar cerom
ad debitum
statim
flectit.

Inquit
Aragone
miseratur
miracula ejus

a

etiam habitu
mutato
agnoscitur.

et testis eorum
fit ocularus

Paralyticus
mirabiliter
ab aqua
salvo.

A

prescripscerat Sanctus eodem in loco, et ad ipsum regressus in genua coram illo procubuit. Tum vero manus orulosque sustulit in coelum Beatus, dixitque: O cœli Regina, audi devotos hosce famulos tuos: et conversus ad circumstantes, Omnes, inquit, pro hac tam monstrosa puella, Pater noster dicite, et Ave Maria; deinde In nomine Patris etc. pronuntians, puellæ caput complectit' manibus, et illud, tamquam si ex molli cera fuisse, torquens, debitum ad situum reduxit, nullo deformitatis prioris vestigio remanente.

40 Inquisitorum in regno Arragonie quidam per oppidum Alcamizie iterhabens, vidensque transeuntes illae mutos, surdos, claudos, paralyticos, abosque et paucis post sanos redire, eos ad se accersiri mandavit, et jurisjurandi religione adactos edicere voluit, qua ratione Frater iste tot miracula ficeret. Qui eni dicerent præscriptum sibi ab eo fuisse, ut confessi peccata Dominico Corpori communicarent, eoque facto sua cunctos benedictione donasse, atque in momento sanos dimisisse; suis ipse rem oculis explorare decrevit atque sub alieno habitu ignotus lateret, panperis a Presbyteri vestem sumpsit, familiorum snorum itidem vestes immutans, per-

B rexitque ad monasterium in quo Sanctus morabatur. Vedit autem universum montem magna bonum multitudine repetendum, quorum numerum ad duo millia esso credit, seque ad angulum quendam ecclesie recipiens, expectante ut progrederetur Sanctus facturus miracula. Qui ut apparuit, cuncti statim in genu proiecserunt se, credentes quod eis benedicturus processisset. Verum ipse (Deo Deiparaque Virgine, quibus unice dilectus erat, reu omniem eidem manifestantibus) surgere eos jussit, et leonum dare transiit; rectaque ad Inquisitorem processit, eique manus osculatus genuflexit ac dixit: Dominatio tua hinc advenit, ut videat stupenda opera grandiaque miracula, que Deus per matrem suam sanctissimam fecit? Cui ille, Erras, inquit, Pater supradictus Sacerdos pauperulus ego sum, neque istum a te honorem mereor. Minime, reponit Salvator, sed Arragonie es Inquisitor, qui ab his quos Domina nostra hic curaverat quassasti, quomodo hic miracula fierent, et recertus cognoscende causa hoc venisti. Mecum igitur veni; et manu prehensum ad summum altaris cancellis ducens, versus populum se convertit et dixit: Ponitemus omnes de peccatis vestris, eorumque remissionem postulate a Deo, In nomine Patris etc. Eademque momento temporis sanitati sunt omnes, quotquot aderant gibbos, paralytie, hermos, muti. Qua re obstupefactus ultra modum Inquisitor, præmptionis sine veram humiliter flagitavit, multi que diebus mansit in consortio viri Dei.

41 Ex urbe Garibea deportatus ad Sanctum paralyticum in lectica est, precibus ejus curandus. Michael Garibea dictus, in ordine equestri vir primarius. Hic eni in nave b. S. Andreae prope Barcinonam traheret flumen, ralestrare empere mali qui lectican ferabant, sic ut coram posterior in flumen incideret, altero in nave enim lectica, super extrema marginem pendula remanserit; et memini dubitanto, quin eversa nave paralyticus quoque et quotquot simul vehabantur provolvendi esset in flumen, et aquis sufficiandi. Omnes igitur elata voce cooperunt exclamare, O B. Salvator, auxili tuo manum devotis porrige; quippe qui tui visitandi causa, et Dominum nostrum apud te honorantib, in viam nos dedimus. Et subito ab isto periculo liberatosse, navimque indeinem ripas vulnerum applicatam. Cum igitur ad locum pervenissent, paralyticus, susceptis rite Sacramentis, juxta aram principem colloccari se justis, ad quem veniens Fr. Salvator dixit: Quot annis

paralyticus in lecto decumbis? Sedecim, inquit ille. D Tum Sanctus: In nomine Patris etc. surge, quia sanitas tibi a Deipara Virgine restituitur. Nobisnam tem an surgere posset, per manum ultro arripuit Sanctus, elevatusque ad aram duxit dicens: Hic Deo et Matri ejus age gratias, quæ sanitatem tibi perfectam reddit: itaque sanus perseveravit, domini cum gudio magno reversus, Dominus Abdón Masdei, Presbyter ecclesie Cathedralis Gerundensis, testatur se brachium sinistrum ita contractum in mundum nascendo attulisse, ut deinceps nec elevere illud nec ori potuerit admoveare, aut capiti impunere. Auditus autem Dei per servum suum mirabilibus, cum annum aetatis duodecimum attingeret, ad ipsum portari voluisse, et sola benedictione sanitam praesentem adfuisse praedictis de navi et paralyticis miraculis.

42 Eleonora de Garibea, nobilis Gerundensis, mamillarum unam cancro infectam habens, chirurgos e Francia evocari jusserset: quibus curationes suas per annum duodecim continuantibus, nec quidquam proficientibus, Barcinonam se transferendam curavit ad conventum Domine de Jesu dictum, quo istis diebus Fr. Salvator advenerat; ibique supra E viginti hominum millia reperit, partim civium partim extraneorum, qui eo confluxerant, vel sanitatis recipiendæ vel Sancti intuendi gratia: cumque etiam ipsa ad illius praesentiam pervenisset, provulsa in genu obsecrare coepit, ut se quoque sanaret: cui ipse dixit: Triduum jejuna, filia, confessaque et sacro refecta epulo Virginem deprecare pro imperanda sanitate et post tertium diem ad me revertere. Abiit, fecit, regressa est, ut fuerat imperatum: ille autem mamillam ejus apprehendens, omnem ex ea saniem expressit, et facto Crucis signo dixit: Wade, filia, jam tota es sana: itaque esse admirabunda cognovit.

43 Ejusdem civitatis Gerundensis mercator, cognomine Campollers, cruce uno mancus erat, enclisisque ei scindentibus ut Hortam iret certo sanum dicas, irridelat miracula que Sanctum virum facere audiebat. Denique cum praedictus paralyticus Eques sanus revertisset, nec diutius posset resistere, importunitam amicorum suasionibus, instanter urgentium ut eamdem ipse peteret medicinam: Vadam inquit, verum se crux non personato revertar, vos mihi bursam meam sanabitis, restituente pecuniam, quam vestri caossa frustra in iter insumpsero. Igitur igitur et cum multis aliis posuit se ante Beatum, qui benedicebat singulis dicens: In nomine Patris etc. ad ipsum autem cum pervenisset: Tua quidein, inquit, F fibbia non sanabitur: sed brevi sanus eris a malo bursie. His ille auditis surrexit indignans et dicens: Fraternalis hic diabolus haud dubie aliquem habet, qui ei retailit verba mea, quia ego hinc prouul ad centum et viginti milibaria dixi: itaque domum reversus est, explosus irridensque miracula que fieri dicebantur, sed celeri extinctus morte, quam totius familiae ejus est subsecuta tristitia, veritatem predicationis de finienda brevi ipsius bursa comprobavit.

a In vita an. 1602 dicitur cum induisse habitum rusticum seu agricultor. b Id nomine ipsi nave fuisse invenit textus Rulicus; recente cum minatu isti navelis propria nomina impone non soleant, atque vel fluminis Beludonis seu Besacii ostium, resquimillarium Barcinone, alias illi rurus S. Andreae; existimatius sic dicitur nomen, quia ad istius trupuctus stationem pertinet.

CAPUT VI.

Prophetia donum in B. Salvatore variis exemplis declaratum.

Quidam a nativitate eucus, Joannes nuncupatus ad B. Salvatorem venit; cumque ad villam a Arenes pervenisset Hortæ vicinum, obvium habuit Andream

cit. viii
a

Calaps

Item mamilla
caerulea exesa:

non au em
avart et
increduli
cauedam
tesum crus.

A Calaps, qui et requisivit quo iret. Ad diabolum, respondit cæcus. Absit, inquit Andreas, ne dixeris. Tum caens : Num satis justam desperandi caussam tibi habere videor, qui supra ducentorum milliarium iter confeci, hominius enjusdam, quem aiebant Sanctum, adeundi gratia; et modo Sacerdos quidam ex villa Calasseit mihi dixit, quod ille nequaquam Sanctus sit, sed impostor, et falsorum miraculorum operator; ut proinde opus non fuerit ad eum me proficisci: parum igitur abest, quin laqueo mihi guttur præcludam. Possum, inquit Andreas, scire Sacerdotis illius nomen? Potes, respondit cæcus et nomen edxit; quod, propter ea qua mox dicentur, ne cognatione ejus creetur infamia, hic omittitur. Ille autem dixit eum : Vade, frater carissime, et magna cum fide Sanctum Dei visita, cujus hue causa veniam, nihil dubitans quin speratam oculorum lucem consequenturus sis. Juratus namque tibi affirmo, quod me presente cœris pluribus visum deih, surdisque et mutis auditum et loquela. Vidi ab eo curiosos energumenos; vidi plurimos, dum istuc esse, quotidie ab eo miraculose sanatos. Cum autem et ipse sanatus redieris, hac revertere, et apud me hospitium sumi : simul et nomen suum, quod memoria retineret, cœco enuntiavit. Igitur ille jam melius animatus, eoque perveniens Iesus est confiteri atque communicare, et fidem certam collocare in Deum, quod esset per matrem ejus illuminandus. Quibus factis redidit ad Sanctum, qui sua eum benedictione impertivit : Aperi, inquit, oculos, et in me respice. Ille oculos apernit : eni Sanctus Men' video! inquit : Video, respondit qui cæcus fuerat : jussusque Deiparae gratias agere non distulit ad Andream latens reverti, eique felicem consilii sui successum gratulando annuntiare. Neque multi postea effluxere menses, quin Sacerdos ille reprehensus est haereticus esse, atque ad Inquisidores delatus certo fuisse capiendus, nisi comprehensores suos arrepta in Franciam fuga prævertisset; unde, quid eo factum sit, numquam deinceps est auditum.

B *Johannes Carolus ejusque uxor Susanna, ex villa b Bezeit, videntes nullam procreatarum a se prolium remanere in vivis, decreverunt simul proficisci ad Sanctum, et coram eo venientes dixerunt : Frater sancte, pro nobis infaustis peccatoribus apud Deum intercede : nam quotquot hactenus genuimus liberos circa sextum a nativitate mensem mortui sunt. Quibus ait Salvator : Ite et confessionis atque Eucharistiae Saramenta suscipe, et in nomine Dei genitricis, miracula facient, tibi prænuntio,*

C *quondam filios sitis generaturi, quos ad maturam tetatam perductos videbitis. Deinde ad mulierem conversus. Tibi vero, inquit, prædicto quod servituri sint senectuti tue, multaque ex his jucunditatem ipsa sis perceptura; facile innuens moriturum ante ipsam maritum : reliqua autem, ut prædixerat, sic lacta sunt. Vivit enim in hodiernum usque diem id est. annum octoginta, eterque filius, matrique magna cum obedientia et observantia serviant, atque omni honore et amore prosequuntur.*

D *Domina Helena de Cardona, Caralitanæ civitatis in Sicilia matrona nobilissima, multis vicibus sanctum hunc Fratrem rogavit, ut filium sibi impremitaret a Deo : ad quam ille petitionem numquam verbum respondit. Itaque die quodam subirascens, Quid, inquit, Fr. Salvator, petitioni meae non respondes? Quia, inquit Salvator, rem petis caro tibi statuam. Quocumque, refert illa, mibi pretio steterit, nihil euro, modo filium habere beat. Tum Sanctus : Eia acquiesco : hahebis filium : verum vide ut tuas cum Domino rationes bene habeas constitutas : caro enim tibi stabit filius iste. Concepit ergo matrona ista Dei Matri devotissima filium, ac*

vivim peperit et nomen ei baptizato Joachimi imponuit, atque ipso partus die sub vesperam est extincta.

E *47 Hispaniarum Rex Catholicus Philippus II, cum auct. doma
sum aula Manzonii residens, ad se accessiri jusserat
Dominum Admirantium Neapolitanum, Raimundum Folcum de Cardona. Erat hic in sua villa e Bellpuig
Admirantium Apolloniam*

dicta, cum hinc ad eum allata nova non molice ipsius animum consternarunt, scientis nonnulla indignatione motum contra se Regem, timentisque ut ex honore et commodo suo esset ea appellatio. Cum

igitur Beatus Frater tunc temporis iludem loci coemus ageret monasterii, et nullus hebet miraculis clarus in magna tamen apud omnes esset opinione sanctitatis,

jussit eum advocari Admirantius, eique seorsim accepto dicit : Fr. Salvator, mandavit mihi Rex, ut ad se veniam : maleque metuo ne propter negotia Neapolii peracta, Majestas sua Manzonii nihil se tem-

*na e cultu in
nullam me uen-*

ad se veniam : maleque metuo ne propter negotia Neapolii peracta, Majestas sua Manzonii nihil se tem-

exhibeat subfonsus : verum, obsecro, pro me Domini

deprecare, ut propitium ipsum mihi ac pacatum reddat. Confide, respondit ille, in Dominum et

matrem ejus, quia non modo nihil istuc tibi adversi accidet; sed magnus honor deseretur. Cumque instaret Admirantius supplicans ut sibi indicaret, quia de

causa Rex enim ventre jussisset ; respondit Sanctus :

Dificili loco res tua esse videbuntur, usque ad illud punctum temporis quo ad Regem intrabis : eademque hora omnia tibi in plenum gaudium convertentur, nec minorum honorum : atque istud ex me tibi dictum memineris.

F *48 His Salvatoris verbis optime animatus heros,*

ad aulam properavit intrepidus : ubi non defuerunt,

qui, ut inter Magnates fieri assollet, male ipsi asserti palam factarent, quod etiam aliquis ipsi in facie dixit, non alius quam caput ejus peti a Rege, ea de causa votum esse. Perstans nihilominus ille animo imperterritu, fretus pollicitatione Salvatoris, et

impavido ad Regis manus exosculandas ingressus est, nobilium comitatu sollicite in atrio præstolante

eventum colloqui : enihs hoc principium fuit a Rege factum : Opportune enim vero hinc advenis : nee enim nisi dñe elapsæ sunt horæ, quod certa per veredarios accepi multa de oblatione d Perpinianæ a Fran-

cis inchoata : quapropter omni postposita mora, et

colerto indecumque ex regni nostri provinciis,

quantus subito colligi poterit, militi, istuc propera,

et quod de tua virtute confidimus strenue incunctanterque exequere. Letus tam honoratis imperis Admiantius, et Regis manu deosculatus, collactantibus

gratulantibusque amicis, in aream palati pro-

dit ; et regios tobacines ad se vocatos proclamare

jussit, enicumque venire enipenti ad solvendum obla-

dionem Perpinianensem paraata esse apud Admirantius Neapolitanum ex proprio ipsius rete stipendia,

pro suo enique gradu. Consensuisseque epis festinus

abit in suum Bellopoliensem villam, ibique ad se

accessitum Fr. Salvatorem, omnibus commendavit

ut Sanctum, qui sibi encta eventura prælixerit.

G *49 Senex quidam Calaritanus aliquando fuit obtutus Sancto, ut visum reciperet oculorum : verum obstat*

deprecantibus pro eo amicis respondit Salvator :

Nunquam iste desideratum obtinebit gratiam, quia

numquam dimittet peccatum grave, sibique ex multo

tempore quotidianum. Quod reipsa patuit : quantumcumque enim cognatus quidam ipsius instaret,

ut illud quocumque esset expiare vellet confessio-

spontanea, numquam persuadere ei quidquam in

anima sua utilitatem potuit, atque ita etiam exercit

corpo quod vivit remansit. Domina Iberonyma

Cardona, Abbatissa religiosissimi monasterii de Pe-

tra-ulta Burcinone, testatur vidisse se cum aliis

monialibus suis, quod Fr. Salvator cœci visum

redderet : addidicisse eo successu excitatam se, lo-

locutam

*Cœcus ab
impi
Sacerdos
sua
defectus.*

*ad camdem
alti suadente
redit.*

*et uim
recipit :*

*Sacerdos
haereticus
deprehenditur.*

*b
Prædict
Brah
sterilitus
concupis
problem.*

duo futura -

*matronem
prole
cupi-
dum,*

*reputu
meritorum.*

AUCT. DIMA
SERPI
*e
Cognocit
Gerbienis
expeditionis
successum e*

*null infantis
furura erga
matrem
et fructum,*

*n o r t e m alteri
i m m i n e n t e m ,*

CAP. VIII
Prebyster
occulum
excommunicatio
m.

*Curri
apotelema
grande*

*et lingua
loquela
inceptam.*

*menti culdum
benedictum,*

Acutam ipsi fuisse atque rogasse, ut pro duobus cognatis suis in bellum e Gerbiense prefectis deprecator existeret apud Deum. Qui respondit: Alter quidem eorum Fridericus premium suum apud Dominum obtinet; alter vero, Joannes scilicet, captivus agit Constantinopoli; brevi (ne ea te cura sollicet) redimendus, maximoque in honore, quantum alius eius quispiam, futurus apud Regem Philippum. Ergo, subintulit illa, mortuus est cognatus meus: cui Sanctus. Ne mortuum dixeris: neque enim mori dicendi sunt, qui in obsequio fidei vitam ponentes, jam suam apud hominum merebent possident. Eoque dicto se convertit et abiit. Post mensem vero multum adfuit, exercitus nostri cladem portans, in qua Fredericus vassus, captus vero esset Joannes: Regi deinde Philippo tam vassus ut hodieque Navarra gubernet cum titulo potestateque Pro regis.

BAngela Tarragona Barcinonensis affirmat, ex puerperio relictam sibi fuisse paralysim, a qua se curandam deportari fecit ad Sanctum, qui sibi supplicantem dixit: Equanimis es tu, vult enim Deus isto in morto ut perseveres: verum hic, quem perdisti filii latram te faciet vivere senectutem, mortuo ante te marito tuo. Planeque sic evenit, ut praedixit Salvator: et ipsa usque hodie a filio suo hominibus servatur. Sunt autem anni plus quam quadraginta, quod istud accidit, nempe ad diem quo istud in processu coram Barcinonensi Episcopo formato declaravit. In monasterio S. Clare Gerundensis urbis, soror Hieronyma Camps manibus contracta accersivit Beatum, qui apprehensaram manum ejus digitos rectos ac sanos fecit. Vetus eundam gravem capitum dolorem patienti et postulantibz ab eo liberari; O sanctus, inquit, terreus: vade, quia citi ab isto dolori crisi libera: mortua videlicet, ut eventus docuit. Alia non mihi penitus erat, quique obnoxia, cum similliter petret sanitatem, respondit ei: Cum sis inde usque adeo iracunda atque difficulti adversus omnes dominicos tuos, multo magis expedit ita manere te: neque enim si convalesceres, vivere aliquis tecum posset. Dolores itaque tuos ad modicum sustine, et in veterum beata crisi.

C32 Venit aliquippe ad virum Dei Stephanus Pasqualis Presbyter Gerundensis, multi paris vomican habens in facie, coque malo jani decimorum annum laborabat: ipse autem seorsim acceptum in monasterium dicens secreto monuit, quod extra Ecclesie communionem viveret, et ideo deformem istum morbum paterneretur; a quo liberandus esset, simul atque excommunicationis vinculum sibi solvi petisset: quod beneficium ut a suo Episcopo postularet hortatus, persuasit homini ut morem gereret recte momenti, itaque opifatam consequeretur sanitatem. Minus mense fuit in muliere quadam, cui Joannae nomen, a grandi, quod vultum occupaverat, apostolato curanda: audiens siquidem in villa f. Aulot ubi morabatur mirabilis hominis Dei opera, iter ad illum institutum sonum, et sola benedictione ipsius sancessit. Pari promptitudine in civitate Gerundensi curavit viri unius linguae alio magnam, ut nec intra os contineri posset, nec formando sermoni esset idonea: signo enim Crucis super eam formato, apprehensam sic constrinxit, ut intra justam mensuram collecta suis deinceps usibus omnibus deseriret, et imprimis referendis Deo pro accepto per ejus famulum beneficio gratias.

D32 Recepserat aliquippe se Heroldum Salvator, ibidem esse functionis officia, cum istuc adolescentis Gerundensis moraretur, Joannes Ornos dictus: qui absoltus in ea academia studiis, et Doctorali Juris barea donatus, priusquam revertetur in patriam, Sanctum adiuvit eis se precibus commendatorum. Hic juveni bene precatus, addidit. Vade feliciter, fili, et esto Virgini matre semper devotus, favorem enim ipsius experieris: unum autem memori hinc animo aufer; ut scilicet cum Gerundam redieris, atque per forum publicum illius urbis transibis, curiose consideres domorum fenestras in quarum una videbis puellam emere indutum, que uxoris tua futura est. Aliut actis gratiis juvenis Doctor, suamque ingressus urbem curiose excepit fenestras observare, in foro potissimum, omnisque, propterea quod vehementissimum eo die spiraret ventus, clausas reperit: itaque dum de B. Salvatoris praedicatione secum ipse dubitare incipit; audivit sonitum recluse fenestrarum, ad eamque se convertens puellam cinereo colore vestitam vidit, filiam nobilis mereatoris Nicolai Terrie: ex quo conspectu diversarum cogitationum fluctibus agitatus, nunquam illac amplius transire voluit, quamvis et ipse visum virginem subitasset, et viceissim ab ea par humanitatis receptionis set adiunxi: sed penes se ipse constitutis movere nihil, potiusque expectare quo ratione matrimonium illud tandem foret conclusendum. Post aliquantum igitur tempus accesserunt ad ipsum quidam nobiles, exposueruntque, quod habita ratione virtutum ejus uxorem ei legissent, divitem pariter et formosam, ejus quem diximus Niculai filiam, emi quo et publice matre jam esset de nuptiis illis conciliandis actum, nisi ipse almuneret. Quae cum ex praedictione B. Salvatoris procedere agnosceret juvenis, gratauerit sponsit, placere conditionem, et gratum ac ratum habere se velle quidquid ab his actum erat, quorum benevolentiae prudentiaque plorimum fileret. Itaque ad finem res perducta est, et sponsus devotissimus Sancto veniens, solitus praedictionis hujus seriem hilariter amicis suis enarrare.

Ea Hocce perpperum Arcens et Areus, solus Iheroldi Algos interfecta distans; ultra quem incidentem versus in distantiis manus multiorum tubul collocant villam Gerundie, qua transiens eurus congetus forat in desperationem circa circinendum: otiosum ad partem quoque meridionalem Hocce villa est alia xque vicina ex dictum filiorum: Atque in tabulis numeratis. — b Hocce Casimirius postulans, in campo regnum Aragonum et Valentia, distans Hocce ad meridem sex ferrum milia: — c Inter Monzoniam et Cardona hinc sedecim milie actu excites teuca distans, ad caput rivuli inter ultramque Xugueram usque Stevum invenientem. — d Comitatus Biscayensis caput est, ad confinam Francie et Cataloniae obsecuam tam a Francis puse epus bellis trupressus, quod unum contra Francos extra Italiam Philippos II gesit, anno 1557, velontiam et 1559 puce Bellum, hispagni legatus, facta ergo rumoris hi fuerint, vel Francorum comitatus sum obitum tam mature, ut ea expositio nihil habuerit ad historiam memorabilem. Videri poscat anno 1558, intercepto Calisto, annuissores Franci, bellum, quod eutrus auge ostendebat, inferendo populus voluisse. — e Est Gerulus seu Zerlos Syris minoris in Africa insulu, quam occupatam anni 1560 invito, dum primitus rovatus manuauit Christiani et omnibus multique nationibus culti, omnia est occupanda. Tripolis opportunitas, et spatium colligendi sui datum Tunc quoniam adventu in terrena fagno acti Christiani, ultra pyram matrandas se præbuerunt mense domi: ipsum autem eastrum, quod exterricant, aliquando generose propagnatim universo sub extremo domi. Ea repudita scripturae credulitate oculatos testes habuit, quos in continentibus Hispani Spontanei ciuitates videlicet. Vbles etiam potest Endovici Rubrica de Corduba in rebus gestis Philippi II lib. 5 cap. 8, 12, 13, quo ultimo capitulo narrat, quomodo ex adiunctis Constantiopolim captivis anno 1562 precipiti sacrum, per communitatem Torecium in Hungaria captiuorum, redempti fuerint a Ferdinandu Imperatore: quoniam tamen pauci soli redierunt; et scilicet qui maius afflictum Tunc tyrannus aspergunt habentes, propulsis expulsis vivere per hastas maluerunt, itaque evaserunt lethiferum sociis retibus toxacis: quos int. inquit B. Joannes de Cardona huius in vita anno 1602 Joannes hic dicta religiosa non vocavit fratres, sed primos, id est, cognitos. — f Vetus ad eordiu fere plurimi ex Chiria amitti, ubi Gerundensi ad Boccam interrutto horarum quotuer.

CAPUT VII.

Varii mirabiles curuti a B. Salvatore.

FElephantist laborabat Catharina Oliveri Germanensis, eamque ad se deveetam et confessione ac sacra communione preparatam solita benedictione curavit. Petrus Sabatir ville Zivissensis Presbyter de se testatur, quod puerili in aetate grave patiebatur membrorum a sercolis circa collum enatus: quibus removendis cum nihil prodessem adhibita medicina

*indicat quo
sit futura
ejus uxor.*

*Peripianum
an obsecum
an. 1557?*

*Gerondensis
iales in
Africa,*

*captivorum
permisso.*

*Sicut ele-
phantista:*

A initia, ductus a patre ad Sanctum est: qui, eo consueta benedictionis formula in nomine sanctissimae Trinitatis munito, dixit ad Patrem: Tuum istum filium ad Confessarium ducito, duodenus est enim: et jube rosarium sertum tertio percurrere; ita sanabitur. At puer indignatus non queat ac aliis sanitatem sibi esse vestigio collatum, uihil eorum facere voluit quae fuerant imperata, et ira plenus domum revertit. Post duos vero menses Barcinone puerum in platea offendens Salvator, Quia exigua, inquit, fides tua fuit, ideo sanatus non es. Respondit puer: Nunc abeo in Franciam ad Regem, Pater, ut sanitatem per ipsum consequar. Neque tu Regem videbis, replicat Sanctus, neque ab eo sanaberis, sed ad me sanandus reverteris. Abiit nihilominus Parisios puer, et urbi appropinquans obvium habuit militum globum, prohibendis per regnum tumultibus expeditum, e quibus audivit mortuum esse a Regem, a quo proinde frustra se curandum speraverat. Veritatem igitur factae sibi predictionis agnoscentes, ad Beatum rediit Salvatorem, qui sua eum benedictione perfecit sanavit.

B 54 Lazarus Bruels, Presbyter Gerundensis, brachii dexteri usu, jam inde a tertio aetatis sue anno privatus, sic ut ultra cingulum illud nequiret attollere, anno tetrtis sua: vigesimo ad virum Dei adiit; qui manibus brachium apprehendens, ad caput usque illud produxit (quodante hac facere nunquam potuerat) dicensque In nomine Patris etc. ac brachium eatenus contractum extendens. Vide, inquit, quam longum habeas, et signum Crucis eo designa: quod continuo fecit, eoque deinceps expedite usus etiam Sacerdos est ordinatus, propter ipsius Sancti amorem et affectum gratitudinis erga Deum. Hieronymus Vicarius Gerundensis monacha, cum adhuc esset annorum duodecim, collum vomicis plenum et scrofularum morbo fede inflatum habebat, donec ad Sanctum delata, benedictione ipsius libera ab omni incommmodo facta, gratias deinceps Deo egit proximamente.

C 55 Elisabetha Ribera, nobili stirpe Tarracone orta, octavum circiter aumnus ingressa, incidunt in paralysim, et lecto exinde affixa jacuit, intentissimis per omne corpus cruciata doloribus, ut ejulare numquam cessaret. In quam cum pater suus longo tempore magnum fecisset pecuniarum impedimentum, desperato tandem artis humanae remedio ad divina se convertit auxilia, eamque cum matre ac famulito necessario ad Dei servum misit, clamentem per iter dicentemque, O B. Salvator adjuva me. Ascendendum erat aspernum nimiumque acclive jngum montis: quo dum enituntur muli, excidit eis retrorsum lectica: nec dubitabat mater, et qui aderat filius alter cum famulis, quin gravi easu afflictam infirmam mortuam essent relaturi. In planetum igitur convertuntur et ejulatum: quos illa sic afflictos videns, oculos ad eum sustulit et dixit: O B. Salvator, in hoc nunc me periculo adjuva, ut ad te simul omnes possimus pervenire. Ah, vir sancte! qui fieri poterit, ut tam asperi montis ascendamus fastigium, nisi tu auxiliu tuleris? Eoque dicto puella, que multis annis non potuerat manum ad os adducere, exilivit e lectica, atque in amplexum matris eucurrat dicens: Eia mater, animos resime: jam enim a B. Salvatore me sanatam vides. Age pariter pedites ascendamus hunc inmontem: vos mihi manum ascensure porrigitate. Stabant affoniti quotquot aderant, imprimis dolentissima mater: dein maceroe converso in letitiam, quod supererat vice conficunt alares, et solam Sancti viri benedictionem exposcent. Qui puellae dixit: Vade et sanctissimae Matri gratias age, que te salvavit in via, cum cecidisset lectica: prout illa lata ac sana fecit, antequam dominum regredieretur. Ut

D autem eo redierunt, redarguit uxorem suam maritus, quod Sancto assistens non etiam puerke caput, a multo tempore in humerum dexterum flexum, eidem obtulisset erigendum. Itaque cum post aliquot recto statu redditur.

AUCT. DIMA
SERPI
idem caput
recto statu
redditur.

autem eo redierunt, redarguit uxorem suam mari-

tu-

tus,

recto statu

redditur.

E 56 Per eamdem civitatem transiunti oblata puella est, Joanna nomine, cui Persici mali ossiculum ita adhaeserat fauicibus, ut neque deglutire illud ultra ratione posset, nec foras educere, quemcumque media adhiberentur: cumque jam quintus is esset dies, de vita ejus conclamatum esse merito putabatur. At Sanctus leniter subridens, O quam gulosa es, inquit: et addens In nomine Patris etc. alapam ejus maxillae levem inflixit, dixitque: Huc, age, mihi illud in manum expne: quod absque ullo omnino labore continuo fecit, ac mortem evasit. Testatur de se Joannes Mistre quod toto corpore natus sit contractus, sic ut manibus supra genua positis agre didicerit ambulare: quinquennem vero se narrat portatum fuisse a patre, istuc ubi esset a Dei famulo sanandus benedictione accepta: in cuius beneficii agnitionem sacris se initiari veluisse Ordinibus, et Presbyterum rite consecratum fuisse.

F 57 Pares Dertusani civilibus collatae sunt per Sanctum gratiae. Erat in his Francisens Christophorus, multis annis continuis alvi, doloribus, quibus nullum inveniebatur remedium, exercitus; donec nempe Hortanus astitit, ubi ei post imperatam Confessionem Communioneque, benedictionem suam impetravit Sanctus, et subito sanitati restitutum dimisit. Petrus quoque ibideam pauperculis manibus genibusque reptabat per terram: tantumque etiam sic effecit, ut Hortani adrepens pervenerit ad Sanctum. Qui pueri adspexit miserando commotus, benedictionem ei suam dedit, erexitque in pedes, quibus d'inde semper recte est usus. His addamus Monferrandam Pasqualem, ex villa b Xertana diocesis Dertusensis, quam ab annis quinque incurabilis hydrope laborantem, maritus suus, Antonius Armengot hydropem tollita, Hortanus fecit ad Fr. Salvatorem deferri. Qui post consueta Confessionis Communioneque remedia sue ipsi benedictionis signaculum et simul perfectam dedit sanitatem.

G 58 Alis quoque mirabilibus signis servi sui sanctitatem voluit Deus declaratam, ut patet ex processu facto coram Episcopo Dertusensi. Nam die quondam una ante meridiem hora, cum ante portam ecclesie S. Marie de Horta plusquam duobus horum omnium milibus benedictionem suam impenderet, supra cruces tres, in monte Calvarie positas, tres faces apparuerunt: quibus communota multitudo, et Miraculum, miraculum exhalans, pars ad Sanctum ruerunt, habitum ejus pro reliquis asservandis frustatim diripiens; pars ad ipsas cruces, ex iis similiter frusta auferens, secundaque sunt eam apparitionem plurima sanitatum divinitus obtentatarum prodigia. Abas enim paris numeri multitudo adesset eorum, qui vel curandi advenerant ipsi, vel curando adduxerant alios apportaverantve; nec in monasterio inventaretur Beatus, solitus his ad turbam congregatam benedictione sua signandum prodire; sed in altissimo monte, qui Hortensis jungitur monasterio, orationi vacaret: omnibus alta voce clamantibus, O Domina et patrona nostra Maria, fac ut servus tuus inveniatur; visa est in conspectu omnium candidissima nubes devolvi ex monte: quae ubi terram attigit, ipsa quidem dispernit, Beatum vero Salvatorem omnibus ibidem conspiciebundam reliquit: qui omnibus benedicens, plurima eodem die miracula perpetravit. Habetur hoc ex predicto processu, ex pluribus vero confirmata frequentia.

CAP. IX
Trum
facularum
culo descensus.

F

Nobis Beatum
e monte
deferens:

F

raptus
frequens.

AUCT. DIMA
SEBPI

*Sanct
paralyticum,*

*oculo uno
cream,*

*energume-
nante;*

*fontem e-
tazoo effecit;*

*curat luxatum
brachium;*

*sedate exstata-
m a dñe ore
tempore;*

*ad natam +
ruth carnem.*

*et hydropem
tollit;*

*a
Curantur n
B. ait scabies
capitis,*

A tur, quod divinis contemplandis intentus saepe extra usum sensum raparetur: adeo ut quadam vice cunctis inspectantibus, coram altari B. Mariæ de Horta genuflexus, sublatus a terra sit plusquam cubitis duobus.

59 Joannes de Rosis Tortosae a prima pueritia paralyticus, ad B. Salvatorem delatus, jussusque ter Pater et Ave dicere, ac postea benedictione illius signatus, membrorum usum expeditum accepit. Ibidem nata Candida Sessa, sic ut ex uno oculo videret nihil, cum ad ipsum venisset et ejus benedictionem obtinuisse, disparit gemina quæ oculum illum obtegebant, et utroque deinceps oculo claro est usus. Ad eundem adducta fuit puella energumena, pro qua oravit ille primum, deinde factio Crucis signaculum dixit: Impero tibi maligne spiritus, ut ex hac Dei creatura egrediens non amplius eam affligas: et mox dampnum imperanti gessit, nihil cunctatus. In altissimo illo quem supra diximus monte, finiens orationem, cui varaverit, plerumq; malleo instructum ad se accersit, coquè jussit percutere saxum, quod monstrabat; aquam e saeo divinitus dandam promittens: que ad ietum mallei continuo exilivit, et in hunc diem scaturire non desinit ad plurimorum morbidorum solatum, qui eam devote haurientes a suis infirmitatibus liberantur.

B rum solatum, qui eam devote haurientes a suis infirmitatibus liberantur. Cum Marchionissa Armatetta de Tortosa quindecim annorum puella esset, tum enorim luxatum ei brachium est, ut ei restituendo nullam rationem excogitare valentes medici, ipsum præsentendum esse judicarent: sed visum est salvis ad B. Salvatorem recurrere, qui confiteri et communicare jussam, sua mox benedictione sanavit.

60 Ad duo circiter hominum millia in montem Hortanum convenierant, non capiente oppido multitudinem tantam: quos cum perterritos in fugam agere daem non libiretur, constitutus in oratione Sanctas quid machinaretur agnoscit, ac foras progressus turbam vidit supra modum consternatam, quia cœlo præter morem obscurissimo, horrendo cum fragore circumstrebat tonitrua et creberrima fulmina emicabant: quibus dixit, In genua mecum pariter omnes procumbite, recitatoque Pater et Ave fugate inimicum, formidinem vobis invenire suis artibus molientem. Quo facto, serenatum illico cœdum est, et optata cunctis lux respendit, nec fuit quisquam qui dubitaret, quin immutatos tempore statim daemones vir Sanctos violisset. Violanta Falcona Xertæ patu, sic ut e fronte ad os usque pendulum carnis monstroso frustum vultum ejus omnem deformaret.

C atque ad Sanctum a sui matre deducta, solo Crucis signo molesta illa appendice liberata extitit. Joannes Sebe Tortosanus, decimo octatis sue anno intercute aqua sic inflatus, ut dololo similis videretur, accepta ejusdem benedictione ab eo andavit: Age nunc, ad Virginem ubi gatias ei acturus, quia deinceps sannis vives: et eadem horu recedente tumore, perfecte sanus cunctis apparuit.

a Hispano Regno continuata hoc tempore funera luxit Francia, Henrici II anno 1539 die 10 Iulii; et Francis II anno 1560 die 25 Decembri extinctorum — D Cretalem appellat textus Italicus: est autem Xerla prolus trans Iberum, quatuor passuum militibus versus Aurenam distans Tortosam pro quo hic perperam scripta erat Uruguensis et infra Octosensis diocesis.

CAPIT VIII. Mælla facta miracula.

In oppido a Maella Cæsarangustane dioceseos puella fuit numerum duodecim, cui fœda scabies totum caput operuerat, Elisabetha Comas dicta: desperata autem mali curacione filiam ad Sanctum duxit pater, et sola manum impositione ac signo Crucis eamdem prorsus mundatam persanatamque reduxit, una cum filio parvulo, cui idem Sanctus

benedictione sua herniam, quam patiebatur, curavit. **D** In eodem oppido Michael Catalanus, viginti annorum adolescens, totum corpus operiente lepra, nullis remedis diu frustra tentatis curabili, medelam a Beato flagitavit. Qui ei dixit: Prius de spirituali lepra quam de corporali cogitandum fuit: abigitur, et peccatorum sordes Confessione eorum elue, tunc sacro epulo refectus ad me revertere: quod cum fecisset, eumque Sanctus signo Crucis signasset, jussissetque in Deipara Virgine confidere, deciderunt ex corpore ejus squammæ omnes et concreta ex sanie crustæ, pleneque inundatus ad propria remeavit. Idem autem Michael in ipso processu iuridice affirmavit, quod, cum mundaretur a lepra, adstantem sibi habuerit parvulam, cujus manus altera fœde contracta et digitæ prorsus consumpti erant: quam accipiebus Sanctus, rectitudini sue integræque restituit sanitati, cunctis quotquot aderant inspectibus.

62 Hæ quoque, quarum curationes subjungimus, eodem in oppido habitabant: prima quidem Susanna Matthæi dicta, quæ dentium cruciatu ingenti afficta, facien foede tumentem ad Sanctum attulit, acceptaque cum signo Crucis benedictione putrefactum dentem sine lassione expuit, et omni dolore soluta recessit, Elisabetha deinde Costa: cui a patre afflictæ oculum dexterum imposita manu dataque benedictione Sanctus sanavit a fistula, eidem octavo anno aetatis innata. Quod cum fieret meminit eadem ad ductam fuisse puellam a nativitate cœcam: quam cum simili modo Salvator benedixisset, et oculis ejus manus imposnisset: Nunc, inquit, eos aperi et respice Dominam, quæ est in hoc altari. Aperuit autem illico puella oculos, et interrogata quid videret, Dominam, inquit, sanctissimam video, brachiis filiorum suum complexam. Vade ergo, subintulit Sanctus, et debitas ei gratias age: non enim ego, sed ipsa te sanavit. Similiter et alius cœcus natus, coram Catharina Miravelle oppidi predicti indigena ad B. Salvatorem adductus est: qui cum ictum deprecaretur pro obtainendo visu, Tu credis, inquit, fili quod ego te possim sanare, et deciperis: verum cum firma fide orandas tibi Dens est, ut per intercessionem suæ benignissimæ matris lumen tibi concedat oculorum. Credo equitem hoc etiam, respondit cœcus. Ergo: Pater et Ave cuncti recitent, inquit Sanctus: et oratione finita prosecutus est dicere: In nomine Patris etc. moxque cœco datum est videre lucem, quam suis oculis numquam usurpaverat.

63 Venerant etiam Maellani peregrini quidam Navarrai, secumque decennem ferebant puellam, et ipsam ab ortu suo cœcam, alias formosissimam: cumque omnis populus ibidem adcesset, vidi patrem matremque puellæ genua ad orationem flectere ante beatissimam Virginis imaginem, quæ supra vetustam quamdam portam tunc constituta, nunc ad forum sicuti oppidi translata est: filie autem sua dixerunt. Genna hie tua flectito filia, ubi Deipara gloriosa imago adoratur, eatnq; regemus ut venire nos faciat ad Hortanum Sanctum, qui lucem tibi oculorum tribuet. Vix sese inclinaverat formosula, et patris suo incepit dicere. Ah, pater: quam formosus est parvulus, quem Dominus nostra brachio sustinet! Cui præ gaudio attonita mater, An igitur eum intueris? inquit. Intueror sane, respondit illa: ipsisque, Miraculum, miraculum, inclamatibus, concurrerunt omnes, indigne illius loci, ut puellam ita recens ac subito illuminatam viderent. Parentes autem non propterea omiserunt adire Sanctum, qui eos monuit, ut Sanctissima Virginis gratias devote referrent, quod ei fecerunt.

64 Gabriel Tolquerins, dieti jam oppidi Presbyter, ad mortem æger decumulabat, cum per domum moribundus, ejus

A ejus Salvator transiit eleemosynas corrogans; quare a moribundi consanguineis enixe rogatus ut ingredetur, extremamque benedictionem ad vitam alteram transeunti impenderet, morem gessit rogantibus, lectoque appropinquans, Crucis super eum efformavit signum, deinde dixit: Manum mihi porrige, Gabriel. Illo autem porridente, addidit: Eia nunc Hortanae Virgini gratias age, quod praesentis mortis periculote exemerit: oras enim mane biuc exurges: statimque eum febris reliquit, et sequenti die in comitatu ipsius Fr. Salvatoris abiit ad Conventum Hortanum, ubi Sanctus habitabat. Vix autem eo advenierat, cum offerri vidit puerum a nativitate cœcum, mox facto Crucis signo oculis donatum abire.

puer cœcus.

Consideratione
mali granati

B 63 Ipso praecedenti die, quo Maella stipem petebat Salvator, ab Antonio Vughet fuit ad prandium invitatus. Placide hic annuit se venturum in mendicatione finita: ibi autem inter alia fercula illata est lanx malorum granatorum plena, quorum unum accipiens et cultello dividens, O Deus, inquit, si tam pulchro ordine cunctas hujus tuæ creaturae particulas dispositi, quam ordinata erit coelestis tui palatii species, ubi Angeli spiritusque beati magis ardebunt faciem contemplantes tuam, quam grana hæc pulcherrima serie distincta rubent. Quæ cum dixisset, in crucis formam extendit brachia, raptusque in extasim alte sublatus a terra est: quod predictus Antonius eum videret, exilij a mensa, multosque acciavit tanti prodigii spectatores futuros.

in extasim
fatuus Beatus.curator
tumidumet emorium
genilatenter plaga
purulenta,

ad 30 infirmi.

turba et muta.

66 Dominicus Miravet, ejusdem loci incola, affirmat in processu supra memorato, quod puer sibi spina intraverit in juncturam genui dexteri, quam ipse contemnebat ad flumen lavandi causa abiit. Verum mox instar ollæ intumuisse genu, cui trium annorum spatio nullam utilem medicinam facere chirurgi medicebat potuerint: quin potius auctum esse tumorem, carnemque succrescentem mortuam ac sine sensu fuisse. Nam cum idem, lignum quoddam super genu illud ita tumidum funderet, intrasse securum ipsam in carnem ad digitum unius profunditatem, nec tamen quidquam sanguinis effluxisse. Interim Maellam advenit Fr. Salvator eleemosynas petiturus, quem requisivit infirmi mater, ut filium suum sanare vellet. Fecit itaque Crucis signum super tumidum genu, et dixit: Cupio videre quam celeriter curras. Et mox assurrexit puer sanus, et currere per plateas coepit. Tum ad matrem Frater: Vade et gratias age Virgini Hortanae: ipsa enim filium tuum sanum fecit.

C 67 Joanni Andreæ ibidem civi filius erat, cui aperatum latus multum egerebat puris, nec adhibita a chirurgis medicisve etiam ferri carentis remedia profuerant. Hortam igitur ad sanctum Fratrem puer delinictebat: quo cum perventum esset, invenerunt Sanctum infinitæ hominum multititudini beneficentem. Tunc mater arrepto puer monstrare plagam Salvatori volens, coquè puerum denudans, vidi linæ adhaesisse plagæ: quæ revellens, simul etiam adhaerens iis putrefacti ossis frustum abstulit; quod ad benedictionem cunctis communiter impensau egressum e corpore, pueram ex integro sanum reliquerat: ipsos autem ad se venientes et gratas agere volentes, ad sanctissimam Virginem Salvator dimisit. Testatur quoque Michael Fustor Maellensis indigena, quod pater suis, in oppido Caritas dicto diocesis Bertusanae, supra viginti circos, surdos, mutos, clandos, attractos etc. viderit simon Hortam proficentes, indeque post benedictionem acceptam paulo post integras sanosque redire. Elisabetha quoque Albas indidem nata affirmavit, quod coram se adata ad Sanctum fuerit parvula, surda eadem et muta: pro qua cunctis qui aderant recitandum semel

Pater et Ave Sanctus edixerit, et facto signo Crucis D infantulam jusserrit Ave Maria pronuntiare: quod AUCT DIVA SERPI Sanantur, procedentia matris.

B 68 Catharina Squaneglia, et ipsa Maellensis testata est, quod trigesimum annum ætatis agenti post puerperium ita soluta sit matrix, ut deorsum defluens ad genua usque penderet; in eoque statu triennio integro perseveraverit, non sine intensissimis cruciatis, grandique pecuniarum impendio in medicos et medicinas: quibus tamen ad sanitatem recuperandam proficerit nihil. Itaque decrevisse se Hortam adire cum duobus filiolis herniosis, cum quibus eo adveniens ante pedes B. Salvatoris prociderit, sibi et filiis suis sanitatem postulans. Tum vero manilasse Sanctum ut peracta Confessione Communioneque ad se rediret, magnamque in beatam Virginem miraculorum effectricem collocaret fiduciam. Hæc cum fecisset ipsa, atque ad Beatum redivisset: voluit ei, ut ait, passionem suam declarare in aurem. Cui Salvator respondit jam sibi notam esse qualitatem mali, manuque capiti ejus imposita cum dixisset. In nomine Patris etc. Ex nunc, inquit, et tu et filius iste tuus sani estis, ite et Virgini gratias agite. Tunc illa: Etiam alter filius meus eodem laborat incommodo: et hunc, quæso, etiam sana. Cui Sanctus: Eum salvavit Dominus, cui sibi placitum fuit: voluntati ejus acquiesce, et quod superest sustine patienter. Affirmat autem predicta Catharina, quod ea ipsa hora restituvi in locum suum matricem senserit, nec exinde ullum in ea parte incommodum tulerit: filium vero suum ab hernia quæque perfecte curatum esse, qui nunc huic sue depositioni præsens testisque assistet, vegetus ac sanus.

B 69 Michael Carbonellus, ex oppido b Massaleone diocesis Cesaraugustæ, testificatus est, quod annum octavum agens, collum haberet instar scutellæ tumidum: ipso malo medicorum operam ac suorum spem diu eludente; tandemque B. Salvatori adductum, ab eodemque signo Crucis signatum, sensisse tumorem illum paulatim resolvi et demum penitus evanescere. Ad eundem in lectica delatus est Joannes Galcerri, ex vivo c Fatorella, paralyticus: cui communicare et confiteri jussò post signum Crucis paralysie, dixit sanctus: Eia nunc surge: quia sanus es. Ipse autem confirmatum se sentiens, subito exilivit, atque ut jesus erat Deiparæ Virgini miraculum adscribens, gratias ei ac Deo reddidit. Simili modo adducta ad se quænaturdecim annorum puellæ, fœde claudicatio. claudicanti, quia altero crure attracta, indeque uno quæ altero multa hærior erat, benedictionem suam impedit et dixit: Nume erus extende, quia sanata es: quæ mox utrique pedi æqualiter insistens, experita est utriusque cruris parem factum longitudinem esse per sancti viri orationes.

a Absit Horta ad Horrapelotem paulo plus quam quatuor militariis trans duos rivulos. Alios et Materruanum; qui a septentrione in Ortum difficit eorient, ac diuin liber ambi miscetur. — b Proximus Mella ad eundem Materruanum ripam vicus, sequitur nullario Hispanico meridionalior, non autem proximus Horta, quia Mellæ, — c Tu fabuis Falarelli, Horrator quam Horta nullarius doobus.

CAPUT IX.

Potestas in dæmones, futurorum prædictio, miracula alia.

P ræsentia B. Salvatoris admodum gravis erat dæmonibus, neque leviores erant molestia: quæ ipsæ vicissim ab iis patiebatur: unde quodam tempore cum Horta officio hortulanî fungens agricolam quemdam, nomine Michaelem Gueram, rogasset, ut postero die mane cum suis mulis operam sibi navare vellet in conserendis leguminibus ad usum Fratrum, ipse ex condito venisset, et mulos vellet aratro jungere; illi contra Dominum conversi, calcibus eum

CAP. XI
Dæmones
B. Salvatoris
infesti

AUCT. DIMA
SERPI
et multis
horto colendo
adductus.

exesse
judentur.

a
item alta
equitis Fratres
Hospitalis
molesti,

ex promissio
B. Salvatoris,

ab eodem
figuratur:

b
invocatus
curat mortuam
edendum,

A eum repulerunt, et velut a diabolo rapti sursum fuderunt in montem. Supervenit Salvator, totaque re intellecta ex rusticō, convertit se; et jugo, quod muli effugerant, vidit insidentes daemones: ad quos conversus: Istone vos, inquit, loco video maligni? Deinde ad rusticū, Mercem, ait, enimvero bonam hic habemus in horto. Rursumque ad dæmones. Vobis præcipio ut ab hac hora imposterum numquam in hunc hortum regrediamini. Colono vero: Ito et mulos tuos reduci: isti enim scelerati volebant impidire te, ne promissum Fratribus caritatis opus exequerere. Tum signum Crucis formavit, ad quod dispertitibus dæmonibus, denuo ait: Huc tuos mulos adduci, in tali (quem designabat) loco reprehendos: nihil autem formides: abit enim, quem ego hinc expulsi diabolus. Igitur homo et agnorum instar mansuetos mulos suos reperit, reduxique ad opus, quod in Fratrum gratiam favendum suscepserat, eximiam Salvatoris virtutem demiratus.

71 Bernardus Calez, ex villa a Aroyns diœcesis Pertusensis, cuius majores jam inde ab annis centum quinquaginta alvientium illuc Minorum Fratrum semper hospites fuerant, de sacero suo, cui Joannis Mestre nomen fuit, affirmat: quod unigenita ejus filia, quam ipse testis postea uxorem habuit, quoties in donum ingredierentur Fratres, faciem suam abscondere et effusa plorare soleret, quandoque vero velut ad mortem consternata obstupesceret. Movit ea res parentes, alioquin optimos et Fratribus devotissimos, ut filia sua saluti consulti Fratres domo sua excipiendi officium tantisper deprecarentur. Igitur ad monasterium Joannes, ubi hortum fidem Salvatorem reperiret (nec enim pro reverentia audebat ipsi Guardiano denuntiar), quod dicturus ad venerari) ipsumque rogavit, ut se apud Guardianum excusaret, quod amore filiae unicae coactus domo sua emperat aliquandiu exesse Fratres: siquidem eorum præsentis mortem ipsi afflatura videbat. Haesit ad haec attonitus Salvator, sublatisque in celum oculis aliquando tempore nihil respondit, tum denique adequitatem conversus dixit: Graviter hanc Religionem dæmon persequitur, et modo in donum intravit tuum, nobis hospitium, tibi meritum exercitie caritatis præceptor: ideoque ad Fratrum nostrorum ingressum filio tuo tanu' horribili se offert specie, utin planctus effusa engatetur formidinem suam conternitionemque testari. Verum bono deinceps esto animo, ac mihi rem omnem relinquito: novi pessima illius bestie insidias omnes. Itaque me domi tua eras expecta, et ut filia tua non absit cura. Obstupfactus ad hanc, nec minus de verborum veritate persuasus Joannes, dominum redit: adfuitque postridie, sicut addixerat, Salvator, et præmisso Crucis signo. Jubeo, inquit, maligne spiritus, ut in hanc dominum, quoniam S. Francisci ejusque filiorum est, amplius ne intrebas. Tum adferri ad se parvulam jussit, quoniam renitente matre et proteritis similia formidante: attulit tamen illum ipsam, iterato iuriti imperio coeta. Allatam vero Salvator suo, id est, Susanno compellans non sine, ponum ei porexit geminum: quod illa, Fratri blande arcendus, exceptit. Vetus porro Beatus deinde metuere ingressum illuc dæmonem, omnesque cognovere quam absolute adversus pessimos illos imperio Sanctus polleret.

72 Joanna Arvens, ex villa Castellæ a Spinovenatorum dicta, cadiuo laborans malo, ad Sanctum se, quoniam plus trecentis milliaribus distantem, portari voluit, per viam continuo invocans illum nomine, nec interea inquam consuetam passa infirmitatem: ut antem eo pervenit, et Confessionis Communioneque Sacraamenta adiit, Salvatori se benedicendum sistens hæc ab eo audivit: In nomine

Patris et Filii et spiritus sancti. Jam te Dei mater sanam fecit, propter eam fidem quæ te huc usque pertraxit. Barbara Pastor, ex villa a Caretes, mammam habebat ita inflatam indurataque, ut conclusum haberent medici eidem ignem applicare: sed ipso quo tormentum misera subitura, prævenit Salvator eleemosynam postulans; et quamvis nec dum ibi nota esset sanctitas sua; rogatus est tamen ad infirmam ascendere ex primo puerperio adhuc deambularem. Fecit ille quod rogabatur, et Rosario suo in collum infirmæ injecto, semel Pater atque Ave recitavit; deinde ad pueroram conversus dixit: Ne despères, filia, sed in sanctissima Dei matre confide: hac enim nocte bene dormies, et in crastinum malo omni liberaberis: prorsusque, uti dixerat, sic evenit.

73 Cum B. Salvator aliquando esset in ecclesia S. Columbae-Farnesiæ, loco suo natali, dixit, dæmonem insedisse corpus cujusdam istie præsentium seminariorum: que res ut nova enictio accidit, nescientibus quenam ipsarum a Sancto indicaretur, ita vera apparuit, cum egresso Sancto earum una manifeste ostendit se energumenam esse. Testatur Fr. Antonius de S. Salvatore, ex Ordine Fr. Minorum Capuccinorum S. Francisci, in processu coram Episcopo Barcinonensi formato, quod Cæsarangustæ existens cognoverit panperem, qui, miserum corpus per terram trahens, moveri solebat: post annos vero aliquantos eundem se vidisse pedibus gradiente sui integre atque hilariter; quassisse, num ipse es eset, quem antea viderat humi repente. Affirmasset autem ipsum, eundem se esse: interrogatum autem, qua ratione accepisset gradienti facultatem ita respondisse: Ad Sanctum Hortanum profectus, ab eo jussus sumi confiteri et communice: deinde cum suam milie benedictionem impetrans, in nomine Patris etc. dixisset, sanum me sensi, qualem hac ipsa hora ad majorem Dei gloriam vides.

74 Horte quoque morabatur Sanctus, quando ad eum publici cujusdam in d' Herdensi Academia legum Professoris, cui nomen Rubios, uxor venit, præcum illius suffragio postulans a Deo prolem aliquam impetrare: cui Salvator, Adeo inquit, addicta es lusni, ut nisi eum missum facias numquam compos sis futura voti. Promisit illa non lusuram se amplias, ac ne chartas quidem hisorias accepturam in manus. Tum confessam peccata, et sacro Christi Corpore refectam, suaque benedictione instractam, dominum remisit, dicens: Eia, nunc ali secura quod filiam paries: memento autem ejus quod promisisti; neque enim diutius illa vivet, quam tu a lusni abstinebis. Laeta illa revertit dominum; concepfaque continuo prole, legitimo tempore enixa est filiam, quod Sancto curavit nuntiandum, viciissimque ab eo iteratum vitandi lusni mandatum accepit, si filiam in vita retinere vellet. Tertio deinde post hæc anno Matrona predicta Hortam adduxit ipsam filiam suam, cui Sanctus: Noveris, filia eundem tibi vite terminum esse divinitus constitutum, qui matri iterandi lusni principiū erit. Ad quod parvula: Ne metuas, Mater, nunquam lusum mea resumet mater, mea, quam deamat, vite formidans. Ita duo alii transacti sunt anni, post quos in aliarum matronarum consortio ad Iudeum invitata mater, abjecit ex animo salutaria, que olim accepérat, monita: sed non diu lusu illo ketata est. Superveniens enim filia ejus matremque lusu occupatam videns, in clamare occépit, mortuam se prorsus ne perditam esse: eodeoque vesperi febre correpta est, nec diu post letho præmaturo extinguita. Misit igitur ad Dei famulum mater orba nuntiū, qui oraret ut filium sibi aut aliam filiam dimitius obtineret: sed antequam is verbum faceret nullum; Iato novi, inquit Salvator, mortuam filiam dominæ

Energumenam
cognoscit.

E
dat graduenti
fucultatem:

d
Matrone
abstine a
lusu promi-
tentis

F
filiam
prædicti
nasceturam,

sed ipsa
nudem fullente,
mortuaram.

A dominæ tuæ, de cetero renuntia nihil impetratum
deinceps iri, itaque enim absque solatio remisit.

75 In monasterio S. Marie de Petralba civitatis
Barcinonensis vivebat Domina Magdalena de Torre-
lea, eximia virtutis magnæque ætatis religiosa ut-
pote octogenaria: quæ cum die quodam se commendaret
precibus B. Salvatoris, dixit ad eam: Esto
certa quod magni favors tibi preparati a Deo sint
propter insigne quoddam tunni meritum, quod divi-
nam ejus majestatem singulariter tibi obstrinxisti.
Cui ipsa: Evidem iuatile me peccatricem agnoscere,
ac prorsus indignam, cui, nisi ex mera gratia suæ
indulgentia, favorem aliquem præstet Deus. At contra
Salvator: Memento, inquit, quomodo hoc ipso
in loco pater tuus tecum secreto sermocinans, Pon-
tificium tibi Breve exhibuerit, quo ipsi concedebatur
facultas educendi te ex monasterio, quod tu Breve
discissum in partes tradidisti flammis, patri tuo in
hec verba respondens: Avertat Deus et S. Clara, ne
ego, hoc monasterium deserens, retractem quæ Deo
rite nuncupavi vota. Addidisti præterea, facturam
te ut de tali Brevi nulla ad quemquam mortalia
notitia perveniret. Obstupui ad ista religiosissima
nullier, nec non quoiquod ibidem sociæ arderat, rei
numquam ante hac auditæ novitate perculse, eoque
magis quod ipsa Magdalena fatigetur, ita quidem
rem esse gestam, multo prius tamen quam Salvator
nascendo veniret in lucem: exindeque longis ani-
mis perseveravit in cepto vita religiose studio,
intelligens illum suum actum Deo gratum exstisset:
ob quem etiam item Beatus asserebat S. Claram quo-
tidie deprecaticem pro ipsa apud Deum assistere:
ataque ita denique curticulum suum prædicto in mo-
nasterio feliciter absolvit.

B 76 Domina Isabella Pugados de S. Clemente, Bar-
cinonensis, infantilibus in annis ægra decumbebat ad
mortem; desperatis de vita ultra istam noctem
producenta medicis: ad quorum denuntiationem
adeo tristem parentes infirme B. Salvatorem roga-
verunt, veniret ad eam sua benedictione signandam.
Ipse autem eis respondit: Dicite medicis quod cum
Deo ipsi locuti non sint, qui tam certo ausi sunt
pronunciare morituram puellam nocte hac: inatri
autem et consanguineis renuntiate futurum, ut ipsam
conjugio junctam et filios exinde procreatos videant:
Dominæ propterea nostræ gratias agant, quæ tam
cito sanitatem restitutæ aëre. Et continuæ feloris di-
misit puellam; quæ deinceps sana vixit adultaque
liberos ex legitimo conjugio genuit, et hoc anno e
MDCIV etiamnum vivit. Andreas Fabius de S. Colum-
ba f de Queralt ex Catalonia incurabili cruciatu-
s e

C asthmate, nullumque in humanis videns superesse
remedium, illud a B. Salvatore quesivit, et per illius
benedictionem, præviis confessione et communione,
obtinuit. Fr. Jeanne Oliva, ex Minorum Observan-
tianæ coenobio quod Barcinone est sub Jesu nomine,
in ore dexteræ molestum patiebatur abscessum;
eundemque similiter expertus nullus humana artis
remediis esse curabilem, ut Beatum quoque Salva-
torem se convertit: qui solo tactu et benedictione
sua aurem male affectam prorsus personavit.

a Tert potius, ut habent tabula, Arces aut Arnes, unius horæ
interuerso Hortæ ad Meridum proxima: — b Inter montes, ex-
tremum versus Occidentem, Vincum a Castello dicuntur;
cognomen hic expressum veteri tabula, quod ei factum vide-
tur a situ communibus opportuno, ad distinctionem alterius Episcopii
qui in Baucia, octa circiter horarum stinere distinuit versus
Septentrionem, ad portum Sant'Andrea dictum. — c Forte Ga-
seres ad runderem, ad quem Horta est, viximus, regnatura ho-
rebus magis. — d Distit horta civitas Heridensis, vulgo Lerida,
nomine militaris, adeoque itaue dicti natus. — e Videret in
castris errare esse, et 1604 pro 1600 terrepess: enim processum
Barcinonensem constet hoc anno fuisse conclusum, ex approba-
tione Episcopuli anni 159. — f Prater cum qui hec circa natu-
la est vicus, et secundum in dorecti Parracensis ad fontes
Caya, ne tertium hujus nominis hanc longe ab ostio Betulonis
in diœcesi Barcinonensi, de Granianæ cognominatum; alioquin
duo in diversi Vicensi, quorum unius Sacerdos, alteri a Vincolis

cognomen; alias quoque duos synonomous vicos reperio in diœcesi
Gerundensi, alterum quartuor fere levius Gerunda ad Africum,
alterum part interuerso ad Orientem in ipso Terci floris ripa;
videndum an horum postremorum unu, vel aliud fortassis al-
teri cognomentum couruerit.

D
AUCT. DIMA
SERPI

CAPUT X.

*Secreta cordium et futura variis occasionibus
enuntiat B. Salvator.*

Quodam die, cum vir Beatus staret in area con-
ventus Valentini S. Mariæ de Jesu, venerant ad eum
plusquam decem millia hominum, prædictæ urbis
civium, una cum Prorege Duce Segobiensi, Duci-
saque et omni nobilitate ejus visitandi et benedic-
tio[nis] referendæ gratia: quibus pariter in genua de-
missis benedixit Salvator. In nomine Patris etc,
Supervenit interim Minister Provincialis Ordinis
Franciscus Zainorra, animoque commotus: Vah,
inquit, quam leves sunt Valentini isti, qui tantum
honoris laico uni habeant. Haec ille: verum cura-
fuit glorificanti servos suos Deo, Salvatorem, a suo
Superiore contemptum, magis etiam glorificare:
facta enim ibidem post dies quatuor novi Provincia-
lis, hominis vere sancti et religiosi, electione, cum
ad ædēm cathedralē pro agendis Deo gratiis pariter
Frates procederent, eosque in area ingens pro-
mus sexus turba circumsisteret; eductus violenter
e medio eorum B. Salvator est, populoque certatum
ex tunica ejus frustum carpente, pene nudus in sola
interula derelictus, sic ut necesse fuerit in vicinam
quampiam sedem vereundie caussa ipsum seducere,
ne sic quidem populari fervore cessante, sed jugibus
clamoribus postulante ut foras produceretur Sanctus,
omnes eorum morbos disputurus: et vero plurima
fuerunt miracula per ipsum eo die patrata, sicut in
processibus videre est.

E
honoratur a
toto populo ut
Sancetus:

78 In civitate Gandia Valentina diœcesis reli-
giosissimus erat monachorum S. Clara conventus,
quarum spiritualibus progressibus invidens demon,
omnibus modis eis caput esse infestus, quotidie hor-
rendis in formis timido sexui se objiciens, totaque
domo ingenti fragore perstreps: quibus molestiis
averruncandis cum consueti Ecclesiæ exorcismi ni-
hil proficeret, Excellentissimus Iux a Franciscus,
qui deinde Patrum Jesuitarum Generalis fuit et de
eximia B. Salvatoris sanctitate multa audierat, ob-
tentia a Generali facultate ipsum eo deducere voluit.
Hoc autem dum fecit, aci in furorem diemones sus-
deque versuri videbantur omnia, ita horrendo ubiq-
ue tumultu habitur strepitu: parumque abeat quin
acte in desperationem Sanctimoniales discenderent
loco, in quo nullam habere quietem poterant. Ve-
rum ut supervenit Salvator, omniaque monasteri
loca formato in parietibus Crneis signo sacravit,
cessarunt omnia, ipseque ad Sanctimoniales conver-
sus dixit: Securæ estote, atque hoc unum sollicitat,
ut Deo perfecte serviatis: promitto enim vobis il-
lius nomine, quod numquam deinde molestias
sit, neque auditæ Gorroffitanæ (ita iste dæmon
appellabatur) cuius aliud consilium non fuit, obji-
ciendis spectris adeo tetris strepitique tam incon-
ditio ciendo, quam ut religiosam domus hujus disciplinam
divinumque obsequium interturbaret. Nunc
remanete in pace, et Dominum pro me orate. Disce-
dens porro, rogatus fuit, ut Sororibus quibusdam
infirmitates benedicaret, que subito sunt sanitati resti-
tute.

G
Clarissarum
Gaudiæ
Conventum,

F
liberat ab
infestatione
desertum:

79 Antonius Massipus de seipso adhuc seculari
testator, quod B. Salvatorem convenerit habitus il-
lius osculandi causa: qui sibi dixerit: Sacerdos
eris. Et se quidem ad ea verba risisse, utpote qui
inter nobiles Dueci Segobiensis et Cardonensis ascen-
sus, nihil minus usque ad illam horam quam de Sa-
cerdotio cogitasset. Nihilominus post paucos menses
tao

Belgicæ
egreg. um sed
occultum
facinus

evulgal.

et ingulari
favore
remuneran-
dum prædicti:

item a medicis
desperatis
puellæ

euam es
poteratatem:

e

f

hanc asthma

et apoplexia.

Picta
S. Columba
aici.

AUCT. DINA
SERPI

juvem illite-
rate.

Berniusi
Presbyteri

modicam
fidem arguit;

energumenum

fuga clavam
império
reducit.

et libera nam
de mortuo
deltiu a
monet.

sot m in
Sardinum
di ccessum
pradicat.

A tam fortiter animo suo impressum fuisse Dei ad statum istum invitantis impulsum, ut nullum quietis partem noctu diuque posset capere : ideoque victimum dedisse manus, eo facilius quod istud sibi a Sancto predictum meminisset : hodieque, quo hac testatur et annum numeramus nunc, vivit Presbyter, ac recordatur, quod Sanctus, ea quae diximus prenuntianti, responderit subridens : Non credo, Pater; nec enim satis a litterarum scientia instructus sum : ad quod ille retulerit : In domo Domini pluris valet conscientia pura quam scientia multa, sine qua Sacerdotium tibi obtinet : quod cum factum fuerit, Pro me quoque orare momento.

B 80 Joannes Ximenus, oppidi Fulsetensis Presbyter in diocesi Tarragonensi, herniam gravemque ex uno latero rupturam patiebatur ; hortantibus autem sociis Presbyteris ut ad virum Sanctum sanandus pergeret, negavit se facturum, quoniam miraculis ejus fidem abhibere non posset. Victus nihilominus importunitate suadentium, iterum se promisit, quandoquidem ita vellent. Addidit autem : Si prodest, proposit; si non prodest, non prosit. Cumque ad B. Salvatorem venisset, et genuflexus coram eo benedictionem ipsius expectaret, ait ei Beatus : Modice fidei, modice fidei : si tibi prodest, prosit; si non prodest, non prosit. Surrexit et abiit indignatus Presbyter, et de successu itineris requirebantibus dixit : Frater iste vel Sanctus est, vel daunonium habet : cum enim aliis benediceret, ad me conversus, eadem que hic locutus sum, verba protulit : ex quo oinnes exiguum Presbyteri fidem et prophetiae donum Sancto communicatum cogoverunt.

C 81 Puella energumena, propter nimiam dæmonum insidentium ferociam fumib[us] catenisque adstricta, per vim adducta Hieronim est : nulla tamen violencia sufficere potuit ut in ecclesiam ingredi congeretur. Rogatus igitur Salvator est, ut ad eam ipse foras progrederetur. Interim vincula omnia rumpunt dæmones, vestibusque laceris inter eorum, qui ipsam comprehendenter, virorum manus relictis, infelicem ex oculis conspectu quo abripuerunt, sic ut inveneri non potuerint a quarantibus, donec superveniens Sanctus inducavit ipsis, ubi sub maximum trahim strue abditum repperirent. Ego persuadere sibi potuerunt illi, ut infra tam magnas tam multas trabes eam potuisse condi erenderent, illarumque congerient tanto labore removendam susciperent : paruerunt tamen, nudisque inter duas trabes invenerunt, et prout jussi erant dixerant : Jubet Fr. Salvator ut ad ipsum venias, et quidem in nomine Virginis beatissime iubet. Itaque obsequente ac vestibus induitam rediit. Quia conspecta Beatus signum Crucis expressit et dixit : Exite a creatura hac immundi spiritus : ita impera volbis in nomine Sanctissime Trinitatis, Patris et Fili et Spiritus sancti. Responderunt illi non parituros se : sed iterato constretti imperio exierunt, unmanem in aere fragore cientes. Ipsa vero puella libera quidem sed incredibiliter debilitata, mortuaque quam vive similior remansit ; verum accepta Sancti homodiectione surrexit : qui eum ipsis præcepit exhiberi ac dixit : Nunc age, filia, et quomodo Deo servias demeops, attendo : neque amplius tale quid committas, si nolis malignos invasores redire : atque ita sanam a se dimisit.

D 82 Loquellebatur cum B. Salvatore, in monasterio Barcinonensi S. Marie de Jesu, nobilis quidam, Magister Garzias nominatus, sacre Inquisitionis Sacerdos : atque inter alia ei dixit, egregie ornatum sibi videri aream monasterii, propter imaginem Beatissimæ Virginis constitutam supra ecclesie valvas. Cui Sanctus : Pulchra est omnivero, inquit, ipsaque me intra breve tempus trans mare auferet, in alium cognominem conventum, ubi similis imago

sua supra portam conspicitur. Quæ res incredibilis D primum visa, ipso deinde effectu verissima patuit, quando Calarim in Sardiniam translatus Salvator est. Dum autem adhuc Hortæ morabatur, multas noctes impendebat orationi super eum, qui ibi est *et Hortæ* conserens, qui post majorem hortum situs est, Frates ibidem aliquos hilarius agentes reperit, quorum unus : Verumne est, inquit, quod audivi, navigatores te, Fr. Salvator? Verum, refert ille. Ecce autem Ad regionem, reponit, cuius præcipua civitas puleberrimus cincta moenii et æreis tormentis insigniter communita, in monte consistit : istic Deus ingentia mihi facturus est bona. c Multi tunc temporis in Indias fidei prædicanda causa mittebantur Fratres; existimarunt igitur ii qui aderant, illuc quoque hunc Deo dilectissimum famulum destinari, ideoque ulterius interrogarent eum, ad Orientemne vel Occidentem versus habiturus esset iter. Tum ille : In cœlum respicite. Respexerunt, videruntque eximii fulgoris stellam ingenti et celeri tractu versus Orientem ferri, ubi autem consistet nota non potuerunt. Ipse vero dixit : Simile iter tenendum mibi quoque est. Nec multo post declarata predictionis est veritas : quando rarae sanctitatis vir Fr. Vincentius Ferri, juxta eam quæ decreta erat Transmontane Cismontaneque familiæ commutationem, Fratres in Sardiniam abducturus advenit, Salvatoremque rogavit, num ipse quoquo coines sibi accedere vellat. Qui respondit : Imo vero hoc enim vult Deus, et illic magnum mibi bonum destinatum habet. d

E 83 Ceteruni quoque in loco morabatur Beatus, quotidie Confessionis et Communionis obibat Sacramenta, singulari eum pia devotionis affectu, idque sub primum Sacrificium matutinum. Accidit autem quadam vice, ut loco suo amotum registrum, quod legendam eo die Epistolam signabat, in eadem requirenda aliquamdiu frustra occupatum Sacerdotem, qui hoc ipsum affirmavit, haud leviter conturbaret : id quod B. Salvator Sacrificio ministratus observans, exsurrexit ab eo in quo genu flexerat loco, acceptumque Missale aperit, et digito signavit locum qui legendus erat, nulloque prolató verbo, eo unde surrexerat, rediit. Fassus est autem idem Sacerdos, quod admiratus non modice insolentiam facti, cum Salvatorem litteras omnino nullas diliguisse sciret, levatus etiam dubio furevit, quo circa ejus miracula non levi angelabatur : ut deinceps majori in honore ac reverentia ipsum habuerit. Jacobus Villala, civis Barcinonensis, testatur sibi filium dæcennem fuisse, quem sua benedictione Sanctus ab hennia et ruptura sanaverit. Raphaela Pazi, nobilis Gerundensis, sororem sham, obtineunda prolis ultra modum cupidam, B. Salvatoris precibus commendavit, et respondit ille : Bono animo esto, duplice enim problem soror tua pariet : quod factum est; vivitque h[ec] anno suam utraque, mascula una, femina altera.

F 84 Soror Iheronyma Campos, in Gerundensi S. Clari monasterio novitia, toto corpore jacebat paralyticus : rogatus autem fuit B. Salvator, qui eo invenerat, ut ipsum visitatam sanaret. Igitur ad ecclesiam, ibique ante ferreas crates consistsens ad se deferri infirmam jussit : sed pro illa aliam similiiter paralyticam sanctimoniales apportarunt. Quam ut vidit : Non ego hanc, impedit postulavi, neque ipsa fidem habet recipienda sanitati necessariam : adferte huc alteram, cujus causa adveni. Attulerunt igitur Hieronymam sorores : Sanetus vero fenestellam apertam, per quam sacra Communio solet sanctimonibus porrigi, brachium immisit cum Rosario, illudque infirmæ superimponens, dicensque, In nomine Patris

CAP. XIII

Litterarum
ignarus locum
Moralis
questum
monstrat :

henniam
caut,

problem

predicat.

dianarum para-
lyticarum
ersonas

et fidem
discernit

A Patris etc. mox subjunxit: Surge et gratias Dominæ nostræ age, atque ad obsequia istius te aeroris transfer, quæ ob defectum fidei sanari non potest: quod illa ad ipsius usque mortem constanter atque amanter præstabit. Inter ceteros autem Sanctimoniæ tanta deinceps fuit reverentia Sancti, ut veritate ne interiorem animarum suarum statum fortasse propalaret, sub ejus conspectum venire formidarent. In eodem monasterio alia fuit Religiosa, quæ die occultam toleraverat heriam, non ausa prie verecundia medico cuiquam suum malum revelare: unde cum gravissimos indiesque majores dolores patet, colloquenti secun secrete Dei famulo illud manifestavit, ac mox per Crucis impressionem sanitatem accepit.

83 Idem cum alia ibidem monacha, Sorore Isabella Pingi, colloquens ei dixit: Vide ut inter te Dominumque recte cuncta se habeant, filia, neque animis eade: adjuvalibet enim ipse te in ea tribulatione, que tibi gravissima imminet. Juvitque post multos annos ea præmonitio, cum quod prædixerat Sanctus ipsi evenit. Denique ejusdem monasterii Soror altera, Mariana nomine, iuquietam prie scrupulis vitam duebat: quos ipsa aliquando B. Salvatori exponens, eum rogavit ut ab iis a Domino liberari ipsius præribus mereretur. Ille vero brevi liberandam promisit, omnesque conscientiam ipsius angores a devoto quadam Confessario pellentes, in cuius etiam manibus feliciter consummatuæ esset hujus mortalis vita curriuelim. Idque mox contigit in adventu novi Confessarii, a quo se penitus sublevatau alii Sororibus professa est: nec multi postea transiere dies, quin ad vitæ æternæ gaudia perpetuamque quietem, ut prie credimus, a Domino evocata migeret.

a Dedit hic Sancti Jesu nomen an. 1548, et eam cepit Generalis regere an. 1564, et 1572 exruptive eritis, Bentiductum ab Sede Apostolica impetravit an. 1623 Kalendas Octobris recendens. — b Ali angribus, qui demoni appunguntur, quasne Hispani gorras vocant, nomen dictum rostrum, gorillas quoque iudeu vocant corna seu corna friculus: quibus autem suspectur aliquis Valentinus radem ruce ut pro cornibus, et u coruens diuinitate nomine da monem appellatur? — c In aliis tribus ritus habitur, quod edictus seruum ad orationem comitibus ultra dicunt, videlicet nocte castellum etc. ad quod ire debetur. Quercutibus abutam terram istud esset, passus ut uentos ad caelum tollerent: iterumque interrogantibus an esset redditurus, respondisse: Iste consummandus sum, quoniam hic die nolam. — d Additur in Vita an. 1602, quod ab aliis Missam audiens vixi subi sit duas columbas videre, quibus per tempus parvum ardentibus, postea ex eo qui sacrificaverat quassivit, num risisset columbas illas duas, a quibus ipse esset de situere transmarino admovitus.

CAPUT XI.

Horta Rensis in quaominiose amandatus Salvator, miraculis grandibus innotescit.

V erum missa tandem faciamus miracula, quæ processus formati coram Archiepiscopis Episcopisque numerosa exhibent, et in catalogo ad culcam opusculo hujus adtexto ex parte alnumenrantur: satis nobis sit cum chronicis nostris dicere, quod dedit illi Deus mirabilium curationum gratiam. Cum igitur in hunc modum glorificaretur a Deo in monasterio S. Marie de Horta (quod ei deinceps nomen perpetuo adhuc sit) venit eo religiosæ visitationis ergo Minister Provincialis, minimeque ei placuit tanta infirmorum omnis generis circa monasterium istud multitudo, que Fratribus quoque ibidem conmorantibus pridem gravis aiebat: ideoque rogaverant Provinciali, ut huic promiscui vulgi strepitum una cum ipso Beato a se amoliretur. Quia etiam ipsi Ministro formido quedam incravat, ne forte non tam Sanctus esset humilius hic Frater, ut talia tamque multiplicia per eum miracula Dens operari vellat. Ergo virtutem explorare ad Lydiann patientiae lapidem statuit; convocaisque in Capitulo Fratribus evocavit Salvatorem, eoque coram se in genua po-

sito dixit: Credebam equidem plena in pace reper turum me conventum hunc esse, quem e contra perturbatissimum inquietu quoque reperio, quia in eo vivit sceleratus quidam et inquietus, maximorumque turborum causa. Te, te appello, Fr. Salvator, et queru, quo tandem consilio hanc, quam tenes, vendi exorsus es formam! Nonne te pudet audire animumque dicentem: Eamus ad Sanctum ab Horta: cum dicere præstaret, eamus ad diabolum qui Fratres apud Hortam conturbat? Vos autem Patres numquid animadvertisit qualem volis omnibus infamie notam inurit, cum solus præsumit miracula facere, quasi non æque ac ipse Sancti sit? Faxo equidem, Frater, ut nec nomen tuum audiatur amplius, et cessantibus istis tuis miraculis, cesserat etiam concursus populum, ex tota Hispania hoc mutatoque confluentum: jubeoque nunc quidem disciplinam nominati que tibi dari, deinceps vero non amplius Salvatorem, sed Fr. Alphonsum appellari te; atque hisce bitteris acceptis sub medianam noctem hinc discedere vidente nemine, atque ad monasterium oppidi a Rensis abire.

84 Hac ille multo cum stomacho effatus, litteras tradidit, et nomen ipsi commutavit: qua ex causa in Chronicis nostri Ordinis Fr. Alphonsus nunempatur, ut probatum est in processu formati coram Episcopis, Barrionensi, Gerundensi, et Dertosano. Ipse vero tam gravia improperia animo plane inperturbato andens, evidentissimam cunctis sanctitatem suam fecit: indeque digressus ad ecclesiam, ante Beatissimum Virginis altare sese in oratione prostravit, servum se ipsi fideliissimam dicans et conservans, usque dum circa noctem medium Frater laicus venit, socius itineris imperati futurus (cum quo hujus Vitæ auctor præsens deinde egit) et tempus esse monens discenderit, mox habuit obsequientem. Facta namque primum sanctissimo Sacramentum, tum Virgini beatissime, Patrique Sovrane reverentia, exiverunt ambo e monasterio, transiveruntque per medium infiniti multitudinis agmen, quæ montem occupaverat, auroram operiens, circa quam illius benedictionem simul aciperet et sanitatem: quam ipse quidem silentium tenens cunctis tacitus impertivit: sed mane frustra expectatus, cum nusquam compareret, incredibile dictu est quibus armorum motibus excepta eo absenta fuerit: variis ad ejus invocationem æque ac si adasset persanatis, aliis de salute desperantibus. Nec leve, meo quidem judicio, miraculum fuit, quod Provincialis Fratresque conuentus, post ejus discessum penitus obliti fuerint ejus decreti, quo statuerant e templo annoventia esse omnium miraculorum imbi patratorum insignia, istic ab infirmis sanitatis reliqua; Deo cayente, ne quod illi agebant, B. Salvatoris memoria apud posteros periclitari aut in oblivionem venire posset.

85 Per viam autem nullis pedibus super aspera montium istorum saxa gradiens, tandem ad hampidum aquæ vivaæ fontem pervenit: cuius amplitas cum socium invitasset ad aliquam requiem ibidem capitanum, ipse tamenque nulla fatigatio affectus in partem se recepit, flexis super saxa genibus manusque ad coelum tensis facturas orationem: ubi continuo in exstasis raptus est, usque domum cum de resumendo itinere sociis admonuit. Qui tantum in ipso vultus bilaritatem demiratus. Ne tu, inquit, Alphonse Frater, stolidus nulli insensalusque videris, quero tam acris a P. Provinciali reprehensione non communvet. At ille: Misericordia enimvero in modum actum fuisset mecum, si crimine meorum mensuram reprehensionis sua severitate aquasset: nonne multo leviorum quam ipsa sint sustinere penam, ut quid tristabor? Nescio tu, quod vir Regis sit in manu Domini et quocumque voluerit inclinet illud? Nescio nec

AUCT. DIMA
SERPI

Reusii
coniuratoe
excipitur

retruditur in
culinam :

sed a vulgo
dixit natus
non oportet
requisitus,

et quasi
turborum
auctor
incuspius a
Guardiano,

foras
productur,

plurimosque
infirmitates
moxius sanat

CAP. XV

A nec folium unum ex arbore decidere, quin Deo id volente fiat: Juratus autem socius iste affirmavit, toto eo ibnere perpetuae orationi fuisse intentum, et, nisi ipse interpellasset, nulla ex ejus ore prodiisse verba, quam suavissima Iesu et Mariae nominis.

B 89 Tandem ante noctem secundie diei ad designatum ambo venere monasterium; ubi Guardianus, accepta letaque Provincialis epistola, Fratres omnes jussi ad Capitulum convenire: in quorum medio cum genua flectere iussisset Salvatorem, ita coram omnibus est prolocutus: Patres mei, misit hue P. Provincialis Fratrem hunc inquietum et Hortani conventus per sua miracula turbatorem: omnibusque nobis imperat ne alio deinceps ipsum quam Alphoni nomine compellemus, quo facilbus eum requirentes latere possit. Te autem, inquit ad Beatum conversus, in eum abdam locum ubi turborum nihil possis movere in populo: num autem ante omnia tibi praecepio, ne quem secularium alloquaris. Postero mane, antequam illuc resceret, consurgens Guardianus Fr. Alphonsum requisivit, eumque in templo reperit, ubi totam noctem cranda transegerat. Inde vero adduxit in culinam, quam absueto oculatus pessulo. Hic inquit, manebitis Fratribus cocturis cibos, et, si voles inter ollas patinasque facturas miracula.

C 90 Lactu *eo* mandato Sanctus in culina remansit: interum albescente die omnis illius oppidi populus, ecepit ad monasterium properare, imprimisque infirmi magnis clamoribus depreantes Denim, ut sui misereretur; Fratribus autem miserabiliter supplicantibus, ut ad se exire permitterent Dei famulum, Horta adductum favore Numinis, ut eus benedictione salvi fierent omnes. Erant hi velut duo millia hominum. Itaque attoniti Fratres, neque intelligentes qua ratione ad eorum notitiam hospitis novi pervenisset adventus, occurrunt ad Guardianum, trepidique eidem minitiant, quanta hominum multitudo insedisset templu, effractis partis in conventum se minitans irruptum, nisi ad se Fr. Salvator prolinceretur. Indignatus ad hunc Guardiam, subito in culinam properat, contumeliosisque cum eo verbis expostulat, quod non contentus excitatis Horte turbis, novas hic machinaretur, patefaciens populo adventum suum. Nunc denum apparere cuius ille spiritus et quam turbulenti atque inquieti fore, qui nisi omnino esset sceleratus ac possessus, tam recenti Superioris sui mandato non fuisset ausus contraire tam citu. In genua humiliter sese abjectus Salvator, nihil neque excusans nec deprecans, usque dum abiit Guardianus, denouo firmiter obserans ostium. Verum frustra

D id fuit: erates enim ligneas perfringens vulgus, portant monasterii per vim aperuit, incurritque in conibuum: quos arcere cum Fratres joia ultra non possent, accurrutus Guardianus, eaque conditione promisit se producendum, quem petebunt, si quiete se omnes in ecclesiam recipieren.

E 91 Ubi igitur in templo redemptoris rursum ipse abiit ad culinam, et inde iussit exire Salvatorem: ad cuius velut Angeli celestis presentiam exultanti populo ipse Salvator hunc in modum locutus est: Filii, ut Deus vestras orationes exaudiat, vosque a vostris infirmitatibus liberet, de peccatis vestris peccitantibus agite, eamque vera cordis contritione obsignate, cum firmo preposito eadem in sacro Confessionis tribunali rite manifestandi: ego autem illius vice et Domine nostre sanctissime benedico vobis. In nomine Patris et Fili et Spiritus sancti. Haec effatus, numeros eis oliverit, atque ut fuerat a Guardiano imperatum, redit ad culinam. Ex attractis autem ab his infirmis, qui tunc in ecclesia erant, multi sanati sunt: ut patuit ex multitudine furcolarum, sciroporum, fasciarumque istic lectiarum. Ad quarum conspectum stoma habundus

Guardianus, Videlin, inquit, quibus immunilitiis D templum hoc Frater iste repleverit, et illud in stabulum bestiarum convertit: moxque ad Provinciale scripsit, quantum istic turbarum primo eum adventu concitasset homo iste, ad se Horta transmissus. Proxima autem sexta tercia Fr. Salvatorem in Capitulum accessit, mandavitque ut citra licentiam suam nulli secularium loqueretur: ita que ita incognitus ibi remansit Sanctus, non exiguo temporis spatio, usque dum Deo placuit rursum eum in publicam lucem produdere hoc qui sequitur modo.

F 92 Erat in monasterio Reusi religiosns quidam, Joannes Serra nomine, qui ex Presbytero ad laicorum Fratrum ordinem se dimiserat: tunc autem ita graviter infirmabatur, ut eodem nocte moriturum medici affirmarent. Remansit apud eum Conventus ipsius Ecclesiastes Fr. Ferdinandus Soler, extrema moribundo praestitrus officia. Hic cum circa medium noctem videret aegrum agere animam, abivit B. Salvatorem quiescitus, eumque in choro templi orantem repensis, rogavit secum venire ut vellet, atque extremum beneficere infirmo. Respondit Salvator, procederet ille, se quoque mox ad futurum: et adhuc, formatopne super aegrum Crucis signaculo, quæsivit ab eo quid mali pateretur. Ipso autem nihil respondente, redivit ad chorum, seque aspero flagello ibidem cecidit, perque unam horam perduxit orationem: que dum fierent aegri liberatus a febre, huiuscepit et dixit: Bene mihi est per Dei gratiam, Advigilabant mortuorum, ut credebatur. Fratres aliqui: qui audita loquentis voce properarunt. Guardianum ceterosque accessere, futuros rei tam mexpectate testes: hi autem animam agentis extremum delirium aliquod id esse rati, ancipes haerebant; quare arreptam quæ lecto vicina erat sedem manu sustulit, quem paulo ante vires omnes defecerant, dicens: Nolite dubitare, Patres mei, quoniam vere sanatus sum per Dei gratiam et orationes Fr. Salvatoris: qui modico post tempore superveniens, dixit infirmo: Frater Joannes, gratias Virgini Deiparæ age, quæ te restituit sanitati: dein stude meliorem in posterum vitam ducere quam duxisti haecennis, propterea meritus ut eam tibi abrumpera nunc Dens vellet: sed tu concessu penitentie tempore utere, bonoque sis animo. Porro medeus summo mane adhuc, quasi-vitque ex portario, qua hora mortuus esset Fr. Joannes. Mortuus reponit ille: imo vero valet sanus ac vegetus. Quod verissime dictum a portario fuisse, summi cum admiratione sua coram ipse cognovit, curieulo ad cubiculum Joannis delatus.

G 93 Isdem diebus puerulus quidam reductus erat ad finem vite in eodem oppido; et medieus ad patrem afflictorum dixit: Domine mihi parum omnino nunc inter filium tuum et mortem distat: nec ullum ei juvando remedium superesse soei, nisi ut ad monasterium Fratrum accedens, tentes per aliquem illorum ingressum in hortum, ubi inventurus es Fratrem olera vel legumina carpentem in usus coquinæ: eum pro filii tui sanitate deprecare: Paruit homo, et Salvatorem repensis ei dixit: Pater, magna me necessitas cogit ad te recurrere. Plura non est passus eum Salvator effari, sed dixit: Vade, sannus est filius tuus, pro quo gratias Deiparæ debes. Planeque ut dixerat sic vir ille reperit dominum reversus. præteriisque non sannus modo, sed etiam letum. Ex dictis uniacquis vulgata sanctitatis fama tantam brevi recurrentem ad Salvatorem turbam excivit, ut ejus iniri numerus nulla ratione posset: ex ea autem multi sanati sunt vecchi, legnosi, paralytici, prout ex Processibus liquet. Imprimit autem nominandus hic puerulus, Paulus Serra nominatus: cui beneliceus Sanctus, cum manum supra caput ejus teneret, dixit circumstantibus: Hie infans ex nostris erit. Et tunc

exinde diu
ignotus
Reusti.

Ibidem
Fratre in
extremis
constitutum:

orationibus
tributio ranci,

et de agenda
panitia
monci:

puerum
similiter
in orbundus

conservat in
ravis,

utique
transfusus
plurimos
juvat e

A tunc quidem ad ea verba nemo magnopere advertit animum; postea vero, cum ipse ietate pleniori Seraphici Ordinis habitum induit, intellexere propheticum spiritu dicta fuisse.

a In territorio Tarragonensi tribus a civitate Irenis ad occasum distans: Horta vero levius minima duodecim. Fluventius Iunoneccus ex processu Barcelonae, duos hic producit festes eximis ipsius sanctificatis et singulariter invenerit alique eis personationis quam Horta sustinat, tunc ibidem comoratus, Fr. Juanneum Fulcam, definitorem suorum Catalaum, et Fr. Joannem Martini ejusdem ordinis professum.

CAPUT XII. Barcinonem migrat. inde Calarim : variæ ejus hic prædictiones.

Post aliqnod tempus visum est Provinciali Fr. Salvatore Barcinonem mittere, quo cum iret a Tarracona transiit, ubi multa fecisse miracula in Processu prebatur. Deinde eum in b Villafranca esset, ad eum deducti sunt duo cœci, quibus dixit: Filioli mei ad Virginem c Montis-serrati, quandoquidem ei loco tam sitis vicini: et confide, quia ipsa vos sanabit: ego autem iste brevi adero vobis. Eo cum discessisset uterque, dixit populo salvator: Ex duabus illis cœcis unus sanabitur propter eximite fidei meritum, alter pro ejusdem defectu cœcus remanebit. Per viam autem unius alteri dixit: Stulte enim vero fecit Frater iste, qui si poterat visum donare nolis, opus nihil b:ebat nos tanto spatio a se dimittere per asperos bosce montes. Credo quidem, nos qui hic sanati non sumus, neque istie sanandos. Cui socius: Ego autem existimo verum esse quidquid ille nobis dixit, et visum me recepturum confido: quod ei post confessio- nem communicatur accidit, cum diceretur, Domine non sum dignus: altero qui adire sacramenta neglexerat, nec filiaciam visus recipiebat habebat, in sua curitate persistente. Postquam porro in Montem-serratum Salvator advenit, accedentibus ad se infirmis dixit: In sede Matris misericordie sunus: ad ipsam vos conferre sanitatem obtenturi: ex quibus multi sanati sunt, Salvatore pro ipsis Deiparam deprecante, d.

95 Impossibile fuerit narrare miracula, que et quanta Barcinonem adveniens fecerit, in Dei nomine adhuc Cruci saecula signo; cum quotidie ingens hominum ad ipsum multitudine accederet: ex quorum numero sanati plurimi, et aliqui quidem eorum superius memorati sunt, aliqui autem hic memorabuntur. Impensis puer fuit a nativitate mutus, cui dictum Crucis signum loquela dedit: dein Eulalia Palau, que multis annis medicorum irrita usus opera, ut a dolore capitis ingenti liberaretur, ad ipsum addit, qui ultro impotens capiti ejus manum dixit: Tibi dolet caput: exindeque dolorem nullum se sensisse affirmat. Denique surdus quidam idemque mutus adolescentis, eodem post factum Crucis signum jubente, Pater noster, recitavit, linguaque deinceps expedita est usus.

96 Circum haec tempora Barcinonem pervenit Commissarius ab Ordinis Generali in Sardiniam destinatus, qui virum Dei rogavit ut veniret secum, ut sese Episcopus Gonzaga descripserit in chronicis, de conventu Calaritano tractans, in quo Beatus hic multis miraculis est decoratus, postquam eximia ejus sanctitas hoc qui sequitur modo innotuit. Navigante ipso foeda mari tempestas incubuit, sic ut omnes de sua vita actum crederent: sed cognoscens Sanctus unde ea procederent, facto Crucis signo imperavit daemoniis ut sese ad inferos confessum recipierent, neque amplius sua navi essent molesti: et inox cunctis admirantibus cessavit procella, latique ad locum, cui Pula nomen, appulerunt trigesim et nullariiis ab ore: in qua summa omnium cum libertate est exceptus, ac brevi, concursu incolarum ex

Martin T. II.

omnibus insulæ partibus advenientium ad ipsum facto, glorificatus sequentibus, quorum aliqua hic referemus, miraculis.

D
AUCT DIMA
SERPI

97 Isabella Morana, in articulo mortis constituta, post diurnam gravemque infirmitatem, curatibus ejus consanguineis, fuit a B. Salvatore visitata, et Cracis signo exempta periculo, ipsoque morbo: al Beatum tamen se convertens dixit: Pater care, adeo debilem esse me sentio, ut brevi videar moritura. Cui Salvator: Non prius, iwhi crede, mortem oppetes, quam vices novies fueris infirmata: verum bono sic animo sis, quia letior te vita in cœlo manet. Egit illa gratias curatori suo, nam subito confirmatam viribus ipsa se sensit, ut juravit in processu, postquam vigesimum octavum morbum tolerasset a tempore factæ prædictionis: jam satura hujus vitae, futuramque hilariter expectans per proximum morbum, quem futurum ultimum certo scoret. Cum forte eleemosynas corrogans illac transiret Salvator, ubi mulier premebat doloribus partus, parere tamen quibuscumque adhibitus remedis non poterat, ancillæ eleemosynam sibi perrigenti ait: Vade dic dominice tue, quod brevi paritura sit filium, qui inœ Religionis futurus est: meum itaque ipsi nouen imponat: que cumeta ordine impletâ sunt.

alter ifelicem
partum
prædictum.

98 Alias per forum transiens, ante locum adstitit, ubi milites quidam colludebant, et magnis vocibus clamare coepit: Foras, foras: cito, cito. Quam vociferationem cum aliis amentiæ, aliis insueto spiritu fervori tribuerent, et ipse ab ea non desisteret; prothierunt tandem etiam milites, cognituri quid clamataret: quibus dixit: Pœnitentia, pœnitentia. Ridentibus autem illis: Iterum, inquit, dico vobis pœnitentiam agite super blasphemia, quam modo protalitis, ipse que irrationalis sentiunt creaturae. Quod cum dicit, corrigit embiculum, in quo inserunt isti, certo, ut aiebat: Sanctus ruina opprimendi in sua impietate, nisi foras prodivissent: valuitque prodigium, ut sancto horrore perculsi omnes ad ejus se abjecerent pedes, seriatimque anteacte via emendationem pollicerentur.

item ruituram
ob blasphemias
donum.

99 Portari minere ibidem fungens, magnum Aviculas copiam avicularum circumimpluvium sedentium vidit, moestoque cantu velut querentium de continua illis diebus pluvia: quarum misertus recurrit ad refectorium, acceptumque inde panem attulit, et Crucis expresso signo: Venite, inquit, creature Domini quas famelicas video: arecipite eleemosynam, quam vobis misellis adfero. Ille pariter obedientissimo advolvuntur in caput, in humeros, in brachia ejus, accerpuntque ab eo panem; quem etiam dentibus communutum terebat illis, quarum rostra infirmiora noverat. Haec dum agit, corvos duos illac transvolantes vult: quos etiam ipsos invitavit ad eleemosynam participandam; et supra ejus brachia conse disse jurarunt ii qui viderunt. Volentibus autem captare micas, quas tenerioribus comminaverat: Quæ-cite, inquit; nam vobis firmiora nostra habentibus grandiora dabo frusta: quibus acceptis abiisse jussi avolarent; admirantibus, qui aderant, cunctis et rarae ejus sanctimoniam ex tali signo cognoscerentibus.

el inter has
corvos duos.

